This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

GRAD
BUHR
878
S2
F44
v.2

1837
ARTES SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN

361

L. ANNAEI SENECAE

O P E R A.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT DISPUTATIONES ET INDICEM ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

VOLUMEN SECUNDUM

CONTINET LIBROS DE BENEFICIIS DE CLEMENTIA DE IRA.

LIPSIAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

MDCCCXLIII.

95-43

L. ANNAEI SENECAE

AD AEBUTIUM LIBERALEM

DE BENEFICIIS

LIBRI VII

AD NERONEM CAESAREM

DE CLEMENTIA

LIBRI II

AD NOVATUM

DE IRA

LIBRI III.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

LIPSIAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

MDCCCXLIII.

878
S2
F44
1.2

Typis Fr. Frommann.

PRAEFATIO.

Pauca mihi sunt ad alterum hoc volumen praefanda, cum quae in priore de huius editionis ratione et consilio scripsi, ea rata haberi adhuc velim omnia. Tantum enim abfuit, ut vel in ipso opere vel extrinsecus aliquid obvenerit, quod de via proposita deflectendum esse moneret, ut quo ampliorem operam in Seneca emendando collocabam, eo certius mihi persuaderetur id potissimum esse agendum, ut omnia, quoad fieri posset, ex vetustis libris restituerentur horumque scripturae quam accuratissime et copiosissime notarentur: quippe quanti sint quaeque contextus habenda, aliter non licet aestimare. Nam si commentariis criticis destitutus Senecae opera, qualia adhuc ferebantur, perlegeris atque adeo singula diligentius pertractaveris, fieri non potest, quin pleraque eorum, quae Erasmi potius, Pinciani, Mureti, Lipsii sunt quam Senecae, maxime comprobes aut certe minime iis offendaris. Unde facile perspici arbitror, quid emolumenti ferant commentarii critici, dummodo accurati sint et pleni: quales ut meos praestarem, magno opere elaboravi. Si contra humani aliquid mihi acciderit, hoc quaeso assignetur non voluntati meae, sed ipsius operis difficultati, quam ingentem esse non ignorant, quicunque varias scripturas colligendi susceperunt laborem.

Ceterum quae de Senecae operibus ad mstos corrigendis dixi, eadem in alios scriptores cadunt permultos, ne dicam omnes: ut si vel locos probantes in lexicis et grammaticis propositos ad hanc quasi amussim exigere volueris, non sit dubium, quin eorum magnam partem aut nulla aut levi auctoritate niti sis intellecturus.

Insunt in hoc volumine libri *de Beneficiis, de Clementia, de Ira:* quae maiora opera coniunxi nullo minorum libellorum adiecto, ut hi una exhiberentur. Fuit autem in libris *de Beneficiis* et *de Clementia* nullus meorum codicum, qui cum Gruteri *Nazariano* aequari posset: itaque factum est, ut hunc, ex quo iam Gronovius multa emendaverat, praeter ceteros sim imitatus. Qua in re nihil magis doleo, quam quod Gruterus illius libri scripturam non ubique laudavit, ut ad alios confugere saepe necesse fuerit. *Parisinos* codices mihi quidem delibare tantum licuit: nec post quam intellexi meis RGVT meliores non esse, videbatur operae pretium eorum collationes magna mercede redimere. Nec potui *Neapolitanam* editionem totam conferre: cum enim exemplar Gottingense impetrassem, multi apud me erant libri msti certo tempore bibliothecis reddendi neque ipsum ultra constitutam diem volui retinere. denique intercessit iter Parisinum. Itaque *Epistolas* quidem omnes contuli, ut a quibus editionis initium eram facturus: reliquorum autem librorum partes tantum excussi aestimaturus, quis esset illius libri ad rem criticam usus. sperabam praeterea me eum facile posse recuperare, quando eorum, qui bibliothecis praesunt, non per Germaniam tantum insignem adhuc expertus eram liberalitatem et comitatem. Attamen hac spe sum deceptus, cum illa editione per litteras iterum petita responderetur, si ea amplius uti vellem, Gottingam mihi iter esse faciendum, id quod nec per muneris rationem licebat nec per rei familiaris conditionem. Ego vero rem commemoravi eo solum consilio, ne quis vitio mihi

verteret, quod in commentariis non omnes illius libri scripturas proposui.

De iis codicibus, qui libros *de Beneficiis* aut *de Clementia* non integros habent, sed in compendium redactos, praeter ea, quae de singulis infra sunt dicta, cf. Prolegomena mea p. 4. quo in libello de libris Senecae tam impressis quam mstis copiosius est disputatum. In libris *de Ira* multa emendare contigit ex codice A vetustissimo: quem cum Muretus olim adhibuisset, sed raro laudasset *libri Siculi* nomine, scripturae eius a Grutero et aliis saepe pro Mureti coniecturis sunt habitae.

Iam recensendi sunt libri, quibus in hoc volumine usus sum, ita tamen, ut eos, quorum in primi voluminis praefatione mentio facta est, paucis commemorem, de omnibus autem conferri iubeam Prolegomena mea cap. II. et III. Codices ibi non descriptos stellae signo hic notavi.

A. CODICES MANUSCRIPTI.

I. Ab superioribus usurpati.

a. Librorum de Beneficiis.

1. **Codices Erasmi.** *Cod. Langobardicus*, quem etiam *vetustissimum* dicit atque in libris *de Beneficiis* et *de Clementia* passim laudat Erasmus, idem esse videtur ac *Nazarianus* Gruteri. cf. ad Bff. III, 32, 1. IV, 4, 2. De reliquis eiusdem libris parum constat. cf. vol. I. praef. p. XIV, 1.

2. **Codices Pinciani.** Singulos recensui in vol. I. praef. p. XIV, 2. in libris autem *de Beneficiis* et *de Clementia* inter meliores non sunt.

3. **Codex Modii.** Codex, quo adiutus Franciscus Modius aliquot librorum *de Beneficiis* locos et paucos *de Clementia* emendavit, fuit *abbatis St. Stephani Herbipol.* Pauca, quae laudat Modius, docent librum fuisse bonum.

4. **Codices Mureti.** Muretus quibus codicibus usus sit, non diiudicatur, nec licet discernere, quae ex libris mstis duxerit, quaeve ex coniectura mutaverit.

5. **Codex Opsopoei.** Liber *Claudii Puteani* mstus, quem aliquoties laudat Opsopoeus, quod licet colligere ex scripturis propositis, in-

ter corruptos fuit et mancos. Semel laudat etiam veterem codicem *Phil. Roberti* Iureconsulti Divisionensis.

6. **Codex Iureti.** Hic quoque mancus fuit et corruptus.

7. **Codices Gruteri.** Fuerunt quatuor *Palatini* (Pl. 2. 3. 4.), unus *Coloniensis* et unus *Nazarianus*, inde appellatus, quod in eius limine legebatur SCTI NAZARII IN LAURISSA. Hic litteris Langobardicis scriptus (vid. Grut. ad Bff. VI, 13, 3.) et reliquis tam vetustate quam sinceritate longe praestantior habebat libros *de Beneficiis* et *de Clementia*. Librum eundem mihi videri atque Erasmi *Langobardicum* modo dixi. Ex reliquis Pl. „totus fere constat ex fragmentis minutis vixque tres quatuor continuat lineas:" quamobrem rarius a Grutero laudatur. P2. solet fere cum 𝔑 consentire et praeferre scripturam saepe interpolatam. Etiam P3. 4. inter recentiores libros sunt referendi, quorum non magna fides. His aliquanto sincerior est *Coloniensis* et scripturam fert interdum eandem cum nostro R.

8. **Codices Lipsii.** Duos Lipsius habuit codices, quorum alterum ipse appellat optimum: attamen uterque valde fuit interpolatus et corruptus.

9. **Codices Dalechampii.** In m𝔖u notantur hi codices: *Dalechampii*, *Scaligeri* (noster G), *Troncianus*, *Tristilus*, *Verderianus*, *St. Stephani* (idem, quo usus erat Franc. Modius), *Hispanus*, *Romanus*, *Germanicus* (adducor fere, ut opiner fuisse idem exemplar editionis 𝔛 Rudolphi Agricolae notis instructum, quo olim Erasmus usus erat). Cum non tanta esset in libris *de Beneficiis*, *de Clementia*, *de Ira* meorum librorum copia, quanta in *Epistolis*, hos quoque Dalechampii codices ubique fere laudavi, quanquam minime fidem habebam Iugi.

10. **Codices Gronovii.** Ipse Gronovius contulit codicem *Bernardi Rottendorfii* (nostrum R) et *Erfurtensem* non inter deteriores referendum, quod scire licet. Ab *Alberto* autem *Rubenio* acceperat excerpta ex duobus codicibus *Bruxellensibus* non contemnendis (unum tantum solet laudare), ex codice *Cambronensi*, ex codice *Leodiensi*. Raro tamen laudat mstos, et quae ex R profert, ea docent virum egregium non satis accurate legisse: etiam in libris Pinciani et Gruteri laudandis saepius fallitur.

b. Librorum de Clementia.

1. **Codices Erasmi.** Praeter *vetustissimum* laudat semel exemplar *Britannicum*.

2. **Codices Pinciani.** vid. supra a, 2.

3. **Codex Modii.** vid. supra a, 3.

4. **Codices Mureti.** De his nihil constat, cum semel Muretus laudaverit *librum veterem*.

5. **Codices Opsopoei.** Duos laudat Opsopoeus codices *Cl. Puteani*, unum *Delbenii*, quorum scripturae saepe sunt probae.

6. **Codices Iureti.** Franciscum Iuretum plures codices habuisse inde apparet, quod ad I, 1. „unus, inquit, v. c. *revocavi.*" Scripturae, quas rarius profert, modo cum melioribus libris nostris concinunt, modo cum deterioribus.

7. **Codices Gruteri.** Iidem sunt, quos supra a, 7. dixi.

8. **Codex Lipsii.** Quod ex paucis eius scripturis a Lipsio laudatis colligitur, deterior fuit liber.

9. **Codices Dalechampii.** Praeter eos, qui supra a, 9. enarrantur, laudatur etiam codex *Dominicanorum* (Herbipol.).

10. **Codices Gronovii.** Citantur hi: *Erfurtensis*, *Cambronensis*, *Torrentianus*, *Leodiensis* Torrentio collatus, excerpta ex membranis *Is. Vossii.*

c. Librorum de Ira.

1. **Codices Erasmi.** In Annotatione Erasmus laudat tantum Rudolphi Agricolae observationes: quae autem in marginibus conspiciuntur variae scripturae unde ductae sint, minime constat.

2. **Codices Pinciani.** vid. supra a, 2.

3. **Codices Mureti.** Laudat Muretus paucis locis librum *Siculum*, qui alius non fuit nisi noster A: ex quo non dubito quin alia quoque sumpserit, quae Gruterus et alii ipsius divinationi assignaverunt.

4. **Codex Iureti.** Citat Opsopoeus nonnusquam *v. c. Iureti*, ut idem liber intelligi videatur etiam iis locis, ubi *v. c.* tantum scribit Iureti nomine non addito.

5. **Codices Gruteri.** Quatuor tantum codicum scripturas profert Gruterus, P2. 3. 4. et *Coloniensis*, qui ceteris aliquanto est melior. P2. solet consentire cum g et ℜ. P3. saepe duas simul recepit scripturas. P4. plerumque concordat cum nostro G, nec raro accedunt DE et reliqui Palatini. De P4. ipse Gruterus ad I, 16, 29. „simplex ille, inquit, et nullas medici expertus manus."

6. **Codices Lipsii.** Plerumque unum tantum codicem suum laudat Lipsius eumque deteriorem et interpolotum: paucis tamen locis *libri* commemorantur, de quibus nihil statuo.

7. **Codices Dalechampii.** In mℨu leguntur hi codices: *Scaligeri*, *Romanus*, *Dalechampii*, *Franciscanus* (non ille Pinciani), *Troncianus*, *Anicianus* (ex bibliotheca *Canonicorum Aniciensium*: *Anicium* hodie dicitur *Puy*), *Germanicus.*

8. **Codices Gronovii.** Laudantur hi: *Bruxellensis* (ceteris saepius), *Torrentianus emendatissimus*, *tres Rubenti* (*duo Rubeniani*). ex quibus *Bruxellensem* librum bonum et sincerum fuisse apparet: de reliquorum virtutibus aut vitiis nihil audeo asseverare.

II. Codices ad hanc editionem aut primum aut denuo excussi.

a. Librorum de Beneficiis.

1. R. **olim Bernardi Rottendorfii, nunc Guelferbytanus I. (Gud. 274. 8. Ebert N. 776.) membran. 8. sec. XII. foll. 153. col. 1. linn. 22.** Liber nitide et plerumque emendate scriptus a Gronovio recte collocatur secundo post *Nazarianum* loco. Contuli cum 𝔊4. Fesslerus contulerat cum 𝔅1.

2. G. W. **Guelferbytanus II. (Gud. 10. Ebert N. 765.) membran. Fol. sec. XIV. in. foll. 287. coll. 2. linearum numerus varius.** Bis exhibet libros *de Beneficiis*, integros (G) et ab alia manu scriptos in fine voluminis: hos ipse contuli cum 𝔊4. Fesslerus contulerat cum 𝔅1. Quae inde a fol. 176. leguntur (W) excerpta tantum sunt: sed omissa partim supplentur in marginibus. Contulit Fesslerus cum 𝔅1. cf. vol. I. praef. p. XX, II, 1, d.

3. . w. **Guelferbytanus III. (Gud. 136. Ebert N. 775.) membran. 4. sec. XV.** Pauca tantum ex hoc codice ad 𝔅1. annotavit Fischerus gymnasii Hirschbergensis olim Conrector.

4. V. **Vratislaviensis (bibl. reg. IV. F. 3.) membran. Fol. sec. XIV. foll. 123. coll. 2. lin. 46. eleganter scriptus et coloribus picturisque ornatus.** Continet praeter M. Annaei Senecae Declamationes Lucii libros de Providentia, de Brevitate Vitae, de Beata Vita, de Tranquillitate Animi, de Constantia Sapientis, *de Ira* (sequuntur libelli suppositi de Virtutibus Cardinalibus, de Moribus [cui adhaerent Remedia Fortuitorum], Prologus Hieronymi, Senecae et Pauli Epistolae), *de Beneficiis*, Consolationem ad Marciam. In fine leguntur haec: *Deo gratias X. Mai.* 1375. *Lucii Annei Senece de consolatione ad Marciam liber explicit. Marci de Raphanellis.* Passim interpolatus est hic liber, sed non raro servat scripturam genuinam. cf. Car. Ern. Chr. Schneider in Ind. Lectt. Univ. Vrat. aest. a. 1835. Contuli cum 𝔊4.

5. . T. **Trossianus (Ludovici Trossii in gymn. Hammon. superiorum ordinum praeceptoris) chart. Fol. sec. XV. foll. 58. (fol. 1. et tria extrema vacua sunt) col. 1. linn. 34.** Chartae sunt crassae et laeves et signa habent impressa scalarum aut floris cuiusdam aut vulpeculae. Scriptura est nitida et elegans, et quam quis posset ad aetatem longe remotiorem referre. Sed si quid video, liber est in Hispania exaratus: argumento sunt cum litterarum figurae, tum quorundam nominum scriptio velut III, 32, 2: *Ienophon.* Titulus ab eadem qua codex manu legitur tantum post finem libri VII. Codex ab imperito homine transscriptus de bono exemplo in libris V. et VI. plurima omittit aut transponit, pauciora in libro VII. Aliquot tamen locis egregie nobis tulit auxilium. Contuli cum 𝔅o.

6. g. **Gryphiswaldensis membran. Fol.** Scriptus est in concilio Constantiensi iussu Iohannis episcopi Warmiensis. continet praeter Senecae opera moralia etiam Flori et Eutropii libros cum supplementis Pauli Diaconi. cf. Joh. Boetticher Rect. schol. Wolgast. in Hamburg. Verm. Bibl. I. p. 290 sqq. Librorum *de Beneficiis* leguntur tantum excerpta, quae cum Gro in l. I — III, 12. contulit Fred. Haase.

7. H. **Henkianus (Henkii Prof. olim Helmstad. inter cuius libros delatus erat ex bibliotheca Rud. Ant. Fabricii Prof. Helmst.) membran. 8. sec. XIV.** Praeter libros *de Beneficiis* continebat etiam libros *de Clementia* et Sententias vulgo Senecae et P. Syro tributas. librorum I. — VI. excerpta tantum exstant: in libro VII. non est contemnendus codex. Cum Bl. contulit Lenzius Cellensis.

8. A. **Altorfianus.** Continebat praeter libros *de Clementia*, de Paupertate et Epistolas 97 — 124. librorum *de Beneficiis* excerpta, quae sunt collata cum Bl.

9. α. **Parisinus N. 6382. membran. 4. sec. XIII. foll. 113. (ultimum vacuum est, in penultimo quinque tantum lineae leguntur) col. 1. linn. 28.** Codex nitide scriptus et inter meliores referendus continet libros *de Beneficiis* et *de Clementia*. Partim contuli cum Bo.

10. β. **Parisinus Sorb. N. 907. membran. Fol. max. sec. XII. coll. 2. linn. 41.** Inter alia habet libros *de Beneficiis*, qui implent prope folia 38. Hic quoque inter meliores est. Partim contuli cum Bo.

11. γ. **Parisinus Sorb. N. 1586. membran. 4. sec. XII. foll. 106. coll. 2. linn. 35. 30. 32. 31.** Continet praeter M. Senecae Declamationes Lucii Epistolas 1 — 88. et initium libri I. *de Clementia*, libros *de Beneficiis* tam mutilatos, ut 8 tantum folia impleant. Partim contuli cum Bo.

12. τ. **Parisinus Sorb. N. 354. membran. Fol. sec. XIII.** Praeter Prologum Hieronymi, Senecae et Pauli Epistolas, Epistolas ad Lucilium 1 — 88. M. Senecae Rhetorica, librum suppositum de IV Virtutibus et Excerpta habet libros *de Beneficiis* et *de Clementia*, utrosque sine titulo et librorum distinctione. Hic codex non raro facit cum optimis Naz. R V. Partim contuli cum Bo.

13. C. **Mediolanensis III*).** Codex Pergamenus in 4°. Saeculi XIImi. Eo continentur Libri *De Beneficiis* et *De Clementia*, *Epistolae mutuae B. Pauli et Senecae*; item *Senecae Sententiae*, seu *Praecepta vivendi ad Neronem*; postremo loco *Epistolae aliquot Senecae ad Lucilium*, id est

---

*) In libris Mediolanensibus describendis utor verbis *I. B. Brancae* et *Caietani Bugati*, qui eos diligentissime contulerunt cum ed. Paris. a. 1613. Ubi in commentariis illorum virorum mentio erat facienda, *Brancam* tantum laudavi.

prima usque ad LXIV.am inter editas, paucis intermediis praetermissis. [Librorum *de Beneficiis* excerpta tantum leguntur.]

14. D. **Mediolanensis IV.** Pergamenus formae quadratae in 16°. Saeculi XIII.tii exeuntis, vel ineuntis XIV.ti Exstant in eo Tractatus *De Providentia*, *De Beata Vita*, *De Tranquillitate*, *De Beneficiis*, *De Clementia*, *De Moribus*, *De Paupertate*, *De Remediis Fortuitorum*, *Proverbia ordine alphabetico*, et *de quatuor Virtutibus.* [Hic quoque mutilatos habet libros *de Beneficiis* et plerumque consentit cum nostro W.]

15. E. **Mediolanensis V.** Pergamenus in fol. maiori, Saeculi XIV.ti. Fuit olim Io. Vincentii Pinelli Viri clarissimi, a cuius Haeredibus tota eiusdem Bibliotheca Neapoli empta fuit anno 1609. iussu Card. Borromaei huius Bibliothecae Ambrosianae fundatoris. At Saeculo XV.to Papiae reperiebatur, uti ex adnotatione colligitur, quae in fine Libri habetur in haec verba: *Ewaldus Fulhaber de Wechterspach Canonicus Maguntinus Anno Dñi m°. ccc°. LVII°. Papiae ex hoc Libro extraxit et collegit elegantias.* Alia ibidem paulo antiquioris manus legitur adnotatio, quae prae se fert annum MCCCCVII; ex qua deducimus Codicem Saeculo XIV.° ut minus exeunte exaratum fuisse. Pretium huius Codicis augent Variae Lectiones ex antiquioribus Codicibus desumptae, quae passim in marginibus subiunguntur eadem manu. Continet autem sequentes Tractatus: *Epistolae ad Lucilium* numero CXXV, et in Libros XXII distributae; *De Clementia ad Neronem Libri II*; *De Beneficiis Libri VII*; *De Beata Vita*; *De Tranquillitate Animi*; *De Brevitate Vitae*; *De Ira Libri III*; *De Consolatione ad Martiam*; *De quatuor Virtutibus*; *De Remediis Fortuitorum*; *De Consolatione ad Helbiam*; *Proverbia per alphabetum.* [Libri *de Beneficiis* mutili sunt: sed discrepant haec excerpta saepius a ceteris.]

16. *r. **Rehdigeranus.** vid. vol. I. praef. p. XXI. Excerpta ex libris *de Beneficiis*, partim contuli cum Ru.

b. Librorum de Clementia.

1. A. **Amplonianus (Erfurtensis).** vid. vol. I. praef. p. XX. II, 1, a. Contuli cum L.

2. G. **Guelferbytanus I. (Gud. 10. Ebert N. 765.)** vid. supra II, a, 2. Contuli cum L. Fesslerus contulerat cum Bl.

3. *w. **Guelferbytanus II. (Gud. 136. Ebert N. 773.) membran. 4. sec. XV.** Paucissima ex hoc Fischerus annotavit ad Bl.

4. *r. **Rehdigeranus.** vid. vol. I. praef. p. XXI, *k*. Excerpta ex libris *de Clementia* partim contuli cum Ru.

5. g. **Gryphiswaldensis.** vid. supra II, a, 6. Librum II. contulit cum Gro Fred. Haase: sed inter deteriores est.

6. H. **Henkianus.** vid. supra II, a, 7. A Lenzio cum Bl. collatus hic codex melior est in libris *de Clementia.*

7. a. **Altorfianus I.** Idem est, quem supra II, a, 8. A appellavi, et libros *de Clementia* aeque mutilatos habet.

8. b. **Altorfianus II. nitide scriptus.** Pauca ea, quae ex hoc codice cum 𝔅1. collata sunt, solent fere consentire cum Amploniano.

9. α. **Parisinus N. 6382.** vid. supra II, a, 9. Partim contuli cum 𝔅o.

10. C. **Mediolanensis III.** vid. supra II, a, 13. Excerpta tantum habet.

11. D. **Mediolanensis IV.** vid. supra II, a, 14. Inter deteriores est habendus.

12. E. **Mediolanensis V.** vid. supra II, a, 15. Valde est mutilatus.

c. Librorum de Ira.

1. G. **Guelferbytanus. (Gud. 10. Ebert N. 765.)** vid. II, a, 2. In his libris non prorsus spernendus est. Contuli cum 𝔏4. Fesslerus contulerat cum 𝔅1.

2. β. **Berolinensis (M. lat. Fol. 47.) membran. Fol. sec. XIV. foll. 77. coll. 2. linn. 43. eleganter et emendate scriptus.** Fol. 1. verso leguntur haec auro picta: *Si dominos tu scire meos si nomina lector* || *Es cupidus novisse sua hoc m'o carmine nosce* || *Est nicolaus amans virtutum Est bartholomeus* || *Quos brençona domus genuit praeclara propago.* || χ. λ. καὶ τὰ λοι$^{\pi}$: circumdantur hi versus ab utroque latere lineis et voce Cημεί || ωσαὶ, a quibus aurum est abrasum. Infra conspiciuntur alia recentiore manu scripta: *Leo sagittarius aries arescunt* || *Sunt orientalia semperque calescunt* etc. Insunt libri de Providentia, de Constantia Sapientis, *de Ira*, ad Marciam de Consolatione, de Beata Vita, de Tranquillitate, de Brevitate Vitae (adhaeret Consolatio ad Polybium), Consolatio ad Helviam, summaria Epistolarum 128. Extrema duo folia occupant aliena Senecae. Hic liber optimis est annumerandus et saepe concordat cum nostro A antiquissimo. Contuli cum 𝔏4.

3. V. **Vratislaviensis (bibl. reg. IV. F. 3.).** vid. supra II, a, 4. Passim interpolatus est in his libris, aliquando tamen sinceram scripturam offert. Consentit in libro I. cum B et exemplari Facundi et Primitivi, in libro II. cum hoc, in libro III. saepius cum P2. Contuli cum 𝔏4.

4. g. **Gryphiswaldensis.** vid. supra II, a, 6. Codicem hunc deteriorem Fred. Haase partim contulit cum 𝔊ro.

5. A. **Mediolanensis I.** Codex Pergamenus charactere ad Langobardicum accedente conscriptus, notisque marginalibus sane doctis aspersus, Saeculi IX.ni exeuntis, vel ineuntis X.mi in fol. minore, formae oblongae [ex scripturae specimine, quod adiecerunt Branca et Bugatus, mihi quidem persuasum est post seculum IX. non scriptum esse hunc librum]. Complectitur Tractatus: *De Providentia ad Lucilium*; *De Sapiente, in quem non cadit iniuria nec contumelia ad Serenum*; *De Ira Libri tres ad Novatum*; *De Consolatione ad Marciam*; *De Vita beata ad Gallionem*; *De Tranquillitate*

ad Serenum; De Brevitate Vitae ad Paulinum; De Consolatione ad Helbiam Matrem. [Folio 1. verso titulus hic legitur minio scriptus ab eadem manu, quae codicem exaravit: L. ANNEI SENECAE || DIALOGORUM *) LIBRI NVM. XII. || IN PRIMIS AD LUCILIVM. QVARE ALIQVA || INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT. CUM PROUIDENTIA SIT || AD SERENUM. NEC INIVRIAM NEC || CONTVMELIAM ACCIPERE SAPIENTEM... || AD NOUATUM DE IRA LIBRI. III. || AD MARCIAM. || AD GALLIONEM DE UITA BEATA. || AD SERENVM [hoc nomen abrasum est, sed cernuntur eius adhuc vestigia] DE OTIO. || AD SERENVM DE TRANQUILLITATE ANIMI. || AD PAVLINUM DE BREUITATE VITE. || AD POLYBIVM. || AD HELBIAM MATREM.] Adiiciuntur posteriori manu Saeculi, ut videtur, XV.ti *Epistolae D. Pauli ad Senecam, et Senecae ad Paulum.* [Haec Branca et Bugatus scripserunt ad Fesslerum ante codicem collatum: postea confessi errorem asseverarunt Epistolas illas eadem atque codicem manu esse scriptas.] In fronte hanc habet recentiorem inscriptionem: *Est Antonii Francisci Neapolitae Caraccioli Siculi et Amicorum Anno MDLXXXIII. X. Cal. Nov. Messanae.* Hunc Codicem sub oculos habuisse Muretum in Romana Editione Senecae anni 1585, eumque sub nomine *Codicis Siculi antiquissimi* [alibi *Siculum* tantum appellat] indicasse, nobis persuasum est ex Collatione plurium Locorum. [Hic liber cum omnium antiquissimus est tum longe praestantissimus.]

6. B. **Mediolanensis II.** Eandem inscriptionem *Ant. Francisci Caraccioli* habet Codex alter Pergamenus Saeculi XV.ti in 4.to maiore: quo usum item fuisse Muretum autumamus sub nomine *Codicis Siculi* ita simpliciter dicti in Editione *Epistolarum* Senecae. Complectitur praeter Senecae *Epistolas ad Lucilium, Librum primum de Ira.* [Hic tantum collatus est et concordat, quod dixi, cum nostro V.]

7. D. **Mediolanensis IV.** vid. supra II, a, 14. Liber hic et proximus deteriores sunt.

8. E. **Mediolanensis V.** vid. supra II, a, 15.

B. LIBRI IMPRESSI **).

I. Libri ante Erasmum editi.

1. 𝔑. **Editio Neapolitana a. 1475.** vid. vol. I. praef. p. XXVII, 5. In libris *de Beneficiis, de Clementia, de Ira* ex codicibus recentioribus est ducta et plerumque consentit cum P2. Partim contuli cum 𝔅2.

---

*) Cum constet ex Quintil. X, 1. Senecam *Dialogos* scripsisse et sermo eius ita sit comparatus, ut adversarium sibi faciat obloquentem, verum habeo hoc *Dialogorum* nomen. Accedit praeter codicis vetustissimi auctoritatem locus ipsius Senecae Bff. V, 19, 8. *Sed ut dialogorum altercatione seposita tamquam iurisconsultus respondeam.*

**) Eos tantum breviter recenseo, quorum aliquod est ad rem criticam adiumentum quibusque ipse cum usus.

2. 𝔗. **Editio Tarvisina a. 1478.** vid. vol. I. praef. p. XXVIII, 6. Imitatur priorem, ut in perpaucis ab ea discrepet. Cum inter meos libros sit, ubique eam inspicere licuit.

3. 𝔙. **Editio Veneta a. 1492.** vid. vol. I. praef. p. XXVIII, 7. Librorum *de Beneficiis*, *de Clementia*, *de Ira* idem fere contextus est atque in 𝔗, ut libros mstos adhibitos esse non putaverim. Hoc quoque et proximis libris ut meis utor.

II. Libri inde ab Erasmo ad Gothofredum impressi.

1. 𝔈1. **Editio Erasmi I. Basil. a. 1515.** vid. vol. I. praef. p. XXVIII, II, 1. Multis locis mutavit Erasmus contextum editionis 𝔙 et nonnulla vere emendavit, praesertim in libris *de Ira*, qui in hac editione emendatius passim leguntur quam in proxima.

2. 𝔈2. **Editio Erasmi II. Basil. a. 1529.** vid. vol. I. praef. p. XXIX, 2. In iis quoque, quae continet hoc volumen, haec editio superiore est multo correctior, si paucos locos exceperis.

3. 𝔆. **Editio Curionis Basil. a. 1557.** Quae vol. I. praef. p. XXIX, 3. 4. de hoc libro et proximo scripsi, eadem etiam ad libros *de Beneficiis*, *de Clementia*, *de Ira* pertinent.

4. 𝔊. **Editio Gothofredi Basil. a. 1590.**

III. De libris, qui habent contextum a Mureto constitutum,

vid. vol. I. praef. p. XXX, III. Muretum nonnulla, praecipue in libris *de Ira*, ex mstis sumpsisse certo scio: plura tamen aut ipse mutata temere voluit, aut Bentius Hortinusque in contextum ingesserunt, quae exercendi ingenii causa vir elegans neque indoctus annotaverat. alia profecto illi peccarunt sua negligentia.

IV. Editiones, quae tenent contextum Lipsianum, enarravi vol. I. praef. p. XXX, IV. 𝔊ro tamen (i. e. Gronovii ed. altera Antv. a. 1658) in libris *de Beneficiis*, *de Clementia*, *de Ira* multo saepius ab eo recedit quam in *Epistolis*. Contra 𝔅1. (Bipontina prior a. 1782.), quamvis plerumque imitetur 𝔊ro, nonnumquam tamen redit ad 𝔏 aut 𝔐.

V. 𝔑u. Editio Ruhkopfii. vid. vol. I. praef. p. XXXI, V. Eadem ratione in his libris edendis egit Ruhkopfius atque in *Epistolis*. Eius notis mstis, de quibus scripsi in Prolegomenis p. 52., passim usus sum auctoris nomine significatio.

VI. 𝔅2. Editio Bipontina II. a. 1809. 5 voll. 8. Volumen I. et II., in quibus leguntur libri nunc a nobis editi, atque vol. V., quod habet Naturales Quaestiones, Ludum, Excerpta, Fragmenta, Indicem, curavit *Fr. Chr. Exter*, qui adiecit aliquot notas criticas. Is Ruhkopfium quidem in plerisque secutus quaedam tamen ex codicibus Gruteri aut ex editionibus antiquis 𝔗𝔙𝔈2. bene correxit, ut haec editio earum, quae adhuc sunt divulgatae, merito possit haberi emendatissima.

VII. 𝔙o. Editio Vogelii. Lucii Annaei Senecae Opera Philosophica. Recognovit etc. Emilius Ferdin. Vogel etc. Lips. 1830. Ple-

rumque imitatur editionem ℜu, alibi retinet scripturam 𝔅1., ex qua transscripta est, paucissimis locis habet propria: praeterea sunt quidam loci in quibus integrae lineae omittuntur librarii, ut videtur, vitio. Observationes criticae, quas adiecit Vogelius, minimi sunt.

Praeter hos libros usus sum et commentariis virorum doctorum in alios scriptores compositos, velut *Burmanni*, *Drakenborchii*, *Gronovii*, *Oudendorpii*, *Ruhnkenii*, *Valckenarii*, *Wesselingii*, aliorum, et *Latini Latinii* Bibliotheca Profana Romae 1677. Fol. et *M. Io. Aug. Goerenz* in quaedam Senecae Phil. loca animadversionibus criticis Zwiccaviae a. 1812. editis. Accesserunt etiam *Ign. Aur. Fessleri* et *Fischeri* Conrect. Hirchsberg. nonnullae observationes duobus editionis 𝔅1. exemplaribus adscriptae.

Librorum notae ex litterarum ordine dispositae.

A = Cod. Altorfianus in ll. de Beneficiis.
A = Cod. Amplonianus in l. I. de Clementia.
A = Cod. Mediolanensis I. antiquissimus in ll. de Ira.
a = Cod. Altorfianus I. in ll. de Clementia.
α = Cod. Parisinus 6382. in ll. de Beneff. et de Clem.
Anic. = Cod. Anicianus Dalechampii.

B = Cod. Mediolanensis II. in l. I. de Ira.
b = Cod. Altorfianus II. in ll. de Clementia.
β = Cod. Parisinus Sorb. 907. in ll. de Beneficiis.
β = Cod. Berolinensis in ll. de Ira.
𝔅1. = Ed. Bipontina I. a. 1782.
𝔅2. = Ed. Bipontina II. a. 1809.
Brux. = Cod. Bruxellensis Gronovii.

C = Cod. Mediolanensis III. in ll. de Beneff. et de Clem.
γ = Cod. Parisinus Sorb. 1586. in ll. de Beneficiis.
ℭ = Ed. Curionis a. 1557.
Cambron. = Cod. Cambronensis Gronovii.
Col. = Cod. Coloniensis Gruteri.

D = Cod. Mediolanensis IV. in ll. de Beneff., de Clem., de Ira.
Dal. = Cod. Dalechampii.
Delb. = Cod. Delbenii apud Opsopoeum.
Domin. = Cod. Dominicanorum Dalechampii.

E = Cod. Mediolanensis V. in ll. de Beneff., de Clem, de Ira.
𝔈1. *) = Ed. Erasmi I. a. 1515.
𝔈2. = Ed. Erasmi II. a. 1529.
Erf. = Cod. Erfurtensis Gronovii.
Ex. d. Mariae = Exemplar divae Mariae Salment. apud Pincianum.
Ex. d. Pauli = Exemplar divi Pauli Pinciani apud eundem.
Ex. dom. = Exemplar domesticum eiusdem Pinciani.
Ex. Fac. et Prim. = Exemplar divorum Facundi et Primitivi apud eundem.
Ex. famil. = Exemplar familiare eiusdem.

---

*) Hanc et proximam editionem inter *librorum notas* vol. I. praef. p. XXXI. praetermisi. Erravi etiam, quod scripsi ibidem p. XXIV. *) inscriptionem illam Lucano poetae dicatam non legi apud Gruterum: legitur paulo aliter apud eum CCCLIV, 2.

Ex. Franc. = Exemplar Franciscanum eiusdem.
Ex. Pinc. = Exemplar Pincianum (idem atque d. Pauli Pinciani).

Francisc. = Cod. Franciscanus Dalechampii.

G = Cod. Guelferbytanus II. in ll. de Beneficiis (integer) de Clem., de Ira.
g = Cod. Gryphiswaldensis in ll. de Beneff., de Clem., de Ira.
𝔊 = Ed. Gothofredi a. 1590.
Germ. = Cod. Germanicus Dalechampii.
Gr. = Codices Gruteri.

H = Cod. Henkianus in ll. de Beneff. et de Clem.
Hisp. = Cod. Hispanus Dalechampii.

𝔍u = Ed. Th. Iugis a. 1628. (1627.).
Iur. = Cod. Iureti.

𝔏 = Ed. Lipsii II. a. 1615.
𝔏4. = Ed. Lipsii IV. a. 1652.
Leod. = Cod. Leodiensis Gronovii.

𝔐 = Ed. Mureti 1585. (Paris. 1602.).

𝔑 = Ed. Neapolitana a. 1475.
Naz. = Cod. Nazarianus Gruteri.

P1. = Cod. Palatinus primus Gruteri.
P2. = Cod. Palatinus secundus Gruteri.
P3. = Cod. Palatinus tertius Gruteri.
P4. = Cod. Palatinus quartus Gruteri.
Pall. = Codices Palatini Gruteri.

Pinc. v. l. = Pinciani vetus lectio.
Put. = Cod. Puteani apud Opsopoeum.

R = Cod. olim Rottendorfii, nunc Guelferbytanus I. in ll. de Beneff.
r = Cod. Rehdigeranus in ll. de Beneff. et de Clementia.
Rom. = Cod. Romanus Dalechampii.
Rottend. = Cod. Rottendorfii apud Gronovium.
𝔑u = Ed. Ruhkopfii a. 1797. et 1808.

Scal. = Cod. Scaligeri apud Dalechampium.
St. Steph. = Cod. Sti Stephani apud Modium et Dalechampium.

T = Cod. Trossianus de Beneficiis.
τ = Cod. Parisinus Sorb. 354. in ll. de Beneff.
𝔗 = Ed. Tarvisina a. 1478.
Torrent. = Cod. Torrentianus Gronovii.
Trist. = Cod. Tristilus Dalechampii.
Tronc. = Cod. Troncianus eiusdem.

V = Cod. Vratislaviensis in ll. de Beneff. et de Ira.
𝔙 = Ed. Veneta a. 1492.
Verd. = Cod. Verderianus Dalechampii.
𝔙o = Ed. Vogelii a. 1830.
Voss. = Cod. Vossianus Gronovii.

W = Cod. Guelferbytanus II. in ll. de Beneficiis mutilus.
w = Cod. Guelferbytanus III. in ll. de Beneff. et de Clem.

Si quos alios codices Senecae a viris doctis commemoratos laudavi satis accurate eos significasse videor.

Reliquas notas et signa referre non attinct, cum iisdem quibus in priori volumine in hoc quoque usus sim.

Proximo anno tertium volumen emitti posse spero reliqua L. Annaei Senecae scripta comprehensurum: ad quod nova nec

sperata accessura sunt adiumenta. Cum enim de Ludo emendatius edendo desperassem fere propter codicum vetustorum et integrorum inopiam, iucundissime mihi accidit, ut Theodorus Oehler Moeno-Francofurtanus, qui in Museo Rhenano de codicibus mstis nuper non pauca disseruit ipsius diligentiam et eruditionem probantia, Parisiis d. XXVIII. Martii mensis ad me daret litteras, quibus mihi nuntiavit Valentianis esse codicem illius libelli sec. IX. scriptum, operam suam in eo excutiendo simul pollicitus. Eodem fere tempore Albertus Iahn ab Alexandrinae philosophiae cognitione accurata maxime commendatus ultro ad me misit ex bibliotheca Bernensi exemplar editionis Gothofredianae Iacobi Bongarsii observationibus instructum. Ex his, quae ad libros nondum editos pertinent, tertium volumen excipiet: reliqua autem una cum iis, quae viri docti in opera mea aestimanda iam proposuerunt aut proposituri sunt et quae ipse disputanda contra iudicavero, quarto volumini adiicientur. quod gratum me facturum esse omnibus spero, qui hac mea editione uti voluerint.

Scribebam Portae d. XXIV. Iunii mensis a. MDCCCXLIII.

L. ANNAEI SENECAE

AD AEBUTIUM LIBERALEM

DE BENEFICIIS

LIBRI VII.

L. ANNAEI SENECAE

AD AEBUTIUM LIBERALEM

DE BENEFICIIS

LIBER I.

I. Inter multos ac uarios errores temere inconsulteque uiuentium nihil propemodum indignius, uir optime Liberalis, dixerim, quam quod beneficia nec dare scimus nec accipere. Se-

Lib. I. cap. I.

R = *Incipit liber primus Annei Senece de beneficiis ad liberale os.....* V = *Lucii annei Senece cordubensis de beneficiis ad liberalem Liber primus Incipit.* G = *Annei Lucii Senece de beneficiis liber primus. Incipit bene correctus.* C = *Annei Senece de beneficiis vel liberalitate ad eburtum liberalem amicum Liber primus incipit.* H = *Annei lucii Senece ad eburtium liberalem de beneficiis l' liberalitate liber primus incipit.* D = *Anney lucii senece cordubensis de beneficiis liber primus Incipit feliciter ad eburtum liberalem.* E = *Incipit liber senece de beneficiis.* g = *Annei Lucii Senece ad Eburtium liberalem de beneficiis liber primus feliciter incipit.* T a prima manu titulum tantum habet post finem libri VII. hunc: *Lucii Annei Senece ad eburtiũ liberalẽ amicum de beneficiis liber explicit.* τ omni titulo caret neque aliter significat librorum initia nisi litteris initialibus pictis. 𝔑 — 𝔅 = *ad Eburtium Liberalem.* 𝔊1. — 𝔐 = *ad Ebutium Lib.* 𝔏 — 𝔊ro = *ad Aebucium Lib.* Naz. 𝔅1. — 𝔅o ∾. cf. Inscriptt. Grut.

D (cr. ∾) = *In multos.* rW (s∾) = *et varios.* R (cr. ∾ ead. m.) = *varios furores.* GRβD P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔅 𝔏 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *temere viventium inconsulteque.* Rell. etiam Naz. P1. ∾. V = *nihil propemodum o vir optime liberalis dixerim quod beneficia.* GRαβDW Naz. 𝔑 — 𝔅 = *nihil propemodum vir optime liberalis* [mD + *peius*] *dixerim* [sR + *quam*] *quod beneficia.* rγ = *nihil propemodum vir optime liberalis dixeris quod benef.* C = *nihil propemodum vir optime liberalis duxerim quod benef.* E = *nihil propemodum vir optime liberalis* [mE + *in b. n.* „adeo oblitterata ea vox, ut discerni nequeat"] *virtutis duxeris quod benef.* mE = *al' subesse tantum errorem dixerim.* Cod. Lips. = *dixerim subesse tantum errorem.* g = *nihil propemodum vir optime liberalis peius duxeris quod benef.* τ cod. Dalech. Agric. m𝔊 = *nihil propemodum vir optime liberalis turpius dixerim quam quod b.* H = *nihil propemodum vir optime liberalius dixerim quod benef.* Lenzius ci. = *illiberalius dixerim.* P3. Col. = *nihil propemodum vir optime liberalis dixerim quam quod benef.* P1. = *nihil prope vir optime liberalis* [mP1. al. m. + *peius*] *dixerim qua quod benef.* 𝔊1. — 𝔏4. = *nihil propemodum vir optime Liberalis dixerim nocentius quam quod benef.* Sed *nocentius* ab-

quitur enim, ut male collocata male debeantur. de quibus non redditis sero querimur: ista enim perierunt, cum darentur. Nec mirum est inter plurima maximaque uitia nullum esse fre-
2 quentius quam ingrati animi. Id euenire ex causis pluribus uideo. prima illa est, quod non eligimus dignos quibus tribuamus. Sed nomina facturi diligenter patrimonium et uitam debitoris inquirimus. semina in solum effetum et sterile non spargimus: beneficia sine ullo delectu magis proicimus quam damus.
3 Nec facile dixerim utrum turpius sit infitiari an repetere beneficium. id enim genus huius crediti est ex quo tantum recipiendum sit quantum ultro refertur: decoquere uero foedissimum

erat a vetustissimo cod. Ermi et ipsi videbatur adscriptum a docto aliquo. w = *temere inconsulteque viventium est quod benef.* rell. om. Lips. laudat etiam *foedius*, sed nescio unde. T = *nihil prope modum incongruum vir optime liberalis dixerim quam quod benef.* quod aliquando probabam: nam vox rarior omissa videbatur etiam propter structuram insolentiorem, deinde locus varie suppletus vel amplius turbatus. Nunc vero satius duco retinere scripturam vulgatam, quam veram esse non assevero. P 2. 𝔊ro — 𝔅o ∾ (𝔅1. — 𝔅o — *vir*). g — *enim* post *Sequitur.*

male collocata = GRTVrαβτH CDW ℜ — 𝔊. γ = *mal a collocata.* sE = *male co l ocata.* gEw 𝔐 — 𝔅o = *male coll a t a.* τ = *sero queruntur.* g + *sero querimur non dare virtuosis.* Cod. Mur. = *ist u m enim.* unde Mur. ci. = *i a m t u m enim.* probat Steph. (ad Dal. Ep. 10.) Grut. ci. = *statim enim.* 𝔏 — 𝔅o = *perierant* contra mstos. W (m ∾) = *p a rierunt.*

2. D(cr. ∾) = *Id venire.* W(m∾) w = *causis plurimis* ℜ — 𝔅o = *pluribus causis.* V = *prima causa est.* 𝔏 — 𝔅o — *illa est* contra mstos. r = *quod non el e gimus.* W(m∾) = *quod non o b ligimus.* E = *quidem negligimus dignos.* τ = *eligimus illos quibus.* E + *demus quibus tribuamus.* T = *omnia facturi.* sE 𝔈2. — 𝔅o + *in patrimonium.* Rell. etiam Gr. ∾. V sE ℜ — 𝔅o = *et vasa debitoris.* T = *et vitam debitorum.* Rell. etiam Tronc. Verd. m𝔈2. ∾. i. e. vitae rationem, num parcus sit an prodigus. ℜ — 𝔚 = *requirimus.* sE = *inquir a mus.* Quidam codd. Mur. = *a n quirimus.* quod reciperem, si ipse vidissem. cf. Cic. Off. I, 34, 125. ubi eadem est scripturae varietas. TgD (cr. ∾) W(m∾) = *solum effe c tum.* C = *s. effe c tum et steril e m.* ℜ — 𝔈2. = *solum af- f e c tum.* E = *sterile in spargimus.* ℜ — 𝔚 = *non sparg a mus.* T = *sive ullo delectu.* W = *sine ullo d i lecto.* sW = *d i lectu.* R = *sine ullo de iectu.* D(s∾) — *damus.*

3. g = *Ne facile.* r = *Haec facile.* R = *Neque leviter dixerim.* T = *inficiare.* E = *repente beneficium dare.* R — *sit* post *recipiendum.* R = *quantum animo grato refertur.* g + *ultro ab accipiente refertur.* 𝔅 — 𝔈2. = *defertur.* probat Steph. (ad Dal. Ep. 10.)

decoquere vero foedissimum = Gα Naz. (ut videbatur: nam interpolatus erat) 𝔐 — 𝔅1. probat Steph. (ad Dal. Ep. 10.). R = *decoquere vere foedissimum.* β + *decoquere vero foedissimum est.* Etiam vetustiss. cod. Ermi et Agr. = *decoquere.* D mW = *dequoquere vere fedissimum.* ℜ𝔛 = *de quo quaere vero foedissimum.* 𝔅 = *de quo quaerere vero foedissimum.* Cod. St. Steph. = *de eo vero quaerere.* VP3. = *de quo queri vere est fedissimum.* P1. 2. Col. 𝔈1. = *de quo queri oedissimum.* τ ℜu — 𝔅o = *de quo queri vere foedissimum.* 𝔈1. — 𝔊 = *de quo queri revera foedissimum.* mC = *de quo queri fedis-*

ob hoc ipsum, quia non opus est ad liberandam fidem facultati-
bus, sed animo. reddidit enim beneficium qui libenter debet.
Sed cum sit in ipsis crimen qui ne confessione quidem grati 4
sunt, in nobis quoque est. Multos experimur ingratos, plures
facimus: quia alias graues exprobratores exactoresque sumus,
alias leues et quos paulo post muneris sui poeniteat, alias que-
ruli et minima momenta calumniantes gratiam omnem corrumpi-
mus, non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus.
Quis nostrum contentus fuit aut leuiter rogari aut semel? quis 5
non, cum aliquid a se peti suspicatus est, frontem adduxit,
uoltum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus et de
industria non inuenientibus exitum occasionem petendi abstulit
et uariis artibus necessitates properantis elusit? In angusto ue- 6
ro conprensus aut distulit, id est timide negauit, aut promisit,

simum est ob hoc querit. mW = *detorquere vero fedissimum.* T = *de quo si querimur fedissimum est.* rγCEg — *decoquere* — *ipsum, quia.* R = [s non ead. m.] *tantum opus est.* g + *non enim opus est.* Tγ𝔗 — 𝔅o = *ad liberandum fidem.* Rell. etiam ℜ ∾. Steph. l. l. ci. = *facultate.* rγE — *reddidit enim* — *quoque est.* gC — *reddidit* — *Sed.*

reddidit = R. mC = *reddere enim.* H = *reddet enim.* Rell. = *reddit enim.* GRαβCwmWH vetust. cod. Ermi Naz. — *libenter.* probat Grut. Col. = *beneficium libens qui debet.*

4. V hinc incipit cap. II. T = *Sed cum fit in multis crimen.* AmDW = *Sed cum sit in multis crimen.* Cg = *Cum sit in multis crimen.* TVCW ℜ — 𝔈1. = *qui nec confessione q.* β = *qui de confessione quidem.* R = *qui meriti tantum confessione quidem ingrati sunt.* β = *grata sunt.* TCH ℜ — 𝔈1. + *Multos enim.* g + *sed plures facimus.* ℜ — 𝔅 = *quia aliquando* ∾ *aliquando* ∾ *aliquando.* Tβγg = *exprobatores.* T = *exactores* om. *que.* C EH — *et* ante *quos paulo.* V = *paulo prius muneris.* T = *post numeris sui.* g = *queruli nimia momenta.* H — *et* ante *minima.* V = *momento.* γ = *molimenta.* Quidam cod. Ermi ℜ — 𝔅 𝔈2. — 𝔅o + *ita gratiam corrumpimus.* Rell. ∾. V = *nec tantum.* γ + *et non tantum.* γ = *postquam d'mus.* 𝔈1. = *postquam demus* (verbum inter duas lineas divisum). TVγτCDEWHg = *sed cum damus.* 𝔈1. = *sed etiam cum damus.* 𝔈2. — 𝔊 + *sed etiam dum damus.* 𝔅 — *damus* — *suspicatus est.*

5. T 𝔈1. — 𝔅o + *Quis enim nostrum.* αγ = *contemptus fuit.* R — *fuit.* V = *ut aliquid a se.* γ(s∾) g = *a se rogari.* W = *ad se peti.* TE (s∾) = *abduxit.* VDg 𝔈2. — 𝔊 = *obduxit.* ℜ — 𝔈1. = *obducit.* Rell. etiam Gr. ∾. W = *vultum advertit.* V = *non venientibus.* W(m∾) + *non verbis invenientibus.* V(s∾) — *exitum.*

necessitates properantis elusit = Naz. (fuerat *properantes*, sed ab eadem manu correctum). GRVTτ H = *necessitates properantes elusit.* γE — *necessitates.* αβ duo Pall. ℜ — 𝔅o = *properantes necessitates elusit.* (ℜ = *eluxit.* 𝔗 = *eduxit.*) Col. = *necessitates tollere properantes.* W (m∾) g P3. = *necessitudines properantes.* mD = *necessitudines properantis.* D = *necessitatibus properantes.* Vinc. Bell. (Sp. H. IX, 106.) = *artibus petentes elusit.*

6. ℜ = *In Augustis.* 𝔗 = *In augustis.* 𝔈1. = *In angustio.* W = *occulto.* g — *vero.*

conprensus. CDGRVαβτ mWPut

sed difficulter, sed subductis superciliis, sed malignis et uix
exeuntibus uerbis? Nemo autem libenter debet quod non acce-
pit, sed expressit. Gratus aduersus eum esse quisquam potest
qui beneficium aut superbe abiecit aut iratus inpegit aut fatiga-
tus ut molestia careret dedit? Errat, si quis sperat responsu-
7 rum sibi quem dilatione lassauit, exspectatione torsit. Eodem
animo beneficium debetur quo datur et ideo non est neglegenter
dandum (sibi enim quisque debet quod a nesciente accepit).
ne tarde quidem, quia, cum in omni officio magni aestimetur
8 dantis uoluntas, qui tarde fecit diu noluit. utique non contu-
meliose: nam cum ita a natura conparatum sit, ut altius iniu-
riae quam merita descendant et illa cito defluant, has tenax me-
moria custodiat, quid exspectat qui offendit, dum obligat? Sa-
tis aduersus illum gratus est, si quis beneficio eius ignoscit.

Naz. Col. = *conpressus.* cf. Tibull. II, 5, 92. (ubi etiam mss. *compressus* pro *comprensus* habent) et Wagner in Orthogr. Verg. p. 456 sq. Tγg 𝔑 — 𝔅o = *comprehensus.* βγτ Cg. 𝔑 — 𝔊 = *aut timide.* D = *vel* [*s id est aut*] *timide.* H sD = *aut tumide.* GW = *idem timide.* Rell. etiam vet. cod. Mur. Naz. Col. ∾. sD (ant. m.) = *aut promissis.* β = *sed difficile.* GE — *sed* ante *subductis.* τW sD cod. Amst. (Burm. ad Anth. L. II. p. 699.) = *superductis superciliis.* w = *adductis superc.* γ = *sed magnis et vix.* R (lit.) = *exeuntibus.* g + *et accipiens beneficium per ipsorum timiditatem. nemo autem.* w + *libenter reddere debet.* 𝔑 — 𝔈1. + *libenter debet reddere.* C (s∾) = *qui non accepit.* D = *quod* [*s non*] *accepit.* E + *quod non libenter accepit.* V sD = *sed extorsit.* de quo vide: nam T = *sed extersit.* 𝔐𝔑 — 𝔅o = *Gratus esse adv. eum quisquam* contra mstos. 𝔑 — 𝔊 = *Gr. adv. eum quisquam esse.* TE — *esse.* g = *quisquam poterit.* WD = *superbe adiecit.* 𝔑 — 𝔏4. = *sup. iniecit.* Lips. ci. = *sup. obiecit.* Rell. etiam Gr. ∾. W(s∾) = *quam dilationem.* 𝔑 — 𝔅 = *laxavit.* T = *exspectatione tersit.*

7. V + *negligenter dandum nec timide.* 𝔏 — 𝔊ro (exc. 𝔏4.) = *Sibi enim quis* contra mstos. E (s∾) = *debet quidem.* W(m∾) quidam Pinc. 𝔐𝔅o = *quod a negligente.* gm𝔈2. 𝔈𝔊 = *quod a nolente.* Unus Lips. + *quod et a nescciente.* unde Lips. ci. + *quod ut a nesciente.* Rell. etiam Col. duo Pall. mP3. ∾.

ne tarde quidem = GβDw (s.m.) St. Steph. VRTCEgαγτ 𝔑 — 𝔅o = *Nec tarde q.* w (p.m.) = *nec tardus q.* sD = *al' tumide al' timide quidem.* GRβγτCDEHgw 𝔑 — 𝔅 — *in* ante *omni officio.* W = *causa officio.* E (s∾) = *omni facto.*

magni aestimetur = T𝔈2. — 𝔅o. γ = *magna existimatur.* E 𝔑 — 𝔅 = *magna aestimatur.* Rell. = *magni aestimatur.* Omisso enim *in* pro Praepositione acceperunt *cum* et verbum retulerunt ad *quia.* T = *danti voluntas.* fortasse voluit *dandi.*

8. γgE = *Utique nec contumeliose.* W = *Utique incontumeliose.* τ — *non.* γg + *nam et cum ita.*

ita a natura = TW. G(n.)Rαβτ sW = *ita cum natura.* E = *ita non natura.* D (s.m.) = *ita nature.* Vγg CD(p.m.) 𝔑 — 𝔅o = *ita natura.* Potuit autem facile *a* absorberi ab eadem vocali praecedente. V = *compertum sit.* 𝔑 — 𝔅 = *compertum est.* γg = *sit comparatum.* W(s *a*) = *custodit.* C = *qui ostendit.* 𝔅1. — 𝔅o = *qui beneficio eius* contra mstos. w = *ignoscat.*

Non est autem quod tardiores faciat ad bene merendum turba
ingratorum. Nam primum, ut dixi, nos illam augemus: deinde
ne deos quidem inmortales ab hac tam effusa necessitate sacri-
legi neglegentesque eorum deterrent. Utuntur natura sua et
cuncta interque illa ipsos munerum suorum malos interpretes
iuuant. Hos sequamur duces quantum humana inbecillitas pati-
tur: demus beneficia, non feneremus. Dignus est decipi qui 10
de recipiendo cogitauit, cum daret. At si male cesserit? Et
liberi et coniuges spem fefellerunt: tamen et educamus et duci-
mus. adeoque aduersus experimenta pertinaces sumus, ut bella
uicti et naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere 11
in dandis beneficiis decet? quae si quis non dat quia non rece-
pit, dedit ut reciperet bonamque ingratorum facit causam. qui-
bus ita demum turpe est non reddere, si licet. Quam multi
indigni luce sunt? et tamen dies oritur. Quam multi quod nati
sunt queruntur? tamen natura sobolem nouam gignit ipsosque

R = *Fabulis Verrucosus*. T = *Verricosus*. D = *Verrucusus*. W(cr. ∾) = *Verculosus*. E = *quidni esurienti*. R + *sed esse acerbum*. C HW(cr. ∾) g = *etsi acerbum*. E = *scit esse necessarium. scit esse acerbum*. D — *esse acerbum*. mD + *esse. etsi acerbum*. CDEHg — *Tiberius* — *est via* § 2. ex. *Nepotem* Mur. male accipit pro nomine appell. et interpretatur per *decoctorem*. R = *M̃. aelio*: Cod. optimus Lips. = *Aleo*. Cod. Ermi 𝔑 — 𝔅 = *M. Aellio*. 𝔐 — 𝔅1. = *M. Allio*. Freinsh. ad Curt. X, 2, 10. ci. = *Nepote Mallio* aut *Nepote Mario*. hoc mihi videtur verum esse. cf. Tac. A. II, 48 ex. et firmatur quodam modo a G = *nepote. ari. aelio*. Rell. etiam Gr. ∾ : sed inusitatus est nominum ordo. V = *praetore*. w = *praefecto*. T — *alieno*. β = *aere alieno ei*. Quidam Pinc. = *aere alieno gravato ei*. 𝔑 — 𝔏4. — *eius*. Rell. etiam alii Pinc. Naz. P2. Col. ∾. R (s∾) = *Hoc est donare*. P3. = *creditores evocare*. quod titillat aures Gruteri. Quidam Pinc. = *creditores onerare*. unde Pinc. ci. = *credito exonerare*.

2. *ut Nepos nec* = mss. 𝔑 — 𝔖. 𝔐 — 𝔅o — *Nepos*. Huet. margini adscripserat *Aliud quid Tiberius*. RGTβWw 𝔑 — 𝔅 = *Aliquid liberius*. W = *voluit plures*. β(s∾) = *idem rogari*. 𝔑 — 𝔊1. = *Ita fortasse*. T = *ratio fuit*.

Cap. VIII.

R = *d'i genere*. V + *genere gratiae*. D (s∾) — *genere*. Gβ sW = *acceptatius*. de quo vide. R = *acceptacius*. w = *acceptutus*. CmD EHWg = *quo sit acceptabilius*. D = *ut acceptabilis*. VT 𝔑 — 𝔅o ∾. R = *ornandum est*. G(s∾) — *est*. CDEHWg — *Hoc vero non est* — § 2. ex. *causam dixi*.

deprehendere est. Et ut in transitu de hac quoque parte dicam quid sentiam, ne principi quidem satis decorum est donare ignominiae causa. Tamen, inquit, effugere Tiberius ne hoc qui-
2 dem modo quod uitabat potuit. Nam aliquot postea qui idem rogarent inuenti sunt. quos omnes iussit reddere in senatu aeris alieni causas et ita illis certas summas dedit. Non est illud liberalitas: censura est. Auxilium est? principale tributum est. Beneficium non est cuius sine rubore meminisse non possum. Ad iudicem missus sum. ut inpetrarem causam dixi.

IX. Praecipiunt itaque omnes auctores sapientiae quaedam [beneficia] palam danda, quaedam secreto: palam quae consequi gloriosum [est], ut militaria dona, ut honores et quicquid aliud
2 notitia pulchrius fit. Rursus quae non producunt nec honestiorem faciunt, sed succurrunt infirmitati, egestati, ignominiae, tacite danda sunt: ut nota sint solis quibus prosunt. Interdum

deprehendere = RGβ Pinc. v. l. Gr. 𝔊ro — 𝔅o. VT 𝔑 — 𝔏4. = *reprehendere.* Grut. ci. = *dependere.* 𝔑 — 𝔐 — *Et* ante *ut in transitu* contra mstos etiam Pinc. Gr. GmW = *nec principi quidem satis.* T = *nec principi satis.* V (s∾) — *causa* post *ignominiae.*

Tamen, inquit, effugere Tiberius ne hoc quidem modo quod vitabat potuit = RGTβmWw Naz. Col. P 3. (RT = *nec hoc.* w = *ne hic*). Censor ℜu (Diar. Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 409.) ci. = *Attamen, inquit* ∾ et refert *inquit* ad *Fabium Verr.* V = *Tamen inquietudinem effugere Tib. nec h. q. m. quo putabat potuit effugere* (hoc notatur). P2. = *Tamen inquietudinem effugere* ∾. 𝔑 — 𝔅 = *Tamen inquietudinem effugere. Tib. nec hoc q. modo putabat: potuit effugere.* 𝔈1. — 𝔅1. = *Tametsi inquietudinem Tib. nec hoc q. m. quo putabat potuit effugere.* m𝔈2. = *inquies Tib. ne hoc q. m. quod vitabat potuit.* ℜu — 𝔅o = *Tametsi inquietudinem effugere Tib. ne hoc q. m. quo vitabat potuit.* Grut. putat totum hunc locum et aliquot praecedentes non tantum traiectis verbis vitium contraxisse, sed et insuper defectu insigni laborare. Amicus quidam Grut. ci. = *Attamen inquietudinem effugere Tib. putabat. ne hoc quidem modo potuit.* Gron. ci. = *Tamen etsi id effugere* ∾ *modo quo vitabat potuit.* quod probare videtur Huet. Ruhk. ci. = *Tametsi nequiit Tib.* ∾ *quod vitabat* expuncto *potuit.*

2. G𝔑 — 𝔅 = *Nam aliquod.* w — *postea.* 𝔐 — 𝔏4. — *quos* ante *omnes* contra mstos etiam Gr. Naz. = *reddere in senatum.* probat Grut. R = *in senatu reddere.* 𝔐 — *auxilium est.* Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅1. + *non auxilium est* contra mstos etiam Gr. Sed ipse mox maluit *Auxilium est?* quod recepi cum 𝔅2.

Cap. IX.

CDEHg — *itaque.* H = *omnis auctores.* T — *sapientiae.* T = *beneficia quaedam.* Rβ — *beneficia.* quam vocem suspectam uncis circumdedi. T + *palam danda sunt quae.* 𝔑 — 𝔈1. = *quae quod sequitur gloriosum est.* RGw — *est.* in W notatur. Mihi suspecta vocula.

ut honores = mss. (exc. E). E — *ut.* 𝔑 — 𝔅o = *et honores.* CDEHWg — *aliud* post *quicquid.* T = *pulchrius est.* D = *pulchrius sit.*

2. 𝔐 — 𝔏4. = *sed occurrunt* contra mstos etiam Gr. Delben. D = *Interdum autem qui iuvatur.*

etiam ipse qui iuuatur fallendus est, ut habeat nec a quo acceperit sciat. X. Arcesilas, ut aiunt, amico pauperi et paupertatem suam dissimulanti, aegro autem et ne hoc quidem confitenti deesse sibi in sumptum ad necessarios usus cum clam succurrendum iudicasset, puluino eius ignorantis sacculum subiecit, ut homo inutiliter uerecundus quod desiderabat inueniret potius quam acciperet. Quid ergo? ille nesciet a quo accepe- 2
rit? Primum nesciat, si hoc ipsum beneficii pars est, deinde multa alia faciam, multa tribuam per quae intellegat et illius auctorem. Denique ille nesciet accepisse se: ego sciam me dedisse. Parum est, inquis. Parum, si fenerare cogitas: sed si, dare quo genere accipienti maxime profuturum erit, dabis, contentus eris te teste. Alioquin non benefacere delectat, sed 3
uideri benefecisse. Uolo, inquis, sciat. Debitorem quaeris. Uolo utique sciat. Quid, si illi utilius est nescire? si honestius, si gratius? non in aliam partem abibis? Uolo sciat. Ita tu hominem non seruabis in tenebris? Non nego, quotiens pa- 4
titur res, percipiendum gaudium ex accipientis uoluntate. sin adiuuari illum et oportet et pudet, si quod praestamus offendit, nisi absconditur: beneficium in acta non mitto. Quidni? Ego

𝔑 — 𝔅o = *et ipse.* Rell. ∾. R (s∾) — *est* post *fallendus.* W(n.) + *faciat sciat.*

Cap. X.

CDEHg — *Arcesilas* — §. 4. *admoneam quidem.* Rβ = *Archesilan aiunt.* G = *Archesilant aiunt.* VT 𝔑 = *Archesilaus ut aiunt* (in V *ut* notatur). W = *Archesilaus aiunt.* w = *Arcesilaum aiunt.* 𝔗 — 𝔅o = *Arcesilaus, ut aiunt.* Scripsi *Arcesilas*, quoniam ita olim fuisse probant RG. G 𝔑 — 𝔅 = *nec hoc quidem.* Pinc. ci. = *et ne sic* vel *hic quidem.* V = *si sumptum* (*um* in lit). in Naz. *in* erasum. Pinc. Grut. Salmas. (ad Scriptt. H. A. I. p. 69 sq.) iubent scribi *insumptum*, ut sit Gr. ἀνάλωμα: sed refutantur a Gron. R(cr.∾) = *ad necessarias usus.* T = *Cui dum clam succ.* G — *cum.* 𝔑 — 𝔅 = *pulverino eius.* RGw 𝔑 — 𝔈2. = *ignoranti sacculum.* 𝔑 — 𝔅 + *quod si desiderabat.* 𝔑 — 𝔅 = *in veritate potius quam acciperet.*

2. G = *a quo acciperet.* T = *sed hoc ipsum.* G = *per quē intelligat.* V — *et* ante *illius auctorem.*

Denique ille nesciet = mss. (etiam Gr. exc. Col.) 𝔑 — 𝔏4. Col. 𝔊ro — 𝔅o = ∾ *nesciat.* probat Grut. V = *Parum est, inquit.* T + *Parum est, si.* GW = *Et si dare.* V 𝔐 — *dabis.* Rell. etiam Gr. ∾. R (del.) + *te re teste.*

3. T = *non recte facere delectat.* RGTWw = *Volo utique sciat. Debit.* β = *Volo ut sciat.* quod fortasse probum. V𝔑 — 𝔅o ∾. β — *Volo utique sciat.* 𝔈1. + *si non in aliam partem.* GW = *in aliam partem adibis.* T = *adibit.* 𝔑 — 𝔐 + *Volo ut sciat* contra mstos etiam Gr.

4. 𝔑 — 𝔈1. = *Non ergo quotiens.* V = *patitur res recipiendum gaudium.* RGWw = *patitur respiciendum gaudium.* β = *patitur respitiendum g.* T = *patitur. Respiciendum g.* RGVTβWw = *sin adiuvare illum.* Rβ — *et* ante *oportet.* T = *ubi absconditur.* V = *beneficium iacto, non mitto.*

Quidni? Ego illi non sum = vet.

illi non sum indicaturus me dedisse, cum inter prima praecepta
ac maxime necessaria sit, ne unquam exprobrem, immo ne ad-
moneam quidem. Haec enim beneficii inter duos lex est: alter
statim obliuisci debet dati, alter accepti numquam. Lacerat
animum et premit frequens meritorum commemoratio. XI. Li-
bet exclamare quod ille triumuirali proscriptione seruatus a quo-
dam Caesaris amico exclamauit, cum superbiam eius ferre non
posset: *Redde me Caesari. Quousque dices: Ego te ser-
uaui, ego eripui morti? istud, si meo arbitrio memini, uita
est, si tuo, mors est. Nihil tibi debeo, si me seruasti, ut
haberes quem ostenderes. Quousque me circumducis? quo-
usque obliuisci fortunae meae non sinis? semel in triumpho*
2 *ductus essem.* Non est dicendum quid tribuerimus: qui ad-
monet repetit. Non est instandum, non est memoria renouan-
da, nisi ut aliud dando prioris admoneas. Ne aliis quidem nar-
rare debemus. qui dedit beneficium taceat: narret qui accepit.
Dicetur enim quod illi ubique iactanti beneficium suum: *Non*
3 *negabis,* inquit, *te recepisse.* et cum respondisset, *Quan-
do? Saepe quidem,* inquit, *et multis locis: id est, quo-
tiens et ubicumque narrasti.* Quid opus est eloqui? quid alie-

Ermi Naz. 𝔈𝔊 𝔊ro — 𝔅o. RGVTβ Ww ℜ — 𝔈2. — *non.* 𝔐ℜ — 𝔏4. = *Quid? ego illi sum.* Grut. ci. = *Quid enim? ego illi sum.* Sed magis probat scripturam Naz., si tollatur interrogationis nota [post *quidem*], quam habent 𝔈1. — 𝔅o. ℜ — 𝔅 = *iudicaturus.* ℜ — 𝔈1. — *ac* ante *maxime.* R = *maxima necessaria.* CDEHg — *enim* ante *beneficii.* CDEHWg Vinc. Bell. (Sp. H. IX, 107.) = *alter memor esse accepti.* [cod. Iur. +] *Pessimum et si lacerat animum.* T = *et primit frequens.* E = *premat.* CDEHWg — *frequens.*

Cap. XI.

ℜ — 𝔅 = *Licet exclamare.* T — *ille.* E = *ille vitali proscriptione.* G = *superbia eius.* ℜ — 𝔅 = *Quousque dicens.* R (s∾ r.m.) = *Ego te servi.* CDV ℜ — 𝔅o + *ego te eripui.* RGTβEw ∾. w + *Nihil tibi de meo debeo.* ℜ — 𝔅 = *Nihil tibi debet.* CDEHg — *me* ante *circumducis.* VCDHg + *semel satis in* [D = *vi*] *triumpho.*

2. CDEHg — *Non est instandum — admoneas.*

memoria renovanda = VTβ Pinc. v. l. cod. Lips. qui probat. R(s.m.) G = *memoria renovandum* (R p.m. = *renocandum*). Pall. Col. 𝔊ro — 𝔅o = *memoria revocanda.* quod probat Gron. At valde dubito de Pall. Col.: nam primum *revocanda* Grut. falso laudat ex Pinc., deinde ait suos libros ab illis non abire. ℜ — 𝔅 = *memoria revocandum.* 𝔈1. — 𝔏4. = *memoriae revocandum.* Pinc. v. l. = *nisi ubi aliud dando.* RGCDW = *Nec aliis quidem.* H = *Nec aliud quidem.* E = *Nec aliis data beneficia debemus narrare.* E — *Dicetur* — § 5. *Eadem ceterorum.* β = *Dicetur enim quidem illi.*

Non negabis, inquit = mss. ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *Num negabis, inquit.*

3. CDHg — *quidem* post *Saepe.* g = *et multis locis. quotiensque et ubicumque.* H — *et* ante *ubicumque.*

num occupare officium? Est qui istud facere honestius possit.
quo narrante et hoc laudabitur quod ipse non narras. Ingratum
me iudicas, si istud te tacente nemo sciturus est? Quod adeo
non est committendum, ut etiam si quis coram nobis narrabit,
respondendum sit: Dignissimus quidem ille est maioribus bene- 4
ficiis, sed ego magis uelle me scio omnia illi praestare quam
adhuc praestitisse. Et haec ipsa non uernuiliter nec ea figura
qua quidam reiciunt quae magis ad se uolunt adtrahere. Dein-
de adicienda omnis humanitas. Perdet agricola quod sparsit,
si labores suos destituet in sémine. Multa cura sata perducun-
tur ad segetem. nihil in fructum peruenit quod non a primo
usque ad extremum aequalis cultura prosequitur: eadem bene-
ficiorum condicio est. Numquid ulla maiora possunt esse quam 5
quae in liberos patres conferunt? Haec tamen inrita sunt, si
in infantia deserantur, nisi longa pietas munus suum nutriat.

CDHg — *Quid opus est — nemo sciturus est.*

opus est e l oqui = mss. 𝔑 — 𝔊 (T = *eloq y*). 𝔐 — 𝔅o = *opus est t e loqui.* G = *honestu s possit.* Quidam Pinc. = *quo narrante et hoc n a r r a bitur.* 𝔑 — 𝔅 = *laudab i l i t e r.* Rell. etiam Gr. ∾. VW (s∾) = *ipse non narr a t.* 𝔑 — 𝔊l. = *m e tacente.* 𝔊ro — *est* post *sciturus.* g = *Q u i d adeo.* T = *Quod a d e o non.* g = *est o m ittendum.* CDHW = *est o b mittendum.* g = *ut e t s i quis.* Cg = *coram nobis narr e t.* D = *narr a t.* 𝔐 — 𝔅o + *e i respondendum sit* contra mstos.

4. P3. = *Dign u s quidem i s t e est.* W = *q u a s i ego beneficiis.* RGVT βWw quidam Pinc. sNaz. (al. m.) P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔅 + *sed e t ego.* quod non recepi, quia abest a Naz. (p.m.). T = *magis vell e m me s i c praestare.* Hg = *maioribus est beneficiis. q u a e ego magis scio me velle e i praestare quam p o s s e.* C = *m o r i b u s est. q u e ego magis scio me velle e i* ∾. D = *maioribus est q u a s i* [sD = *q u e*] *ego. magis scio e n i m me e i velle* ∾. P1. = *maioribus est. q u a s i ego magis scio me velle praestare quam p o s s e.* Quidam Pinc. = *q u a e ego magis velle me scio praestare quam praestitisse.* P3. = *ego magis vell e m me s c i t o omnia praestare* ∾. 𝔑 — 𝔅 = *ego mag n a velle me* ∾. 𝔊l. — 𝔏 = *maioribus q u a e ego magis velle me scio praestare quam p o s s e.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. CDWg = *Et haec ips e non.* H = *Et h o c ip s e non.*

non v e r n i l i t e r = Naz. P2. m𝔊2. 𝔐 — 𝔅 1. probant Steph. (Prood. II, 10. p. 237.) Casaub. (ad Theophr. Char. p. 19. ed. Fisch.). CHg Put. = *non vern a liter.* probat Bentl. ad Hor. Sat. I, 6, 108. G = *non v' a liter* i. e. *veraliter.* R = *non p u e r i liter.* V = *non h u m iliter.* T P3. = *non i n u t iliter.* 𝔑 — 𝔅 = *non u n i v e r s a liter* βDW P1. Col. 𝔊l. — 𝔊 𝔑u — 𝔅o = *non v e n a liter.* CHg = *nec ea f i n g a m qua e quidam.* R = *q u a m quidam.* D = *qua quid e m reiciunt.* T = *magis ad se n o lunt.* β = *volunt d e trahere.* CDHWg Iur. = *q u i magis attrahere c u p i u n t.* CD Hg — *Deinde* — § 5. *ceterorum beneficiorum condicio est.* R(s∾) = *Perd i t agricola.* R = *quod sparg i t.* R VTβ = *destitu i t.* 𝔑 — 𝔅 = *p r o d u c u n t ad segetem.* 𝔊l. — 𝔐 = *p r o ducuntur.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾.

5. T = *patres conferunt u r.* 𝔑 — 𝔏4. = *N e c tamen t u t a sunt* contra mstos etiam Pinc. Naz. P3. Col. Iur. = *n e c tamen r a t a sunt.* 𝔑 — 𝔅 — *in* ante *infantia.* R (s∾)Gβ = *nutr i t.*

Eadem ceterorum beneficiorum condicio est: nisi illa adiuueris, perdes. parum est dedisse, fouenda sunt. Si gratos uis habere quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed ames.
6 Praecipue, ut dixi, parcamus auribus. admonitio taedium facit, exprobratio odium. Nihil aeque in beneficio uitandum est quam superbia. Quid opus adrogantia uoltus? quid tumore uerborum? ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis iactatio: res loquentur nobis tacentibus. Non tantum ingratum, sed inuisum est beneficium superbe datum. XII. C. Caesar dedit uitam Pompeio Penno, si dat qui non aufert: deinde absoluto et agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui excusant et negant id insolentiae causa factum aiunt socculum auratum, immo aureum margaritis distinctum ostendere eum uoluisse. Ita prorsus: quid hic contumeliosum est, si uir consularis aurum et margaritas osculatus est et alioquin nullam par-
2 tem in corpore eius electurus quam purius oscularetur? Homo natus in hoc, ut mores liberae ciuitatis Persica seruitute mutaret, parum iudicauit, si senator senex submissis honoribus in conspectu principum supplex sibi eo more iacuisset quo hostes

CDHWg = *nisi adiuveris beneficia perdes* [sW = *partes*]. *parum* [W = *parva*] *dedi. sed fovenda* [g = *favenda*] *sunt*. G = *Si gratos vis haberi*. ℜ — 𝔈2. + *sed ut ames*. 𝔐 𝔅1. — 𝔚o + *sed et ames*.

6. CEHg — *Praecipue* — *odium* DW P1. 3. = *Nihil in beneficio dando magis vitandum*. 𝔈2. — 𝔚o + *in beneficio dando*. Rell. etiam P2. Col. ∾. D = *extollet te*. E = *te extollet*. Quidam Pinc. + *inanis manus iactatio*. VCE = *res loquetur*. D = *res loquuntur*. mNaz. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔚o = *res loquantur*. quod Grut. concinnius dicit. Rell. ∾. ℜ — 𝔈1. = *sed iniustum est beneficium*.

Cap. XII.

E — *C. Caesar* — XIII, 1. *quam faciem*. T + *C. S. Caesar dedit*. ℜ = *Sesar dedit*. G = *Cum cessat dedit*. Hg 𝔗 — 𝔏4. — *C.* ante *Caesar*. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. R = *Pompeio Paeno*. GVTβCDg ℜ𝔗 = *Pomp.* [β = *Ponp.*] *Peno*. 𝔅 — 𝔊 = *Pomp. Poeno*. CDHg — *et* ante *agenti*. G = *porrexit osculando*. ℜ — 𝔈2. + *porrexit ad osculandum*. ℜ — 𝔈1. + *Qui excusant eum et negant*. 𝔈2. — 𝔐 = *Qui excusant eum negant*. DW = *Qui excusant illum id insolentiae*. CHg quidam Pinc. — *et negant*. Rell. etiam alii Pinc. Gr. ∾. G = *quid id contumeliosum* om. *est*. V = *quid hoc contumeliosum est*. CHWg = *Quid purius in corpore osculari potuit homo natus in hoc* rell. om. D = *Quid in corpore osculari potuit homo* rell. om. RG VTβ P2. 3. Col. ℜ — 𝔈1. = *partem corporis eius*. quod verum esse arbitror: sed quominus recipiam, obstat Naz., qui ∾.

2. Cod. Iur. = *ut leges liberae civitatis*. H = *parum iudicatum*. T — *senex* post *senator*. CDHg — *submissis* — *principum*.

submissis honoribus = R Gr. ℜ — 𝔐 𝔅2. GVTβw 𝔊ro — 𝔐u 𝔚o = *summissis honoribus*. Pinc. ci. 𝔏 — 𝔏4. = *summis usus honoribus*. Lips. (Elect. I, 10.) ci. = *summis honoribus*. Duo libri Lips. = *summissimis honoribus*. Grut. ci. = *in conspectu P. R.* i. e. *populi Romani*. CDHW(m∾) g P1. cod. Iur. = *supplex sibi more* [P1. = *morē*] *vi-*

uicti hostibus iacuere: inuenit aliquid infra genua quo libertatem detruderet. Non hoc est rempublicam calcare? et quidem (dicet aliquis, nam potest ad rem pertinere) sinistro pede? Parum enim foede furioseque insolens fuerat qui de capite consularis uiri soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset imperator impilia sua. XIII. O superbia magnae fortunae! O stultissimum malum! ut a te nihil accipere iuuat! ut omne beneficium in iniuriam conuertis! ut te omnia nimia delectant! ut te omnia dedecent! quoque altius te subleuasti hoc depressior es ostendisque te non adgnoscere ista bona quibus tantum inflaris. Quicquid das corrumpis. Libet itaque interrogare quid se tantopere resupinet, quid uoltum habitumque oris peruertat, ut

ctorum hostium iacuisset. invenit aliquid rell. om. V ℜ—𝔈1. = *eo more subiacuisset.*

hostibus iacuere = RGTβ Naz. P3. Delben. Col. m𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o. V P2. ℜ — 𝔏4. = *victoribus iacuere.* Ops. ci. = *quo victi victoribus iacuere.* quia August. (Civ. Dei VI, 11.) laudat ex Seneca *victi victoribus leges dederunt.* CDHWg — *Non est hoc remp. R. P.* quod in mstis est, Lipsius putat posse explicari *Romanum populum.* ℜ — 𝔊 = *Equidem dicit aliquis.* RGβmW Erf. m𝔈2. = *et quidem licitet aliquis.* w = *et quidem licite aliquis.* VT m𝔈2. = *et quidem litiget aliquis.* Lips. (Elect. I, 10.) Gron. cii. = *et quidem* (*licet* [Gron. + *id*] *aliquis non putet ad rem pertinere*) *sinistro pede.* probat Grut., et potest firmari haec ci. etiam eo, quod mss. ℜ — 𝔊 habent *non potest.* Sed Gron. ipse praefert scripturam inde ab 𝔐 vulgatam. w = *foedere furiosus.* ℜ — 𝔈1. = *secatus audiebat.* R + *in os mos senatoris.* V = *nisi mos senatoris.* T = *in os senatoris iniecisset.* R = *in partem pigros suos.* GmW = *ingessisset* [sp. vc.] *pigros suos.* V = *ingessisset nude pigros suos.* βw ℜ — 𝔏4. = *imperator pigros suos.* quod explicare student Lips. et Turneb. (Advv. IX, 30.). Unus Lips. = *pigtos.* Pinc. ci. = *imperator pictos soccos.* Dal. = *imperator aegros suos* Lat. Latin. (Bibl. Prof. p. 44.) ci. = *Pyrgos suos* „ut pedum enormitatem notet.“ Scalig. ci. 𝔊ro — 𝔅o = *imperator epigros suos.* quod defendere frustra conatur Gron. T = *imperator impigias suas.* unde Trossius v. d. ci. = *imperator impilia sua.* recipio, dum melius aliquid inveniatur.

Cap. XIII.

ℜ = *S superbia* (ita certe in exemplari Gotting., in quo *S* est rubro pictum). Steph. (Prood. II, 7.) mavult *magna fortunae.* CDHWg = *O superbia, nihil iuvat a te accipi. Quicquid das corrumpis. quid te tantopere* [CD = *tanto opere*] *resupinas?* rell. om. T = *iuvet* et *convertas.* ℜ — 𝔈2. = *et omne beneficium.* RGTβ mWw — *ut te omnia nimia delectant.* quae num abesse possint vide. R — *te* ante *omnia dedecent.* β = *decent.* T = *quo quia altius.* RGTβmWw P2. 3. Col. ℜ — 𝔅 = *tibi non agnoscere.* Naz. = *tibi non adagnoscere.* quid vitii hic lateat adhuc, non perspicio. V 𝔈1. — 𝔅o ∾. T = *tantum inflatis.* V = *Licet itaque.*

quid se tantopere resupinet = RGT VβmWw Naz. P3. Delben. 𝔅2. Col. = *quis se tanto opere resupinet.* P1. — *Libet itaque interrogare* et = *Quid tanto opere resupinas.* (De CDHWg dixi supra). Ops. ci. = *quid te tantopere resupines.* ℜ — 𝔅 = *quid tantopere resupinet* om. *se.* 𝔈1. — 𝔏4. = *quid tantopere te supinet.* 𝔊ro — ℜu 𝔅o = *quid tantopere te resupinet.* CDHW(s∾) g = *pervertis ut*

2 malit habere personam quam faciem? Iucunda sunt quae humana fronte, certe leni placidaque tribuuntur, quae cum daret mihi superior, non exsultauit supra me, sed quam potuit benignissimus fuit descenditque in aequum et detraxit muneri suo pompam. si obseruauit idoneum tempus, ut in occasione potius quam in necessitate succurreret. Uno modo istis persuadebimus, ne beneficia sua insolentia perdant, si ostenderimus non ideo uideri maiora, quia tumultuosius data sunt. ne ipsos quidem ob id cuiquam posse maiores uideri. uanam esse superbiae magnitudinem et quae in odium etiam amanda perducat. XIV. Sunt quaedam nocitura inpetrantibus quae non dare, sed negare beneficium est. Aestimabimus itaque utilitatem potius quam uoluntatem petentium. Saepe enim noxia concupiscimus nec dispicere quam perniciosa sint licet, quia iudicium interpellat adfectus. sed cum subsedit cupiditas, cum inpetus ille flagrantis animi qui consilium fugat cecidit, detestamur perniciosos malo-
2 rum munerum auctores. Ut frigidam aegris negamus et lugentibus ac sibi iratis ferrum aut amantibus quicquid contra se usurus ardor petit: sic ea quae nocitura sunt inpense ac submisse,

malis. P1. = *pervertas ut malis.* 𝔈1. — 𝔑u 𝔅o = *pervertat ut malis.* Rell. etiam Pall. tres Col. ∾.

2. 𝔑 — 𝔅 = *humana fronte et cetera placidaque.* 𝔈1. — 𝔐 = *certe levi placidaque.* CDEHW(s∾) g — *certe.* Rell. etiam Gr. ∾. E — *quae cum daret — amanda perducat.* C = *nichil superior.* DW(s∾) = *super me.* CDHW(m∾) g = *sed descendit in aequum et detraxit* rell. om.

si observavit = RGTβw Naz. P2. Col. 𝔑 — 𝔅. VP3. = *sed observavit.* CDHg 𝔈1. — 𝔅1. — *si.* 𝔑u — 𝔅o = *sic observavit.* D(s∾) = *in necessitate succurrant.* CDHWg — *Uno modo — maioris videri.* 𝔑 — 𝔐 — *istis* post *modo* et — *sua* post *beneficia.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾. 𝔏4. = *non adeo videri.* T bis habet *non ideo.* 𝔑 — 𝔈1. = *quae tumultuosius.* 𝔈2. — 𝔐𝔅1. 𝔅o = *quia tumultuosius.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾. RGTmW = *nec ipsos quidem.* CDHg = *Vana* [D = *Sola.* s∾] *est superbiae magnitudo.* G = *superbiam magnitudine.* C = *producat.* H = *perducit.*

Cap. XIV.

D = *nocitura petentibus.* CEHW g + *noxia quaeque.* RVTβCWg 𝔑 — 𝔈1. = *nec despicere.* D = *quae nec despicere.* GVTβD 𝔑 — 𝔖 = *quam perniciosa sunt.* s Naz. = *iudicium interpolat.* quod probat Grut. sed ipse Naz. cum rell. ∾. V + *sed tamen cum subsedit.* 𝔑 — 𝔈1. = *cupiditas animi impetus fragantis* [𝔈1. ∾] *cum qui consilia fugat.* T = *impetus illo.* 𝔈2. — 𝔐 = *consilia fugat.* R = *fugat ceciderit.* T = *fugat occiderit.*

2. V = *Ut frigidam equis aquam negamus.* g = *Ut frigus et aquam aegris.* CDEHW = *Ut frigus vel aquam aegris.* 𝔑 — 𝔈2. = *Ut frigida.* Rell. etiam Fac. et Primit. Naz. ∾. CEHg — *et lugentibus* et = *aut sibi iratis.* D = *et ledentibus aut sibi iratis.* V = *ferrum ut amantibus.* RGTβCDEHWg 𝔑 — 𝔅 = *contra se usuros.* V = *contra se ausuros.* DW (s∾) = *ardor petet.* RGVTβE sW cod. Iur. = *sic omnium quae nocitura sunt.* quid hic lateat vitii, vide: nam in-

nonnumquam etiam miserabiliter rogantibus perseuerabimus non
dare. Cum initia beneficiorum suorum spectare tum etiam exi-
tus decet et ea dare quae non tantum accipere, sed etiam acce-
pisse delectet. Multi sunt qui dicant: Scio hoc illi non profu- 3
turum. sed quid faciam? rogat, resistere precibus eius non
possum. Uiderit. de se, non de me queretur. Falsum est:
immo de te et merito quidem, cum ad mentem bonam redierit,
cum accessio illa quae animum inflammabat remiserit. Quidni
eum oderit a quo in damnum ac periculum suum adiutus est?
Exorari in perniciem rogantium saeua bonitas est. Quemadmo- 4
dum pulcherrimum opus est etiam inuitos nolentesque seruare,
ita rogantibus pestifera largiri blandum et affabile odium est.
Beneficium demus quod usu magis ac magis placeat, quod num-
quam in malum uertat. Pecuniam non dabo quam numeraturum
adulterae sciam, ne in societate turpis facti aut consilii inue-
niar. Si potero, reuocabo: si minus, non adiuuabo scelus.
Siue illum ira quo non debebat inpellit, siue ambitionis calor 5

teger locus non est. w = *sic omnia quae noc.* ℜ — 𝔅 = *sic omnium quae natura sunt.* D = *intense ac submisse.*

Cum initia benef. = β cod. Iur. R = *Cum initium benef.* G = *Tu initia benef. s. specture cum etiam.* VTmWg ℜ — 𝔅o = *Tum initia benef.* ∾. CH = *Tum initia beneficiorum spectare* ∾. E = *Tum initia beneficiorum spectare tum exitus.* D = *Tamen beneficia bonorum spectare tunc etiam exitus.* W = *Tum beneficia bonorum spectare* ∾. mD (tert. m.) = *Tunc inicia beneficiorum spectare* ∾. VE — *etiam* ante *accepisse.* DW (cr. ∾) = *dare delectet.*

3. D = *Multi enim sunt qui dicunt.* C = ∾ *qui dicunt.* R = *illi non profecturum.* CDEHW(m∾) g — *quid faciam? rogat.* E = *Vidit de se.* CDEHg 𝔊l. — 𝔊 — *quidem* post *et merito.* ℜ — 𝔅 = *et merito quod est.* CEHg Col. ℜ — 𝔊 = *accensio illa quae.* W. + *accessio bona illa quae.* D = *accensio bona* [hoc notatur] *illa quae.* Rell. etiam Gr. ∾.

remiserit = Naz. 𝔊ro — 𝔅o. E = *se remisit.* Rell. + *se remiserit.* CD(cr. ∾) EW(cr. ∾) g = *Quid nisi eum.* VCDg = *et periculum.* H — *suum* post *periculum.* P. Colvius (ad Appul. M. III, 52. p. 198 a ed. Oud.) legit *se aeva bonitas.*

4. CDEHg — *etiam* ante *invitos.* RGVTβCEHg + *quod in usu.* quod fortasse recipiendum. W = *quod invisum.* D = *quod iniussum.* Cod. P. Colvii (ad Appul. M. VIII, 157. p. 524 a ed. Oud.) = *quod usu magis magisque.* Rell. ∾.

in malum vertat = RβCDWg Pinc. v. l. P1. Naz. 𝔐 — ℜu. H = *in tedium alius vertat.* VTEℜ — 𝔊𝔅o = *in malum vertatur.* G Col. = *in malum vergat.* mW = *in malum verguat.* βg = *numeraturam.* GV (cr. ∾) = *nec in societate.* T = *turpis facte.* ℜu 𝔅2. = *facti ac consilii* contra mstos et imprr. Ruhkium decepit error librarii aut ipsius Gruteri *ac* pro *aut* scribentis: spectat enim eius nota non ad hanc particulam, sed ad scripturam 𝔐 *ne in societatem* ∾ *veniam.*

si minus = mss. ℜ — 𝔅. 𝔊l. — 𝔅o = *sin minus.* ℜ — 𝔊 = *non iuvabo* contra mstos etiam Pinc.

5. DHW (s∾) = *quo non debeat.*

abducit a tutis in ullum malum: non uirus a semet ipso pati patiar, ne committam, ut possit quandoque dicere: Ille amando me occidit. Saepe nihil interest inter amicorum munera et hostium uota. Quicquid illi accidere optant in id horum intempestiua indulgentia inpellit atque instruit. Quid autem turpius quam (quod euenit frequentissime) ut nihil intersit inter odium et beneficium? XV. Numquam in turpitudinem nostram reditura tribuamus. Cum summa amicitiae sit amicum sibi aequare, utrique simul consulendum est. Dabo egenti, sed ut ipse non egeam. succuram perituro, sed ut ipse non peream: nisi si
2 futurus ero magni hominis aut magnae rei merces. Nullum beneficium dabo quod turpiter peterem. nec exiguum dilatabo nec magna pro paruis accipi patiar. Nam ut qui inputat gratiam destruit, ita qui quantum det ostendit munus suum commendat,

abducit a tutis in ullum malum: non virus a semet ipso pati patiar, ne committam. Haec latere videntur in optimorum codd. scripturis perversis. β = *abducit a tutis in ullum malum a* [hoc notatur] *vixus a semet ipso pati patiar ne committam.* T = *abducit a tutis in ullum malum virus a semet ipso pati patiar ne committam.* w = *abducit a tutis. in nullum malum vires a semet ipsa pati patiar. non committam.* R G = *abducit a tutis. sin nullum malum vires a semet ipsa patiar. non* [G = *nec*] *committam.* Naz. P3. Col. alii Lips. = *abducit a cutis. si nullum malum vires a semet ipsa patiar; nec committam.* V = *abducit a tutis. si nullum malum a semet ipso vires sibi inferri patiar nec committam.* P2. = *abducit a tutis. non a semet ipso vires sibi inferri patiar nec committam.* Ex. Francisc. 𝔊ro — 𝔅o = *abducit a tutis: non a semet ipso vim sibi inferri patiar. non* [ex. Franc. = *nec*] *committam.* Codd. Lips. = *abducit a cutis, non a semet ipso vires inferri patiar, nec committam.* 𝔑 — 𝔅 = *abducit a tutis. non a semetipso vires sibi inferri patiatur. non committam.* CDEHWg P1. 𝔈1. — 𝔏4. = *abducit a tutis* [Wp.m. = *atutius.* P1. = *acutius*]. *non committam ne ille* [𝔈1. — 𝔏4. = *ut possit* ∾] *quandoque dicere possit.* 𝔑 — 𝔈2. (m∾) = *et hostium acta.* C = *illi accederet optant.* Hg = *accedere optant.* RTβw = *accipere optant.* G — *inter* ante *odium.*

Cap. XV.

T = *Numquid in turpitudinem.* D = *in turp. vestram redditura.* C mDEHW (m∾) g P1. = *summae amicitiae.* D — *summa.* 𝔈2. — 𝔐 = *summa amicitia.* Rell. etiam Naz. P2. 3. Col. ∾. T = *amicum sibi exquirere.* G = *succurram petituro.* D — *ipse.* Tβ — *si* ante *futurus ero.* CDEHg — *nisi si fut.* — § 2. *exprobrat:* sed CDHg ea partim repetunt XVI, 1.

2. V = *Nullum exiguum.*

Nam ut qui inputat = GW P1. RsWw Naz. Col. + *Nam ut qui quod inputat. quod* videtur ortum ex *qui* bis posito aut ex varia scriptura, quam adscripserat aliquis. cf. ad XVI, 1 ex. Tβ P3. + *Nam ut qui quod dat imputat.* V P2. 𝔑 — 𝔅o + *Nam ut qui quod dedit imputat.* T = *quantum debet ostendit.* 𝔑 = *quantum dedit ost.* 𝔗 = *quantum odit ost.* 𝔚 = *quantum odium ost.*

commendat, non ostendit = RGTβ Ww Pinc. v. l. P1. 3. Naz. Col. 𝔏 — 𝔊ro 𝔑u (𝔅2. ita enim Bipontini scribi voluerant, sed librarius dedit *non*

non exprobrat. Respiciendae sunt cuique facultates suae uiresque, ne aut plus praestemus quam possumus aut minus. Aesti- 3 manda est eius persona cui damus: quaedam enim minora sunt, quam ut exire a magnis uiris debeant, quaedam accipiente maiora sunt. Utriusque itaque personam confer: et ipsum inter illas quod donabis examina, numquid aut danti graue sit aut parum. numquid rursus qui accepturus est aut fastidiat aut non capiat. XVI. Urbem cuidam Alexander donabat uesanus et qui nihil animo nisi grande conciperet. Cum ille cui donabatur se ipse mensus tanti muneris inuidiam refugisset dicens non conuenire fortunae suae: *Non quaero, inquit, quid te accipere deceat, sed quid me dare.* Animosa uox uidetur et cum regia tum stultissima. Nihil enim per se quemquam decet: reſert quid, cui, quando, quare, ubi et cetera sine quibus facti

commendat, non exprobrat). V𝔑 — 𝔐𝔑 𝔅1. 𝔅o = *non commendat, sed exprobrat.* H = *ne aut plus praesumamus.* V + *aut minus quam debeamus.*

3. CEH = *persona eius.* D — *eius.* CDEHg — *quaedam enim* — XVI, 1. *accipere hoc non decet:* sed CDHg ea partim repetunt XVI, 1. G — *enim* post *quaedam.* sw = *quam ut exigere,* Fessler ci. = *quam ut exigi.* GmW = *accipienda maiora sunt.* 𝔐 — 𝔏4. = *accipiente minora sunt.* Rell. etiam Gr. Delben. ∾. w = *utique personam.* RG = *personam conſert.* 𝔑 — 𝔅 = *conſert te ipsum.* 𝔈1. — 𝔐 = *conſer tecum.*

inter illas quod donabis examina = R (apud hunc *donabis* in lit.) Gβ Ww Pinc. v. l. Naz. P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔅𝔏 — 𝔊ro ℜu 𝔅2. T = *inter illas personas quod donabis ex anima.* 𝔈1. — 𝔐 𝔅1. 𝔅o = *inter illa quae donabis examina.* RT bis = *non quod.* R (s.m.) = *non quo.* 𝔑 — 𝔅 = *non quid aut danti.*

aut parum = mss. (exc. W) etiam Gr. W(m∾) = *aut parvum.* 𝔑 — 𝔅o = *aut paucum.*

Cap. XVI.

𝔑𝔗 = *Orbem cuidam.* Censor ℜu (Diar. Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 410.) ci. = *at qui nihil animo.* Cod. Iur. = *et qui nihil omnino.*

nisi grande = mss. 𝔑 — 𝔐. 𝔏 — 𝔅o = *non grande.* 𝔑 — 𝔊 = *concepit.* 𝔑 — 𝔈1. = *Dum ille cui don.* GsW = *cui donabitur.* V𝔑 — 𝔐 = *se ipsum mensus.* Rell. etiam Naz. P3. Col. Delb. ∾.

et cum regia tum stultissima = T (habet tamen *tñ stult.*). R + *et cum regia tum sit stult.* G = *et cum regia et cum stult.* V = *et cum regia sit stultissima.* β + *et cum sit regia tum sit stult.* Antiq. cod. Pinc. = *et tamen regia cum sit stult.* 𝔑 — 𝔊 = *et cum regia sit est stult.* 𝔐 — 𝔅o = *et regia, cum sit stult.* 𝔑 — 𝔅 = *pro se quemquam.* CDHg proxima sic exhibent insertis partim iis, quae supra omiserunt: *Reſert quid et* [H — *et*] *cui, quando, quare ubi. Nullum beneficium dabo quod turpiter peterem. nec exiguum dilatabo nec magna* [D = *magis*] *pro parvis* [D = *propius*] *accipere* [D = *accipe*] *patiar. Nam ut qui imputat* [g p.m. = *imputant*] *ita qui quantum* [D p.m. = *ita quod quantum*] *det ostendit munus suum commendat, non exprobrat. Aspiciendum est numquid* [D = *quod non.* s∾] *aut danti grave* [D + *grate al' grave*] *sit aut parvum* [H = *parum*]. *numquid qui accepturus est* [D — *aut parum — accepturus est*] *aut ſastidiat aut non accipiat. Vesanus Alexander et qui animo nihil nisi grande con-*

2 ratio non constabit. Tumidissimum animal! si illum accipere hoc non decet, nec te dare: habetur personarum ac dignitatum portio et, cum sit ubique uirtutis modus, aeque peccat quod excedit quam quod deficit. Liceat istud sane tibi et te in tantum fortuna sustulerit, ut congiaria tua urbes sint: quas quanto maioris animi fuit non capere quam spargere? est tamen aliquis minor, quam ut in sinu eius condenda sit ciuitas.

XVII. Ab Antigono Cynicus petit talentum. Respondit *plus esse quam quod Cynicus petere deberet.* Repulsus petit denarium. Respondit *minus esse quam quod regem deceret dare.* Turpissima est eiusmodi cauillatio. Inuenit quomodo neutrum daret. in denario regem, in talento Cynicum respexit: cum posset et denarium tamquam Cynico dare et talentum tamquam rex.
2 Ut sit aliquid maius quam quod Cynicus accipiat, nihil tam exiguum est quod non honeste regis humanitas tribuat. Si me interrogas, probo: est enim intolerabilis res poscere nummos et contemnere. Indixisti pecuniae odium. hoc professus es. hanc

ciperet cuidam urbem donabat: iam sequuntur reliqua omissis his: *cui donabatur, ipse, tanti, Animosa vox — quemquam decet.* E — *et cetera* — XVIII, 1. *quod non est committendum.* CDHg — *et cetera — constabit.*

2. TCD = *Timidissimum.* V = *si illud acciperet, hoc non deceret.* G — *te* ante *dare.*

habetur = RGVTβ 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *Habeatur.* CDHg — *habetur — portio et.*

dignitatum portio = Rβ Naz. Col. P3. P2. 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔐) = *dignitatum proportio.* GVTW ex. Fac. et Primit. 𝔐 = *dignitatum ratio.* 𝔐 = *et cum utrinque virtutis.* CDHW (m∾) g = *Cum virtus ubique medium et modus sit, aeque peccatur* [W = *peccatum*] *quod.* Cod. Iur. = *et cum sit ubique virtus modus et medium.* Arntzen. (ad Aurel. Vict. c. 42. p. 183.) mavult *virtuti modus.*

congiaria tua = Naz. (tres litterae *ria* erasae sunt, supra scriptum *xenia*) 𝔈2. — 𝔅o. RGVβ P2. Col. = *congia tua.* T = *congia tue urbes.* 𝔑 — 𝔈1. = *coniugia tua.* Amicus quidam Grut. ci. = *non cupere quam.* Verba *est tamen aliquis — civitas* Ruhk. putat e margine in contextum immissa esse. Mss. 𝔑 — 𝔅 = *quam in sinu eius condenda est civitas.* 𝔈1. — 𝔅o ∾.

Cap. XVII.

petit talentum = RGTβCDHg. V𝔑 — 𝔅o = *petiit talentum:* sed mox omnes habent *petit.* T = *Cynicus debet* et + *Repulsus est.* Tβ = *decet dare.* CsDHg = *Turpissima huiusmodi cav. est.* DW(s∾) *Turpissima haec odii cavillatio* om. *est.* V = *Turp. in omni eius cav. est.* GW(s.m.) = *cui posset et den.* CDHg — *et* ante *denarium.*

2. CDHW (cr.∾) g quaedam exx. Pinc. P1. = *Nam nihil tam exiguum est* ∾ *regia humanitas.* probat Grut., sed pro *Nam* vult *tamen.* Olim idem ci. + *at nihil.* et suspicatur ulcus aliquod secretius. Rell. etiam Naz. Col. P2. 3. ∾. CDHg — *Si me interrogas* — § 5. *nisi consentitur, extendi.* Ante haec *Si me interrogas* quaedam excidisse putant Grut., Lips. R (cr.∾) V = *indu xisti pecuniae.*

personam induisti: agenda est. iniquissimum est te pecuniam
sub gloria egestatis adquirere. Adspicienda ergo non minus
sua cuique persona est quam eius de quo iuuando quis cogitat.
Uolo Chrysippi nostri uti similitudine de pilae lusu: quam cade- 3
re non est dubium aut mittentis uitio aut excipientis. Tunc
cursum suum seruat, ubi inter manus utriusque apte ab utroque
et iactata et excepta uersatur: necesse est autem lusor bonus
aliter illam conlusori longo, aliter breui mittat. Eadem benefi-
cii ratio est: nisi utrique personae dantis et accipientis aptatur,
nec ab hoc exibit nec ad illum perueniet, ut debet. Si cum 4
exercitato et docto negotium est, audacius pilam mittemus: ut-
cumque enim uenerit, manus illam expedita et agilis repercutiet.
si cum tirone et indocto, non tam rigide nec tam excusse, sed
languidius et in ipsam eius dirigentes manum remisse occurre-
mus. Idem faciendum est in beneficiis. Quosdam doceamus et
satis iudicemus, si conantur, si audent, si uolunt. Facimus 5
autem plerumque ingratos et ut sint fauemus, tamquam ita de-
mum magna sint beneficia nostra, si gratia illis referri non po-
tuit: ut malignis lusoribus propositum est conlusorem traducere,
cum damno scilicet ipsius lusus qui non potest, nisi consentitur,
extendi. Multi sunt tam praue naturae, ut malint perdere
quae praestiterunt quam uideri recepisse, superbi et inputatores.
Quanto melius quantoque humanius id agere, ut illis quoque 6
partes suae constent, et fauere, ut gratia sibi referri possit.
benigne omnia interprctari. gratias agentem non aliter quam si

T + *Aspicienda est ergo.* R = *cuique sua persona.* Saepius hic ordo reperitur apud Senecam. vid. Ind. s. v. *Quisque.*

3. 𝔑 = *de pile luxu.* RGTβw duo Pinc. Gr. (exc. P2.) = *aut mittentis dubio.* quod, si accipi potest pro *dubitatione*, sanum est. Pinc. ci. = *aut mittentis devio.* V P2. 𝔑 — 𝔊 = *aut mittentis studio.* probat Grut. Interim tenui scripturam a Mureto vulgatam, quae conspicitur etiam in mW.

aut excipientis = mss. 𝔑 — 𝔅o = *aut accipientis.* RT = *Tum cursum suum.* V = *iacta et excepta.* T(s∾ r.m.) = *collusori longe.* V = *aptetur.* T = *ad illud perveniet.*

4. T = *utrunque enim venerit.* R = *et agilis et expedita.* Etiam T = *agilis et expedita.* G = *rigidem.* RV = *non tam excusse.* 𝔑 — 𝔅 — *in* ante *ipsam eius dirigentes.*

5. 𝔑 — 𝔅 = *et ut sicut favemus.* RGVT 𝔑 — 𝔈2. = *malignis cursoribus.* β Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔅o ∾. 𝔑 — 𝔅 = *cum lusore traducere.* V = *illius lusus.* V 𝔑 — 𝔅 = *cũ sentitur extendi.* RT = *quae praestiterint.*

6. T + *Quantoque melius.*

ut illis quoque partes = mss. (exc. V) 𝔑 — 𝔊. V + *ut in illis quoque p.* 𝔐 — 𝔅o = *ut illi quoque p.* 𝔊rö = *constent, et favore.* D = *ut gratie filii referri.* W = *ut gratiae* ∾ *possint.* D = *intẽptari gratiam agentem.* W = *gratiam agentem.* 𝔑

referat audire. praebere se facilem ad hoc, ut quem obligauit
etiam exsolui uelit? Male audire solet fenerator, si acerbe
exigit, aeque, si in recipiendo tardus ac difficilis moras quaerit:
7 beneficium tam recipiendum est quam non exigendum. Opti-
mus ille qui dedit facile numquam exiget: reddi gauisus est bo-
na fide quid praestitisset oblitus qui accipientis animo recepit.
XVIII. Quidam non tantum dant beneficia superbe, sed etiam
accipiunt: quod non est committendum. Iam enim transeamus
ad alteram partem tractaturi quomodo se gerere homines in ac-
cipiendis beneficiis debeant. Quodcumque ex duobus constat
officium tantumdem ab utroque exigit. Qualis pater esse debeat
cum inspexeris, scies non minus operis illic superesse, ut di-
spicias qualem esse oporteat filium. Sunt aliquae partes mariti,
2 sed non minores uxoris. Inuicem ista quantum exigunt prae-
stant et parem desiderant regulam quae, ut ait Hecaton, diffi-
cilis est. Omne enim honestum in arduo est, etiam quod uici-
num honesto est: non enim tantum fieri debet, sed ratione fie-
ri. Hac duce per totam uitam eundum est. minima maxima-
que ex huius consilio gerenda sunt: quomodo haec suaserit,

— 𝔅 = *nec aliter quam si.* CD (s.m.) HWg = *ut quem alligavit.* D (p.m.) = *ut quem allegavit.* C = *etiam absolvi velit.* D = *etiam absolvere possit vel velit.* W = *etiam exsolvere possit vel* [s *exsolvi*] *velit.* CDHg — *Male audire — mores quaerit.* G(s∾) — *in* ante *recipiendo.* G = *tardius ac facilius* [hoc notatur] *difficilis.*

7. CDHg — *Optimus ille — recepit.*

numquam exiget = mss. etiam maxima pars Gr. 𝔎 — 𝔈1. P3. 𝔈2. — 𝔊 = *nunquam exigit.* 𝔐 — 𝔅o = *nunquam exegit.* V = *bonâ fide.* R = *quod praestitisset.* R sG (p.m. ∾) T plerique Gr. 𝔎 — 𝔈1. = *animo recipit.* Rell. ∾.

Cap. XVIII.

dant beneficia = mss. 𝔑. 𝔗 — 𝔅o = *dant beneficium.* w = *sed et accipiunt.* V ante *Iam enim transeamus* inserit haec rubro scripta *Quomodo recipienda sint beneficia.* CDW (s∾) g = *Iam vero transeamus in alteram* (D = *altam*). E = *Iam transeamus in alteram.* G 𝔎 — 𝔐 = *ad aliam partem.* Rell. etiam Gr. Delb. ∾. CDEW — *tractaturi.* G = *tracturi quomodo.* Hg = *quomodo se agere.* D(tert. m.) = *quomodo agere* om. *se.* V + *debeant. qualiter sint beneficia accipienda.* CDEHWg — *Quodcumque* — § 2. *difficilis est.* w (s∾) = *tantumdem ex duobus exit.* T = *ab utroque exit.* T — *scies.* RG = *illi superesse.* V = *superesse illic.* R GVTW 𝔎 — 𝔈1. = *ut despicias.* 𝔎 𝔗 = *oporterit filium.* 𝔅𝔈1. = *oportuerit filium.*

2. V = *Invicem illa.* R = *quae tum exigunt.* CDEHWg — *enim* ante *honestum.* E = *et quod vicinum.* D (cr. ∾ tert. m.) = *vicinum honestum est.* V + *fieri quod debet.*

per totam vitam = mss. (exc. E) etiam Pinc. v. l. Nas. Col. P1. 2. 𝔊ro — 𝔅o. E sD 𝔎 — 𝔏4. = *per totam viam.* CDEHg — *minima maximaque* — § 3. *sequuntur autem plurima.* V = *ex eius consilio regenda sunt.*

daudum. Haec autem hoc primum censebit non ab omnibus accipiendum. A quibus ergo accipiemus? Ut breuiter tibi re- 3
spondeam: ab his quibus dedisse uideamur. Num etiam maiore delectu quaerendus est cui debeamus quam cui praestemus? nam ut non sequantur ulla incommoda (sequuntur autem plurima), graue tamen tormentum est debere cui nolis. contra iucundissimum ab eo accepisse beneficium quem amare etiam post iniuriam possis, ubi amicitiam alioqui iucundam causa fecit et iustam. Illud uero homini uerecundo et probo miserrimum est, 4
si eum amare oportet quem non iuuat. Totiens admoneam necesse est non loqui me de sapientibus quos quicquid oportet et iuuat, qui animum in potestate habent et legem sibi quam uolunt dicunt, quam dixerunt seruant: sed de inperfectis hominibus honestam uiam sequi uolentibus quorum adfectus saepe contumaciter parent. Itaque eligendus est a quo beneficium accipiam. et quidem diligentius quaerendus beneficii quam pecu- 5

RG — *sunt*. R = *hoc primum scensebit*. W = *sensebit*. RG = *nec ab omnibus accip*. Tw = *ne ab omnibus accip*.

3. *accipiemus* Grut. libenter expunxisset, si per mstos liceret. V = *ab iis quibus dedisse*. 𝔑 — 𝔈1. + *ab his quidem quibus*.

dedisse videamur = RGVTw Naz. P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔊. probant Steph. (Prood. II, 8.) Grut. Mur. ci. 𝔐 — 𝔅o = *dedisse vellemus*. Lips. ci. = *dedisse voveamus* vel *gaudeamus*.

Num etiam maiore = RV plerique Gr. codd. Lips. 𝔏 — 𝔅1. 𝔅2. G P3. = *Nunc etiam maiore*. probat Grut. w𝔑 — 𝔅 = *Non etiam maiore*. T alii Lips. 𝔈1. — 𝔐𝔑u𝔅o = *Nam etiam maiore*. RG 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔈1. — 𝔊) = *dilectu*. VT𝔈1. — 𝔊 ∾. 𝔑 — 𝔐 = *quaerendum est*. 𝔑 — 𝔅 = *plerumque subsequuntur etiam plurima*. 𝔈1. 2. = *subsequuntur autem plurima*. RG = *secuntur autem*. T = *grave autem tormentum*. CEHg 𝔑 — 𝔐 — *tamen* post *grave*. Gr. (exc. Naz.) = *grave autem* vel *grave tantum*. D = *grave al' grande tormentum est*. Rell. etiam Naz. ∾. VCDg 𝔑 — 𝔅o + *iucundissimum est*. RGTw ∾. G = *quam amare etiam*.

ubi amicitiam alioqui iucundam causa fecit et iustam = Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o. T quidam Pinc. = ∾ *alicui iocundam* ∾. et sic propemodum Gr. RGV = ∾ *alicui iocundam causam fecit et iustam*. Alii Pinc. codd. Lips. = ∾ *alicui iucundam eam fecit et iustam*. Grut. olim ci. = *ubi amicitia alicui iucundam eam fecit et iustam*, ut *eam* referretur ad *iniuriam*. Sed cum offenderetur voce *iucundam*, abiecit illam coniecturam. Lips. etiam ci. = ∾ *iam fecit et iustam*. CDEHg 𝔈1. — 𝔏4. haec omittunt.

4. T = *homini iocundo et probo*. CDEHg — *Totiens* — *contumaciter parent*. V = *non loqui de sapientibus me quoque quos oportet*. 𝔑 — 𝔐 — *et* ante *iuvat*. 𝔑 — 𝔈1. = *et quod dixerunt servant*. G = *quam dixerint*. T = *et quam dixerint*. 𝔈2. — 𝔅o + *et quam dixerunt*. RVw ∾.

honestam viam sequi = RGVTw Naz. P3. Col. P2. 𝔑 — 𝔈2. = *honestam vitam sequi*. Pinc. v. l. 𝔖 — 𝔅o = *honesta sequi*. V = *semper contumaciter*. VGC (cr. ∾) mWgw Naz. = *eligendum est*. probat Grut.

5. R — *quaerendus*. neque opus est hoc verbo. CDHg + *quaerendus est*.

nine creditor. Huic enim reddendum est quantum accepi. et si reddidi, solutus sum ac liber. At illi plus soluendum est. et nihilominus etiam relata gratia cohaeremus: debeo enim, cum reddidi, rursus incipere manetque amicitia. Non receperim indignum: sic ne in beneficiorum quidem sacratissimum ius ex quo amicitia oritur. Non semper, inquit, mihi licet dicere
6 *Nolo:* aliquando beneficium accipiendum est et inuito. Dat tyrannus crudelis et iracundus qui munus suum fastidire te iniuriam iudicaturus est. Non accipiam? Eodem loco latronem pone, piratam, regem animum latronis ac piratae habentem. Quid faciam? parum dignus est cui debeam. Cum eligendum dico cui debeas, uim maiorem et metum excipio quibus adhibi-
7 tis electio perit. Si liberum est tibi, si arbitrii tui est utrum uelis an non, id apud te ipse perpendes. si necessitas tollit arbitrium, scies te non accipere, sed parere. Nemo enim id accipiendo obligatur quod illi repudiare non licuit. Si uis scire an uelim, effice ut possim nolle. Uitam tamen tibi dedit. non refert quid sit quod datur, nisi a uolente uolenti datur. Si seruasti me, non ideo seruator es. Uenenum aliquando pro re-

CDHg — *Huic enim* — *amicitia oritur.* E — *Huic enim* — § 7. *sed parere.* T = *reddendus est.* G — *est.* R + *et quantum.* sed litterae *et quan* in litura sunt. G (cr. ∾) = *ac illi plus.* T = *collata gratia.*

manetque amicitia = RGVTw Gr. libri Lips. 𝔑 — 𝔅. ℭ1. — 𝔅o. = *monetque amicitia* (. *Monetque am.*).

Non receperim = Naz. (p. m.). supple *in amicitiam.* Naz. (s. m.) P3. = *Non reciperem.* RGVT (rell. Gr) 𝔑 — 𝔅o = *non* [*Non*] *recipere.*

sic ne in beneficiorum quidem = RGT Gr. Delb. libri Lips. 𝔑 — 𝔅 𝔅2. VW = *sic nec* ∾. ℭ1. — 𝔑u 𝔅o = *Sic est benef. q.* V = *sacratis ius.* W = *saguacis ius.* Totum hunc locum vitiatum dicit Mur. nec integer videtur Grutero aut Lipsio. Lips. ci. = *rursus incipere. Nam et quo* (valet *quomodo*) *in amicitiam non reciperem indignum; sic nec in beneficiorum quidem.* V = *Non semper inquis.* CDHg — *inquit.* w(m∾) — *mihi* ante *licet dicere.* D(s∾) W 𝔑 — 𝔅 = *dicere volo.*

6. CDHg — *Dat tyrannus* — *piratae habentem.* 𝔑 = *Non accipiam n r.* 𝔗𝔅 = *Non accipiam u r.* ℭ1. — 𝔅o = *pone latronem et piratam* (𝔅1. — 𝔅o = *pono*) contra mstos. ℭ1. — 𝔅o + *quo regem* contra mstos. T = *ac piratae herentem.* G = *parum dignum est.* 𝔑 — 𝔅 = *Cum eligendus cui debeas.*

7. CDHg — *Si liberum est* — *perpendes.* G = *si arbitrium est utrum.* V = *prependes.* VC = *scias te non.*

Nemo enim id = ci. Rod. Agric. ℭ𝔊. probant Erasm. Grut. Mss. (exc. V) etiam Gr. 𝔑 — ℭ2. 𝔑u — 𝔅o = *Nemo in id.* V = *Unde nemo in id.* 𝔐 — 𝔅1. = *Nemo id* om. *enim.* 𝔑 — 𝔅 = *obligat.* CDEHg — *Vitam tamen* — XXII. ex. *pensionem solvit.* sed pauca eorum leguntur XXIV, 1. GW = *Vita tamen.* W (s∾) = *nec refert.* T = *non refert quidē nisi a volente.*

volenti datur = mss. 𝔑 — 𝔅o = *volenti detur.* V — *Si* ante *servasti.* RG = *non ideo servatoris venenum* (in R *a* legitur supra versum).

medio fuit: non ideo numeratur inter salubria. Quaedam prosunt nec obligant. XIX. Tuber quidam tyranni gladio diuisit qui ad occidendum eum uenerat: non ideo illi tyrannus gratias egit, quod rem quam medicorum manus reformidauerant nocendo sanauit. Uides non esse magnum in ipsa re momentum, quoniam non uidetur dedisse beneficium qui malo animo profuit. Casus enim beneficium est, hominis iniuria. Leonem in amphitheatro spectauimus qui unum e bestiariis agnitum, cum quondam eius fuisset magister, protexit ab inpetu bestiarum.
Num ergo est beneficium ferae auxilium? Minime, quia nec 2
uoluit facere nec benefaciendi animo fecit. Quo loco feram posui tyrannum pone. Et hic uitam dedit et illa: nec hic nec illa beneficium. Quia non est beneficium accipere cogi, non est beneficium debere cui nolis. Ante des oportet mihi arbitrium mei, deinde beneficium. XX. Disputari de M. Bruto solet an debuerit accipere a diuo Iulio uitam, cum occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo secutus sit alias tractabimus. Mihi enim, cum uir magnus fuerit in aliis, in hac re uidetur uehementer crasse nec ex institutione Stoica se egisse: qui aut regis nomen extimuit, cum optimus ciuitatis status sub rege iusto sit, aut ibi sperauit libertatem futuram ubi tam magnum praemium erat et imperandi et seruiendi, aut existimauit 2
ciuitatem in priorem formam posse reuocari amissis pristinis moribus futuramque ibi aequalitatem ciuilis iuris et staturas suo loco leges ubi uiderat tot milia hominum pugnantia, non an ser-

. R (m∾) — *Quaedam prosunt nec obligant.*

Cap. XIX.

Gw = *nonn e ideo illi.* RG + *qui a malo animo.* R = *Cas u enim benef.* T = *specta b imus.* T = *unum e x bestiariis.* 𝔑 — 𝔈1. = *unum a best.* 𝔑 — 𝔅 = *cum q u i d a m eius.* G — *protexit.*

2. 𝔑 — 𝔐 = *N o n ergo est benef.* R(cr. ∾) = *f e r r ae auxilium.* TP2. 3. 𝔑 — 𝔊 = *f e r r e auxilium.* Rell. etiam Naz. Col. Delb. ∾. RGTW = *n e c faciendi* om. *bene.* T = *pone tyrann o r u m.* Pinc. ci. = *tyrann i c i d a m pone.* T = *accip e cogi.* 𝔑 — 𝔅 = *oportet i n arbitrium mei.*

Cap. XX.

GW = *Disputari d e i ñ Bruto.* GT = *a b divo Iulio.* G = *Qu a ratio n e in occidendo.* RGW = *in hac videtur* om. *re.* T = *in h o c videtur.* G RTW — *ex* ante *institutione.*

se e g i s s e = mss. etiam Lips. Gron. 𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o. ineptum vocat Mur. sed cf. Gron. Obss. IV, 14. p. 688. ed. Platn. 𝔐 — 𝔏4. = *se g e s s i s s e.* Grut. ci. = *f e c i s se.* R = *qui u t regis.* GTW = *q u i a u t regis.* Videtur scribendum *q u i a aut regis.* V = *reg u m nomen.* T = *et imperand ũ et servien d ũ.*

2. W = *aut a e s t i mavit.* 𝔑 — 𝔅 = *aut e x t i mavit.* G = *et statu t as suo loco.* V = *non n e servirent.* G

uirent, sed utri. Quanta uero illum aut rerum naturae aut urbis suae tenuit obliuio qui uno interempto defuturum credidit
3 alium qui idem uellet, cum Tarquinius esset inuentus post tot reges ferro ac fulminibus occisos? Sed uitam accipere debuit: ob hoc tamen non habere illum parentis loco qui in ius dandi beneficii iniuria uenerat. Non enim seruauit is qui non interfecit nec beneficium dedit, sed missionem. XXI. Illud magis uenire in disputationem potest aliquam quid faciendum sit captiuo cui redemptionis pretium homo prostituti corporis et infamis ore promittit. Patiar me ab inpuro seruari? seruatus deinde quam illi gratiam referam? Uiuam cum obscoeno? non uiuam cum redemptore? Quid ergo placeat dicam. Etiam ab aliquo tali accipiam pecuniam quam pro capite dependam: accipiam au-
2 tem tamquam creditum, non tamquam beneficium. Soluam illi pecuniam et, si occasio fuerit seruandi, periclitantem seruabo: in amicitiam quae similes iungit non descendam. nec seruatoris illum loco numerabo, sed feneratoris cui sciam reddendum quod accepi. Est aliquis dignus a quo beneficium accipiam. sed danti nociturum est: ideo non accipiam, quia ille paratus est mihi
3 cum incommodo aut etiam periculo suo prodesse. Defensurus est me reum, sed illo patrocinio regem sibi facturus inimicum. Inimicus sum, si, cum ille pro me periclitari uelit, ego quod

W = *servirent sed uti.* Quidam codd. Ermi = *servirent servituri.* alii = *servirent seducti.* 𝔑 — 𝔅 = *servirent servituti.* 𝔈1. 2. = *servirent servitutem.* 𝔈𝔊 + *servirent, sed utri servirent.* Vet. liber. Mur. = *servirent servi.* 𝔐𝔅1. = *servirent, sed cui.* Rell. etiam Naz. P3. cii. Agric. Ermi ∾. RGW = *aut rerum natura aut.* T = *aut rerum natura urbis suae.* V = *defuncturum credidit.*

3. RG (s∾) = *fluminibus occisos.* P3. = *si vitam accipere debuit.* probat Grut. V = *ob hoc tm̃ non habere.* RGW — *non* ante *habere illum.* T = *ob hoc habere tamen illum.* G = *qui intus dandi benef.* RT = *quia intus dandi benef.* V = *quia unius dandi benef.* 𝔑 — 𝔈1. = *qui unius dandi benef.* Gr. = *qui unius* aut *intus* aut *eius dandi benef.* · sNaz. ∾.

Cap. XXI.

T 𝔑 — 𝔊 = *potest aliquando quid.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾. G = *praestituti corporis.* 𝔑 — 𝔊 = *infamis repromittit.* Mss. etiam Fac. et Primit. 𝔑 — 𝔐 = *servatus denique quam illi* contra mstos etiam Gr. w = *servatus demum.* 𝔑 — 𝔅 = *Vivam non obscuro? non vivam.* GT = *num vivam cum redemptore.* RGTw — *tali* post *Etiam ab aliquo.*

2. R (m∾) — *cui* ante *sciam reddendum.* 𝔑 — 𝔅 = *foeneratoris conscientia reddendum.* T = *cui sciam reddendi.* 𝔑 — 𝔅 = *sed tanti nociturum est.*

3. 𝔑 — 𝔅 + *est facturus inimicum* contra mstos.

Inimicus sum = RGVT. 𝔑 — 𝔅 = *Inimicus sic: cum ille.* 𝔈1. — 𝔅o = *Inimicus sim.* V = *sic cum ille.* T — *pro me* et = *periclitem.*

facilius est non facio, ut sine illo pericliter. Ineptum et fri-
uolum hoc Hecaton ponit exemplum Arcesilai, quem ait a filio
familiae oblatam pecuniam non accepisse, ne ille patrem sordi-
dum offenderet. Quid fecit laude dignum? quod furtum non
recepit? quod maluit non accipere quam reddere? quae est enim
alienam rem non accipere moderatio? Si exemplo magni animi 4
opus est, utamur Graecini Iulii, uiri egregii, quem C. Caesar
occidit ob hoc unum, quod melior uir erat quam esse quemquam
tyranno expedit. Is cum ab amicis conferentibus ad inpensam
ludorum pecunias acciperet, magnam pecuniam a Fabio Persico
missam non accepit et obiurgantibus his qui non aestimabant
mittentes, sed missa, quod repudiasset: *Ego*, inquit, *ab eo* 5
*beneficium accipiam a quo propinationem acccepturus non
sum?* Cum ille Rebilus consularis, homo eiusdem infamiae,
maiorem summam misisset instaretque, ut accipi iuberet: *Ro-
go*, inquit, *ignoscas, et a Persico non accepi.* Utrum hoc
munera accipere est an senatum legere? XXII. Cum accipien-
dum iudicauerimus, hilares accipiamus, profitentes gaudium: et
id danti manifestum sit, ut fructum praesentem capiat. Iusta
enim causa laetitiae est laetum amicum uidere: iustior fecisse.
quam grate ad nos peruenisse indicemus effusis adfectibus: quod
non ipso tantum audiente, sed ubique testemur. Qui grate

RGVTw 𝔑 = *Archesilai.* 𝔈2.—𝔙o = *filio familias* contra mstos et usum Senecae. GW 𝔑 — 𝔙 = *ablatam pecuniam.* RVT = *allatam pecuniam.* quod fortasse recipiendum. G(s∾) — *dignum.* G(s∾) = *non recipere.* 𝔑—𝔙 = *accipere moderatior.*

4. 𝔑 — 𝔈1. + *ut utamur.* GW — *viri egregii.* R = *quem c̄. cẽs. oo. occidit.* GW = *quem cũ õs occidit.* 𝔑 — 𝔊1. = *quem Xerxes* [𝔑 = *Xerses*] *occidit.* 𝔈2. — 𝔊 — *C.* ante *Caesar.*

tyranno expedit = RGVTW. 𝔑 — 𝔙o = *tyranno expediret.* GV — *ab* ante *amicis confer.* w = *obiurgantibus eis.* 𝔈1. — 𝔏4. = *mittentem, sed missa* contra mstos etiam Gr. T = *qui repudiasset.*

5. V𝔙𝔈1. = *a quo propiciationem.* 𝔑𝔗 = *a quo piciationem.*

accepturus non sum = RGVTW 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔙o = *accept. non sim.* V𝔑 — 𝔙o + *Cumque illi.* Rell. ∾. RGVWw = *Rebillus.* T = *rebellis consularis.* 𝔑 — 𝔙 = *instaret ut* om. *que.* 𝔐 = *ut acciperet* contra mstos etiam Naz. P2. 3. Col. 𝔏 — 𝔙o + *nam et a Persico* contra mstos. V 𝔑 — 𝔈1. = *utrum haec munera accipere est an senatum legere.* Pinc. haec invecticia dicit et aliunde in Senecae contextum irrepsisse: neque leguntur in ex. d. Mariae Salm. T = *hic munera.*

Cap. XXII.

T = *profutentes.* T = *laetum animum videre.*

quam grate ad nos pervenisse = mss. etiam Gr. (exc. P1.) 𝔑 — 𝔙. P1. + *Quae quam grate ad nos pervenissent.* 𝔈1. — 𝔙o — *quam.* Vw 𝔑 — 𝔈1. = *iudicemus.* RGT = *quo non ipso tantum.* 𝔑 — 𝔈1. = *non ipso tamen.* R (m∾) — *audiente.*

beneficium accipit primam eius pensionem soluit. XXIII. Sunt quidam qui nolunt nisi secreto accipere. testem beneficii et conscium uitant: quos scias licet male cogitare. Quomodo danti in tantum producenda notitia est muneris sui in quantum delectatura est eum cui datur: ita accipienti adhibenda concio
2 est. Quod pudet debere ne acceperis. Quidam furtiue agunt gratias et in angulo et ad aurem. Non est ista uerecundia, sed infitiandi genus. Ingratus est qui remotis arbitris agit gratias. Quidam nolunt nomina secum fieri nec interponi pararios nec signatores aduocari nec chirographum dare: idem faciunt qui dant operam, ut beneficium in ipsos collatum quam ignotissimum
3 sit. Uerentur palam ferre, ut sua potius uirtute quam alieno adiutorio consecuti dicantur. Rariores in eorum officiis sunt quibus uitam aut dignitatem debent. et dum opinionem clientium timent, grauiorem subeunt ingratorum. XXIV. Alii pessime loquuntur de optime meritis. Tutius est quosdam offende-

beneficium accipit = mss. etiam Gr. ℜ — 𝔈1. 𝔅2. 𝔈2. — ℜu 𝔅o = *benef. accepit.*

Cap. XXIII.

CDEg — *licet.* R = *Commoda danti in tantum.* CDEg — *Quomodo — concio est.* ℜ — 𝔅 = *in quantum dilatatum est cui datur.* W = *delectatur cui datur.* 𝔈1. = *delectatum est cui datur.* RGVTw 𝔈2. — 𝔊 — *eum* ante *cui datur.* T = *adhibenda cognitio est.* Ex. gymn. Salmant. = *adhibenda conscio est.* unde Pinc. ci. = *adhibendus conscius est.* P3. = *adh. conscientia est.* Cod. St. Steph. = *adh. conditio est.* Opsop. ci. = *adh. cautio est* propter sequentia. V = *Quid pudet debere.*

2. Cod. Put. = *et in aurem.* probat Opsop. Rell. etiam Gr. ∾. D = *agunt gratiam* et mox *agit gratiam.* G ci. Pinc. = *Quidam volunt nomina.* CDEg — *Quidam nolunt — ignotissimum sit.* RG — *nec* ante *chirographum.* RTℜ = *cyrographum.* G = *cirographum.* V = *cirografum.* R = *in ipsos collocata.* T = *ignotissimum fit.*

3. ℜ — 𝔅 = *Verentur palam forte.* T = *consecuti dicantis.* CDEg — *Rariores — ingratorum.* RG Naz. P2. Col. ℜ — 𝔅 = *quibus iam aut dignitatem.* 𝔈1. 2. = *quibus iam ante dignitatem.* 𝔖 — 𝔐 𝔅1. — 𝔅o + *quibus aut vitam aut dign.* Rod. Agric. = *quibus aut salutem aut dign.* Rell. etiam ex. Francisc. P3. ∾. G = *opinionem audientium timent.* Vetust. Ermi = *opinionem debentium timent.*

Cap. XXIV.

Post *demeruisse* CDHg partim repetunt, quae supra omiserunt, hoc modo: *Quaedam prosunt nec obligant. Non est beneficium debere cui nolis. Ante des oportet mihi arbitrium mei* [D = *meum*], *deinde* [D = *demum*] *beneficium. Inimicus sum, si cum* [D = *sico.* cr. ∾] *amicus pro me periclitari velit ego quod facilius est non facio ut sine illo pericliter. Nulla* [D + *enim* tert. m.] *est alienam rem non accipere moderatio? Si exemplo* [Hg = *exemplum*] *magni animi opus est utamur Graecini Iulii* [D = *Gratinii Iulli.* H = *Gratini Iulii*] *quem G. Caesar* [C = *G. C.* g = *C. C.*] *occidit ob hoc unum quod melior vir erat quam esse quemquam tyranno expedit. Is cum ab amicis conferentibus ad impensam ludorum pecunias acciperet magnam* [D = *magistrum.*

**re quam demeruisse: argumentum enim nihil debentium odio quaerunt. Atqui nihil magis praestandum est, quam ut memoria nobis meritorum haereat. quae subinde reficienda est, quia nec referre potest gratiam, nisi qui meminit, et qui meminit eam refert. Nec delicate accipiendum est nec submisse et humiliter. Nam qui neglegens est in accipiendo, cum omne beneficium recens placeat, quid faciet, cum prima eius uoluptas
refrixerit? Alius accepit fastidiose, tamquam qui dicat: Non** 2
quidem mihi opus est, sed quia tam ualde uis, faciam tibi mei potestatem. alius supine, ut dubium praestanti relinquat an senserit. alius uix labra diduxit et ingratior, quam si tacuisset, fuit. Loquendum est pro magnitudine rei inpensius et illa adicienda: Pluris quam putas obligasti. Nemo enim non gau-

cr. ∾] *pecuniam a Fabio* [D = *Fabiano*] *Persico missam non accepit. His obiurgantibus qui* [D = *obiurgationibus subiacent.* m∾] *non extimant mittentes sed missa* [C = *missã*]. *inde* [D = *Idem* tert. m.] *cum Rebillus* [D = *Rebellius*] *eiusdem infamiae maiorem summam* [D = *suam.* m∾] *misisset instaretque ut accipi iuberet. Rogo inquit ignoscas* [D = *ignotas.* cr. ∾] *et a Fabio Persico missam non accepi* [D = *non accepi missam*]. *Cum accipiendum iudicaverimus* [D = *iudicaremus.* m∾] *illas res accipiamus profitentes gaudium. ut* [g = *ubi*] *id danti manifestum sit et fructum praesentem capiat* [D = *capiut praesentem*]. *Quae quam* [H = *Quae quamvis*] *grate ad nos* [D — *ad nos*] *pervenissent iudicemus effusis affectibus. quod non ipso tantum audiente sed ubique testemur. Qui grate beneficium accipit* [C = *accepit*] *primam eius pensionem solvit. Quomodo danti in tantum producenda est notitia muneris sui in quantum delectatura cui datur* [C = *an datur.* D = *delectatur cui datur*]. *Ita accipienti adhibenda cognitio est* [D = *est conscientia.* m∾]. *quod pudet ne* [D = *non*] *acceperis.* CDEHg — *argumentum* — *voluptas refrixerit.*

argumentum enim = RGVTWw. 𝔑 — 𝔅 = *argumentum est.* 𝔈1. — 𝔅o — *enim.* V 𝔑 — 𝔈1. = *Atque nihil magis.* 𝔑 — 𝔅 = *meritorum egeat quae subinde.* m𝔈2. = *quae subinde refricanda est.* T = *quia nec ferre potest.*

et qui meminit eam refert = ex. Francisc. VP2. 𝔑 — 𝔊 haec omittunt. RGT Naz. P3. Col. — *et qui meminit.* Praeterea T = *eam referre.* 𝔐 — 𝔅o = *et qui meminit iam refert.* Sed *iam* in nullo msto legitur. 𝔑 — 𝔅 = *Nec delirare accipientium est.* 𝔈1. = ∾ *accipientium est.* RGVTWw Verd. St. Steph. Scal. 𝔑 — 𝔅 = *beneficium recens pateat.* Videtur ita mutatum esse a librariis propter verba *beneficium suum latius patere* § 2. RGTW 𝔈1. — 𝔊 = *refrixit.* 𝔑 — 𝔅 = *restrinxit.*

2. 𝔈1. — 𝔊 — *quidem* ante *mihi opus est* contra mstos etiam Pinc. Gr. VCDHg = *accipit fastidiose.* E = *incipit studiose* (s vel *fastidiose*). G(cr. ∾) = *tamquam qui iudicat.* Pinc. haec Senecae non esse putat. Grut. ci. = *tamquam si dicat.* T — *qui* ante *dicat.* E — *Alius supine* — *senserit.* CDHW (cr. ∾) g = *Alius superbe ut dubium.* D(s∾) 𝔑 = *relinquat assenserit.* 𝔑 = *alias vix labra.* RVT 𝔑 — 𝔅 = *labra deduxit.*

Loquendum est = RGVTCDEHW gw. 𝔑 — 𝔅o — *est.* V + *et illa verba adicienda sunt.* E — *et illa adicienda* — XXVII, 3. *sed quo tendat.*

Pluris quam putes = RGVTCDH

det beneficium suum latius patere. Nescis quid mihi praestiteris: sed scire te oportet quanto plus sit quam existimas. Statim gratus est qui se onerat. Numquam tibi gratiam referre potero. illud certe non desinam ubique confiteri me referre non posse. XXV. Nullo magis Caesarem Augustum demeruit et ad alia inpetranda facilem sibi reddidit Furnius, quam quod, cum patri Antonianas partes secuto ueniam inpetrasset, dixit: *Hanc unam Caesar habeo iniuriam tuam, effecisti ut uiuerem et morerer ingratus.* Quid est tam grati animi quam nullo modo sibi satisfacere? quam ne ad spem quidem exaequandi umquam beneficii accedere? His atque eiusmodi uocibus id agamus, ut uoluntas nostra non lateat, sed aperiatur et luceat.
2 Uerba cessent licet: si quemadmodum debemus adfecti sumus, conscientia eminebit in uoltu. Qui gratus futurus est statim dum accipit, de reddendo cogitet. Chrysippus quidem dicit illum uelut in certamen cursus conpositum et carceribus inclusum opperiri debere tempus suum ad quod uelut dato signo prosiliat. Et quidem magna illi celeritate opus est, magna contentione, ut consequatur antecedentem. XXVI. Uidendum est nunc quid maxime faciat ingratos. Aut nimius sui suspectus et insitum

Wg 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *Plures q. p.* CDHW (m ∾) g = *alligasti.* CDHg — *Nemo enim — quam existimas.* T = *Nescias quid mihi.*

quam existimas = RGT Verd. Scal. V𝔑 — 𝔅 = *quam extimas.* 𝔈1, — 𝔅o = *quam aestimas.* R — *gratiam* ante *referre.*

Cap. XXV.

𝔑 — 𝔅 = *Nullus magis.* CDg = *facilem sibi reddit.* VTW = *Furius.* CDg — *quod* ante *cum patri.* H = *ne morerer.* CDHg — *quam nullo — satisfacere.* RG = *quem ne ad spem quidem.* 𝔑 — 𝔐 — *quam.* Rell. etiam Pinc. ∾. GVT D 𝔑 — 𝔅o = *nec ad spem quidem.* RCHg ∾. RVT 𝔑 — 𝔊 = *exequendi umquam benef.* Rell. etiam Pinc. ∾. CDHWg — *umquam* et = *beneficia.* CDHg — *His atque — et luceat.* w — *vocibus id.* 𝔈1. 2. — *id* ante *agamus.* Rell. etiam Pinc. ∾.

ut voluntas nostra = RGTWw St. Steph. Scal. V𝔑 — 𝔅o — *nostra.* T = *si aperiatur.* *et luceat* = Naz. 𝔏4. — 𝔅o. RG VTw 𝔑 — 𝔏 = *ut luceat.* St. Steph. = *sed aperiatur et licet verba cessent.*

2. V + *tamen si quemadmodum.* T + *si tamen quemadmodum.* 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *statim dum accepit* contra mstos.

de reddendo cogitet = RGVTW 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *de redd. cogitat.* RT = *Chrys. quidem ait.* RG T = *in illum velut certamen.* Naz. = *Chrys. quidem in illum velut certamen.* P3. = *Chrys. in ipsum velut cert.* Col. = *Chr. quidam in illum velut cert.* V = *Chrysipp. quidē ĩ illd' velut cert.* 𝔑 — 𝔅 = ∾ *illud velut in cert.* Locus Grutero suspectus est de insigni aliquo hiatu. RG = *operire debere.* T = *Et quod magna celeritate* om. *illi.*

Cap. XXVI.

Naz. + *facit aut nimius.* Grut. ci. = *Facit id aut nimius.* RGVT Ww cod. Ermi = *Aut nimium* [sR = *nimius*] *sui suspectos.* Libri Lips. 𝔑 — 𝔈1. = *Aut nimium sui suspe-*

mortalitati uitium se suaque mirandi aut auiditas aut inuidia. Incipiamus a primo. Nemo non benignus est sui iudex. inde est, ut omnia meruisse se existimet et in solutum accipiat nec satis suo pretio se aestimatum putet. Hoc mihi dedit: sed quam sero, sed post quot lobores? quanto consequi plura potuissem, si illum aut illum aut me colere maluissem? Non hoc speraueram. In turbam coniectus sum, tam exiguo dignum me iudicauit: honestius praeteriri fuit. XXVII. Cn. Lentulus augur, diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent, (hic qui quater milies sestertium suum uidit. proprie dixi: nihil enim amplius quam uidit) ingenii fuit sterilis, tam pusilli oris quam animi. Cum esset auarissimus, nummos citius emittebat quam uerba: tanta illi inopia erat sermonis. Hic cum omnia incrementa sua diuo Augusto deberet ad quem adtulerat paupertatem sub onere nobilitatis laborantem, princeps iam ciuitatis et pecunia et gratia subinde de Augusto solebat queri dicens *a studiis se abductum*. *Nihil tantum in* 2
se congestum esse quantum perdidisset relicta eloquentia.

ctum. ferri posse putat Lips., ut *Praetextus* et *Praetextum*. Dalech. ci. = *aut faciat suspectus. Insitum et.* Ermi ci. 𝔈2. — 𝔅o ∾. CDHg — *Aut nimius — colere maluissem.* T = *insitum mortalibus vitium.* T + *Incipiamus ergo.* V = *Nemo inbenignus est.* T libri Lips. ℜ — 𝔈1. + *Nec dicat: Hoc mihi dedit.* probat Lips. 𝔈1. 2. — *se* ante *aestimatum putet* contra mstos etiam Pinc. R — *quam* ante *sero.* 𝔅 1. ℜu = *quando consequi.* R = *plura potuisse si illum.* CD(s∾) Hg = *non hoc spectaveram.* Libri Lips. = *tamquam exiguo.* Lips. ci. = *tam ne. exiguo.* Naz. Steph. ci. (Prood. II, 4.) = *dignum me iudicavit?* per interrogationem. R = *honestius praeterreri fuit.* P1. = *praeteriti fuit.*

Cap. XXVII.

R = *Cñ. Lentulus.* GW = *Cũ Lentulus.* ℜ — 𝔈1. = *Quando Lentulus.* V = *Gn. Lentulus.* CDEHg — *Cn. Lentulus* — § 3. *quo tendat.*

hic qui quater = Naz. ℜu 𝔅o. Col. — *hic qui.* Rell. — *qui.* VT + *amplius voluit quam vidit.*

ingenii fuit sterilis, tam pusilli oris quam animi = R. GWw Naz. Col. = *ing. fuit sterilis tempus illi quam animi.* VT P2. 3. omnes Pinc. Lips. 𝔈1. = *ingen. fuit sterilis tam pusilli quam animi.* Erm. notat *pusilli* non fuisse in msto. ℜ — 𝔅 = *amplius vidit quam. Ingenii sui sterilis tam pusilli. Cum.* 𝔈2. = *ing. fuit sterilis tanquam animi.* 𝔊𝔖 = *ing. fuit tam sterilis quam animi.* 𝔐 — 𝔏4. = *ing. fuit tam sterilis quam pusilli.* Pinc. ci. 𝔊ro — 𝔅o = *ing. fuit tam sterilis quam pusilli animi.* Steph. (Prood. II, 8.) ci. = *ing. fuit sterilis et tam pusilli quam animi.* V ℜ — 𝔏4. + *Cum enim esset.* Rell. etiam Gr. ∾. T = *minimos citius emittebat.*

sub onere nobilitatis = RT Naz. P2. Col. St. Steph. Hisp. Verd. Tronc. Torrent. (ad Suet. Tib. 49.) Erf. Cambron. Leod. ℜ — 𝔈1. 𝔊ro — 𝔅o. GVW 𝔈2. — 𝔏4. = *sub honore nobilitatis.* probat Lips. RGW ℜ — 𝔖 𝔍u — *de* ante *Augusto.* sR = *sub in de Aug.* T = *a studiis sese abductum.* R = *se a studiis abd.* V = *a studiis abductum se.* ut Pron. non possit non venire in suspicionem. ℜ — 𝔅 = *quam perdidisset.* ℜ — 𝔅 = *reddita eloquentia.*

At illi inter alia hoc quoque diuus Augustus praestiterat, quod illum derisu et labore inrito liberauerat. Non patitur auiditas quemquam esse gratum: numquam enim inprobae spei quod datur satis est. Eo maiora cupimus quo maiora uenerunt multoque concitatior est auaritia in magnarum opum congestu conlocata, ut flammae infinito acrior uis est quo ex maiore incen-
3 dio emicuit. Aeque ambitio non patitur quemquam in ea mensura honorum conquiescere qua quondam eius fuit inpudens uotum. Nemo agit de tribunatu gratias: sed queritur, quod non est ad praeturam usque perductus. nec haec grata est, si deest consulatus. ne hic quidem satiat, si unus est. Ultra se cupiditas porrigit et felicitatem suam non intellegit, quia non unde uenerit respicit, sed quo tendat. Omnibus his uehementius et inportunius malum est inuidia quae nos inquietat, dum conparat. XXVIII. Hoc mihi praestitit, sed illi plus, sed illi maturius. et deinde: Nullius causam agit, contra omnes sibi fauet. Quanto est simplicius, quanto prudentius beneficium acceptum augere, scire neminem tanti ab alio quanti a se ipso aestimari? Plus accipere debui, sed illi facile non fuit plus dare. in mul-

2. RGV disiungunt *de risu*. 𝔑 — 𝔊 = *quod illum derisum a labore. illum* Grut. suspectum habet, quamvis legatur in omnibus mstis. Pinc. v. l. 𝔐 — 𝔅o = *derisu ac labore.* Sed mei omnes et cod. Torrent. (l.l.) = *et labore.* RGVTW 𝔑 — 𝔊 = *Et maiora cupimus.* de quo vide. T — *in* ante *magnarum*. R = *magnorum opum.* w = *congestu collata. collocata* aberat a Lipsii libris. V𝔑 = *infinil e acrior.* 𝔗 — 𝔈2. = *infinit ae acrior.*

qua quondam = RGTW P2. Col. 𝔈1. — 𝔊 (G = *ꝯdam*). 𝔑 — 𝔅 = *qua quidam.* V = *quia quondam.* Agric. m𝔊𝔐 — 𝔅o = *quae quondam.* V = *nec hoc gratum est.*

ne hic quidem satiat = 𝔑𝔏 — 𝔅o (exc. 𝔅2.). T = *ne hoc q. s.* RGWT = *nec hoc q. saciat.* V = *neis quidem satiat.* Pinc. v. l. 𝔅 = *nec hic* [𝔅 = *hoc*] *quidem faciat* (sic certe in ed. Basil. s. a. et typ. n. et in Paris. a. 1602. Grut. laudat *satiat*). 𝔈1. 2. = *nec hoc quidem satiet.* 𝔖𝔊 = *nec hic q. satiet.* 𝔐 = *Ne hic quidem satis est.* 𝔅2. = *nec hic* ∾. Etiam Naz. Col. = *saciat.* R(s.m.) GVT = *et facilitatem suam.* R(p.m.) = *et facultatem suam.* GW — *non* ante *intellegit.* V = *unde venerat.* CDEHg — *his* post *Omnibus.*

Cap. XXVIII.

CDEHg — *Haec* [DE = *Hoc*] *mihi praestitit. illi plus, illi maturius.* DHWg hic addunt ex superiore capite *Numquam improbae spei quod datur satis est et maiora cupit quo maiora venerunt.* CDEHg — *et deinde* — *sibi favet.* G = *contra omnis.* T = *Quanto enim simplicius.*

quanto prudentius = RGVT Pinc. v. l. Gr. Hisp. Verd. Tronc. 𝔑 — 𝔅 𝔑u — 𝔅o. CDHg 𝔈1. — 𝔐 = *quanto purius.* Pinc. ci. 𝔏 — 𝔅1. = *quanto pudentius.* T — *ab* ante *alio quanti.* CDEHg = *acceptum augere et sic aestimare* rell. om. 𝔑 — 𝔅 = *accipere debuisset.* 𝔈1. = *accipere debuissent.* 𝔈2. — 𝔏4. = *accipere debuissem.* Mss. et-

tos diuidenda liberalitas erat. Hoc initium est: boni consulamus et animum eius grate excipiendo euocemus. Parum fecit, sed saepius faciet. Illum mihi praetulit et me multis. Ille non est mihi par uirtutibus nec officiis, sed habuit suam Venerem.
Querendo non efficiam, ut maioribus dignus sim; sed ut datis 2
indignus. Plura illis hominibus turpissimis data sunt: quid ad rem? quam raro fortuna iudicat? Cotidie querimur malos esse felices. Saepe quae agellos pessimi cuiusque transierat optimorum uirorum segetem grando percussit. Fert sortem suam quisque ut in ceteris rebus ita in amicitiis. Nullum est tam plenum beneficium quod non uellicare malignitas possit, nullum tam angustum quod non bonus interpres extendat. Numquam deerunt causae querendi, si beneficia a deteriore parte spectaueris. XXIX. Uide quam iniqui sint diuinorum munerum aestimatores et quidem professi sapientiam. Queruntur, quod non magnitudine corporum aequemus elephantos, uelocitate ceruos, leuitate aues, inpetu tauros. quod solidior sit cutis beluis, decentior damis, densior ursis, mollior fibris. quod sagacitate nos narium canes uincant, quod acie luminum aquilae, spatio
aetatis corui, multa animalia nandi facilitate. Et cum quaedam 2

iam Gr. ∾. 𝔑 — 𝔅 = *dividendo* H = *liberalitas fuit.* D (s.m.) = *liberalitas erit.* 𝔑 — 𝔅 = *liberalitas est.* CDEHg — *Hoc initium — evocemus.* R (cr. ∾) = *bonum consulamus.* w = *grate accipiendo.* E — *sed* ante *saepius.* D = *etiam me multis.* E — *ille non est* — § 2. *ita in amicitiis.* H — *mihi* ante *par virtutibus.* D = *non officiis.*

2. D = *veneratione. Conquerendo non efficiam.* W = *venerationem. Conquerendo.* CDHWg — *saepe quae agellos — ita in amicitiis.* G = *saepe quae age vos. Nos pessimi.* G(cr. ∾) = *optimorum virorum se gentem.* T + *ita et in amicitiis.* T = *quod non bellicare possit malign.* E = *evellicare.* T = *deteriori.* T = *exspectaveris.*

Cap. XXIX.

CDHWg — *Vide quam* — XXX, 2. *gratiam possumus.* 𝔑 (ex. Gotting.) = *Fide quam.* RGVT 𝔑 — 𝔊 = *quam iniqui sunt.*

et quidem professi = RGVTw 𝔑 — 𝔈2. 𝔊 (G = *profexi*). Pinc. 𝔐 — 𝔅o = *etiam quidam prof.* hoc et *corporum* aliamque verborum distinctionem atque in 𝔈2. cum proposuerit Pinc., addit: „partim ex vet. lect., partim ex coniectura,“ ut dubium sit, quid hinc, quid illinc hauserit. 𝔑 — 𝔐 𝔊ro — 𝔑u 𝔅o = *magnitudine corporis* contra mstos etiam Gr.

elephantos = RGTw (RT = *elefantos*). V 𝔑 — 𝔅o = *elephantes.* RGT = *quod solida sit.* 𝔑 = *detentior dainis.* 𝔗 — 𝔈1. = *detentior* [VT =] *dammis.* G = *spatio aetate.* 𝔑 — 𝔈1. = *corvus.*

nandi facilitate = (Ňaz. certe Grut. testatur in eo non legi *felicitate*) Pinc. commodior lectio 𝔐 — 𝔅1. RGVT Gr. (exc. Naz.) libri Lips. 𝔑 — 𝔊 𝔑u — 𝔅o = *nandi felicitate.* probat Grut. Lips. ci. = *divinandi felicitate.*

ne coire quidem in idem natura patiatur, ut uelocitatem corporum et uires: ex diuersis ac dissidentibus bonis hominem non esse conpositum iniuriam uocant et neglegentes nostri deos, quod non bona ualitudo etiam uitiis inexpugnabilis data sit, quod non futuri scientia. Uix sibi temperant, quin eo usque inpudentiae prouehantur, ut naturam oderint, quod infra deos sumus,
3 quod non in aequo illis stetimus. Quanto satius est ad contemplationem tot tantorumque beneficiorum reuerti et agere gratias, quod nos in hoc pulcherrimo domicilio uoluerunt secundas sortiri, quod terrenis praefecerunt? Aliquis ea animalia conparat
4 nobis quorum potestas penes nos est? Quicquid nobis negatum est dari non potuit. Proinde quisquis es iniquus aestimator sortis humanae cogita quanta nobis tribuerit parens noster, quanto ualentiora animalia sub iugum misimus, quanto uelociora consequamur. quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum. Tot uirtutes accepimus, tot artes, animum denique cui nihil non eodem quo intendit momento peruium est, sideribus uelociorem quorum post multa secula futuros cursus antecedit.
5 tantum deinde frugum, tantum opum, tantum rerum aliarum super alias aceruatarum. Circumeas licet cuncta et, quia nihil totum inuenies quod esse te malles, ex omnibus singula excerpas quae tibi dari uelles. Bene aestimata naturae indulgentia

2. RVT 𝔑 — 𝔈2. = *in id natura.* G = *init natura.* T = *velocitate corporis.* P2. 𝔑 — 𝔐 + *et vires pares animalibus habeamus.* 𝔏 — 𝔏4. + *et vires pares animalibus.* Rell. etiam Pinc. Mod. (Ep. 29.) Gr. ∾. Etiam ab Ermi cod. aberant verba *pares animalibus.* Cod. Mod. = *ac desidentibus.* Mod. laudat ex ed. nescio qua *accidentibus.*

et neglegentes nostri deos, quod = RGT Pinc. v. l. Mod. Naz. P3. Col. VP2. 𝔑 — 𝔅o + *et in negligentes nostri deos querimoniam iaciunt, quod.*

etiam vitiis = RG Gr. 𝔅2. Pinc. v. l. certe habebat *vitiis.* V cod. Mod. 𝔐 — 𝔅1. (exc. 𝔊ro) = *et vitiis.* 𝔑 — 𝔅 = *etiam virtus.* 𝔈1. — 𝔊 𝔊ro 𝔑u 𝔅o = *et virtus inexpugn.* hoc defendere et de corporis virtute et robore interpretari frustra conatur Lips. 𝔑 — 𝔅 = *eo usque imprudentiae.* G = *proveantur.* T — *ut naturam oderint.*

3. *secundas sortiri* = Naz. Col. P3. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o. RGV Pinc. v. l. = *secunda sortiri.* T = *secundo sortiri.* 𝔑 — 𝔊 = *secula sortiri.*

4. 𝔑 — 𝔅 = *quanta valentiora.* T = *sub iugum nostrum miserrimus.* G (cr. ∾) = *quanto ſeliciora consequamur.* 𝔑 — 𝔅 = *velociora sequamur.* 𝔈1. — 𝔊 = *velociora assequamur.* Rell. etiam Pinc. ∾. V = *non subiectui nostro positum.* V = *sideribus velocior est.*

5. *tantum deinde frugum* = RG Tw Gr. St. Steph. Hisp. Scal. 𝔑u — 𝔅o. V 𝔑 — 𝔅1. = *tantum denique frugum.* R = *circueas licet.* T = *que esse te malles.* V 𝔑 — 𝔐 + *Ita bene aest. nat. indulgentia ut.* Rell.

confitearis necesse est in deliciis te illi fuisse. Ita est: carissimos nos habuerunt di inmortales habentque. et qui maximus tribui honos potuit, ab ipsis proximos conlocauerunt. Magna accepimus, maiora non cepimus. XXX. Haec, mi Liberalis, necessaria credidi, et quia loquendum aliquid de magnis beneficiis erat, cum de minutis loqueremur, et quia inde manat etiam in cetera huius detestabilis uitii audacia. Cui enim respondebit grate, quod munus existimabit aut magnum aut reddendum qui summa beneficia spernit? Cui salutem, cui spiritum debebit qui uitam accepisse se a dis negat quam cotidie ab illis petit?
Quicumque ergo gratos esse docet et hominum causam agit et 2
deorum quibus nullius rei indigentibus positis extra desiderium referre nihilominus gratiam possumus. Non est quod quisquam excusationem mentis ingratae ab infirmitate atque inopia petat et dicat: Quid enim faciam et quomodo? quando superioribus dominisque rerum omnium gratiam referam? Referre facile est: si auarus es, sine inpendio. si iners, sine opera. Eodem quidem momento quo obligatus es, si uis, cum quolibet

etiam Naz. P3. Col. ∾. w = *te illis fuisse.* V — *habentque.* Vℜ — 𝔅 = *et quis maximus.* T = *honor tribui potuit.* ℜ — 𝔅 + *proximos nos sibi.* 𝔈1. + *proximos nos.* R(cr.∾) = *maiora non accipimus.* Vℜ — 𝔊 = *maiora non debuimus.* Rell. etiam Pinc. Naz. P3. Col. ∾.

Cap. XXX.

RTℜ — 𝔈2. = *Haec mihi Liberalis.* Vℜ — 𝔈2. + *credidi ut elicerem.* m𝔈2. ℭ — 𝔅o + *credidi ut dicerem.* Rell. ∾. ℜ — 𝔈1. = *aliquando de magnis.* T = *loquendi aliquid magnis.* St. Steph. Hisp. = *de maximis beneficiis.* V = *etiam incerta huius.* ℜ — 𝔅 — *in cetera.* St. Steph. Hisp. Scal. 𝔈1. — 𝔐 = *inter cetera.* Rell. etiam ex. schol. Salmant. ∾. G = *detest. vitii avaritia.* T — *vitii.* St. Steph. = *Quis enim respondeat grate.* Vℜ — 𝔈1. = *quod munus extimabit magnum.*

aut magnum = Naz. 𝔊ro — 𝔅o. RGVTℜ — 𝔏4. — *aut.*

2. T = *gratos esse decet.* G = *hominum causas agit.* G Scal. = *gratiam possimus.* C = *Non est quamvis excus.* DHW(s.m.) = *Non est quod quis excus.* W (p.m.) = *Non enim quisquis excus.* ℜ — 𝔅 = *quisque excusationem.* CDHWg — *ingratae mentis et* — *infirmitate atque.* 𝔅 = *atque inopia erat et dicat.* 𝔈1. — 𝔊 = *atque inopia eruat* contra mstos etiam Pinc. Gr. 𝔐 (ed. Romana) — *petat* (Commeliniana dedit *eruat*, Paris. *petat*). CDHWg — *et dicat.* V + *et quando superioribus.* G + *superioribusque.* VCDEHWgℜ — 𝔈2. + *Referre gratiam facile est.* Rell. etiam Pinc. ∾. E — *es* post *avarus.*

si iners, sine opera = 𝔐 — 𝔅o ex Mur. emendatione. R Naz. P1. 2. = *sine inpendio si ineas operam.* GE = *sine impendio si ineas opera.* T = *sine impendio si meas opera.* V = *sine impendio sine opera.* Col. = *impendio ineas opera.* P3. = *sine impendio in opera.* ℜ — 𝔅 = *sine impendio si in ea opera.* 𝔈1. — 𝔊 = *sine impendio, si iners, opera.* E = *quidem quem eodem quoque momento quo obligatus es.* CDHWg = *sine impendio, quoniam res tota ad animum refertur* [H = *transfertur*], *si vis* [C = *ius*] *cum quolibet.* quae partim in superioribus sunt omissa.

paria fecisti, quoniam qui libenter beneficium accipit reddidit. XXXI. Hoc ex paradoxis Stoicae sectae minime mirabile, ut mea fert opinio, aut incredibile est eum qui libenter accipit beneficium reddidisse. Nam cum omnia ad animum referamus, fecit quisque quantum uoluit. et cum pietas, fides, iustitia, omnis denique uirtus intra se perfecta sit, etiam si illi manum exserere non licuit, gratus quoque potest esse homo uoluntate. Quotiens quod proposuit quisque consequitur, capit operis sui fru-
2 ctum. Qui beneficium dat quid proponit? prodesse ei cui dat et uoluptati sibi esse. Si quod uoluit effecit peruenitque ad me animus eius ac mutuo gaudio adfecit, tulit quod petiit. Non enim sibi inuicem aliquid reddi uoluit: aut non fuit beneficium,
3 sed negotiatio. Bene nauigauit qui quem destinauit portum tenuit. teli iactus certae manus peregit officium, si petita percussit. beneficium qui dat uult excipi grate. habet quod uoluit, si bene acceptum est. Sed sperauit emolumenti aliquid.

beneficium accipit = RGVTW Gr. 𝔑 — 𝔅 𝔅2. 𝔈1. — 𝔑u 𝔅o = *beneficium accepit.* D(s∾) = *reddit.*

Cap. XXXI.

CDEWg — *Hoc ex parad.* — *reddidisse.* H — *Hoc ex parad.* — § 3. *petita percussit.* T = *aut mea fert opinio.* V = *aut credibile est.* 𝔈1. — 𝔏4. = *qui libenter accepit* contra mstos etiam Naz. P1. 2. Col. 𝔑 — 𝔈1. m𝔈2. = *ad casum referamus.* T = *referam.* E = *referantur.* R + *fecitque quisque.* D𝔑 — 𝔈1. = *inter se perfecta.* 𝔑 — 𝔅 = *etiamsi illi manum exercere noluit.* 𝔈1. = *etiamsi ille manum exercere noluit.* VD(tert.m.) EW cod. Ermi = *manum exercere.* T = *manum excercere.* Rell. etiam Naz. P1. 2. ∾. 𝔑 — 𝔈1. = *gratus potest etiam homini esse voluntate.* 𝔈2. — 𝔐 = *gratus potest esse homo etiam voluntate.* RGVT P2. = *gratus quoque esse homo potest voluntate.* CEg = *gratus quoque homo* [g = *hoc*] *potest esse vol.* P3. = *gratus quoque esse hic potest vol.* D = *gratus esse poterit voluntate.* P1. = *gratus quoque esse potest voluntate.* Erm. ci. = *gratus potest homo etiam homini esse voluntate.* Naz. Col. ∾. CDWg hic repetunt ex superioribus *Ex paradoxis Stoicae sectae qui beneficium libenter accipit* [Cg = *accepit*] *reddidit.* Wg — *Quotiens* — *sui fructum.* CDE — *Quotiens* — § 3. *petita percussit.* 𝔈1. = *quod proposuit qui cons.* 𝔈2. — 𝔐 𝔅1. — 𝔅o = *quod proposuit quis* contra mstos. 𝔑 — 𝔅 = *consequetur.*

2. W = *qui beneficia non dat.* Wg — *Quid proponit?* — § 3. *beneficium qui dat.* 𝔑 — 𝔅 = *quid proponitur.* 𝔑 — 𝔅 = *cui dat ex voluntate supra esse.* 𝔈1. 2. = *cui dat ex voluntate supra est.* Mss. (V = *sibi est*) etiam Pinc. Naz. P2. 3. Col. ∾. RGVT = *Si quod voluit efficit.* Pinc. ci. 𝔑u 𝔅o = *pervenitque ad me munus eius* contra mstos. 𝔑 — 𝔅 = *ac in utro gaudio effecit* et + *Non est enim sibi invicem.* V — *aut* ante *non fuit beneficium.*

3. 𝔑 — 𝔅 = *quem destinavit positum.* RG = *tali iactu certae manus.* T = *tali tactu certae m.* V𝔑 — 𝔅 = *teli iactu.* DEsg = *vult accipi grate.* CDEHWg — *Sed speravit* — § 4. *condicio est.* V𝔑 — 𝔅 = *Si speravit.*

emolumenti aliquid = RGVT. 𝔑 — 𝔅o = *emolumentum aliquod.*

Non fuit hoc beneficium: cuius proprium est nihil de reditu cogitare. Quod accipiebam eo animo accepi quo dabatur: reddidi. Alioquin pessima optimae rei condicio est: ut gratus sim, 4
ad fortunam mittor. Si illa inuita respondere non possum, sufficit animus animo. Quid ergo? non quicquid potuero et faciam et reddam? et temporum rerumque occasionem sequar et inplere eius sinum cupiam a quo aliquid accepi? Sed malo loco beneficium est, nisi et excussis manibus esse grato licet.

XXXII. Qui accepit, inquit, beneficium, licet animo benignissimo acciperet, nondum consummauit officium suum: restat enim pars reddendi. sicut in lusu est aliquid pilam scite ac diligenter excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui apte et expedite remisit quam acceperat. Exemplum hoc dissimile est. quare? quia huius rei laus in corporis motu est et in agilitate, non in animo. Explicari itaque totum debet de quo oculis iudicatur. Nec tamen ideo non bonum lusorem dicam qui pilam, 2
ut oportebat, excepit, si per ipsum mora quo minus remitteret

V — *hoc* ante *beneficium*. R sG(s.m.) VT 𝔑 — 𝔅 = *de redditu*. G (p.m.) exx. Pinc. ∾ : nam Pinc. Scribe, inquit, per duplex *d, redditu*, vel contra omnia Exemplaria. 𝔈1. — 𝔅o + *si eo animo accepi*. RGVTw 𝔑 — 𝔅 ∾. In margine inferiore E sec. m. hic verba supplevit cap. XXII. ex. omissa *Qui grate beneficium qccipit primam pensionem solvit* om. *eius*.

4. CDHW (m∾) g Put. = *ad fortunam nitor*. Rell. etiam Gr. ∾. E + *Sed si illa*. Cod. Iur. = *Si illa muta respondere*. CD(s∾) HW (m∾) Dal. = *mutata respondere*. g = *mutatata respondere*. VCD(s.m.) HWg Iur. = *sufficiat* [D p.m. = *suffiat*] *animus*. T = *suffecit*. CDHWg — *Quid ergo?* — XXXII, 3. *non animo*. E — *Quid ergo?* — XXXIV, 1. *tibi ostendam*. V = *Quid ergo? si non potuero et faciam*. G P2. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *num quicquid*. 𝔑 — 𝔅o = *potero*. P3. = *potuerim*. RGVT Naz. P2. Col. ∾. Pinc. cl. = *potero, faciam ut reddam*. 𝔑u = *et faciam ut reddam*, atque ita voluit 𝔅o, sed omisit *ut*. Grat. ci. = *efficiam ut reddam*. et putat aliquid deesse, quod negat Ruhk.

et temporum = RGVTw P2. Col. 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o — *et*. T = *si nõ cupiam*. R = *sinum cupio*. V — *et* ante *excussit*. V = *gratum esse licet*. 𝔑 — 𝔊 (m𝔈2. m𝔊 ∾) = *esse gratum licet*.

Cap. XXXII.

T = *Quia accepit*. RT = *inquid*. Dal. = *inquis*.

acciperet, nondum consummavit = RGT 𝔑 — 𝔈2. (T = *nundum*. G = *confirmavit*. m∾). V Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *acceperit* ∾. 𝔐 — 𝔅o = *acceperit, non consummavit*. G(s∾) = *beneficium suum*. V = *pilam scite* [s.m. = *scire*] *bene iacere ac dil.* Optimus Lips. 𝔑 — 𝔈1. = *pilam iacere ac diligenter*. T = *diligenter accipere*.

quam acceperat = RGVT 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *quam exceperat*. 𝔈2. — 𝔐 = *explicari totum decet* contra mstos etiam plerosque Gr. 𝔑 — 𝔅 = *de quo oculis videatur*.

2. RGT = *ut oportebat excipit*. 𝔑 — 𝔈1. = *excipiat*. 𝔑 — 𝔅 = *sed per ipsum*. R = *remitteretur* et recte fortasse.

non fuit. Sed quamuis, inquit, arti ludentis nihil desit, quia partem quidem fecit, sed et partem quam non fecit potest facere: lusus ipse inperfectus est. qui consummatur uicibus mit-
3 tendi ac remittendi. Nolo diutius hoc refellere. existimemus ita esse: desit aliquid lusui, non lusori. Sic et in hoc de quo disputamus deest aliquid rei datae cui pars alia debetur, non animo. Qui animum parem sibi nactus est, quantum in illo est, quod uoluit effecit. XXXIII. Beneficium mihi dedit: accepi non aliter quam ipse accipi uoluit. Iam habet quod petit et quod unum petit: ergo gratus sum. Post haec usus mei restat et aliquod ex homine grato commodum. Hoc non inperfecti officii reliqua pars est, sed perfecti accessio. Facit Phidias statuam: alius est fructus artis, alius artificii. artis est fecisse quod uoluit, artificii fecisse cum fructu. Perfecit opus suum
2 Phidias, etiam si non uendidit. Triplex illi fructus est operis sui. unus conscientiae: hunc absoluto opere percipit. alter famae, tertius utilitatis: quem adlatura est aut gratia aut uenditio aut aliqua commoditas. Sic beneficii fructus primus ille est conscientiae. Hunc percipit qui quo uoluit munus suum pertu-

T = *sed quis inquit ara ludentis.* V Dal. = *inquis.* T = *quia partem defecit.*

lusus = RGV Pinc. v. l. T = *Iussus.* 𝔑 — 𝔅o = *ludus.* V 𝔐 — 𝔅o + *ludus* [*lusus*] *tamen ipse.* Pinc. v. l. + *tamen lusus ipse.* 𝔈1. — 𝔊 = *ludus per se imperfectus est.* Rell. ∾. 𝔑 — 𝔈1. + *qui et* [𝔑 = *consumitur.* 𝔗𝔅 = *consummitur*] *consummatur.* GVT = *consumatur.*

3. 𝔑 — 𝔊 = *hic refellere.* 𝔑 — 𝔅 = *extimemus.* G(cr. ∾) = *aliquid luxui.* V = *sic et nichil de quo disp.* 𝔑 — 𝔈1. = *disputavimus.* 𝔑 — 𝔅 = *aliquid rei dare.* V (m∾) — *aliquid.*

pars alia debetur = RGVT 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔏4. = *par alia debetur* (Gron. in Notis laudat *videtur*). Gr. 𝔊ro — 𝔅o = *pars altera debetur* („quod in proletariis passim, imo adeo membranis bibliothecarum.“ Grut.). T = *sibi partem nactus.* R — *est* post *in illo.* DW = *quod voluit fecit.* H = *quod voluit efficere.* 𝔑 — 𝔅 = *efficit.*

Cap. XXXIII.

CDHWg — *Beneficium mihi* — XXXIV, 1. *creditum solvitur.* R(s∾) — *ipse* ante *accipi.* Dal. = *quod petiit.* Emendatiores codd. Pinc. 𝔈 — 𝔏 (𝔏4. ∾) ℑu = *ego gratus sum.* Rell. etiam Naz. P2. Col. St. Steph. Verd. Scal. ∾. 𝔑 — 𝔅 = *aliquid ex homine grato commodo.*

Hoc non inperfecti = RGVT. 𝔑 — 𝔅o = *Haec non imperfecti.* V — *reliqua.* 𝔑 — 𝔈1. = *quod perfecti.* RGVT = *Fidias* utrobique. 𝔑 — 𝔈1. = *facit. Videas statuam.* GV Hisp. Verd. Scal. = *alius artificis.* T𝔑 — 𝔈1. m𝔈2. = *alius artifex.* V𝔑 — 𝔈1. = *artificis fecisse cum fructu.* 𝔑 — 𝔅 = *opus suum videas.* 𝔈1. — 𝔐 — *Phidias.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾ (Gr. = *fidias* aut *fidius*). 𝔑 — 𝔅 = *etiam sed non.*

2. *opere percipit* = RGVT 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *opere percepit.* R(cr. ∾) = *aliter famae.* G = *Sic beneficium fructus.* V = *primus ille conscientiae est.* 𝔑 — 𝔊 — *est.* Rell. etiam Pinc. ∾.

Hunc percipit = RGVT Scal. Verd.

lit. Secundus est famae, tertius eorum quae praestari inuicem possunt. Itaque cum benigne acceptum est, beneficium est. Qui dedit gratiam quidem iam recepit, mercedem nondum. Debeo itaque quod extra beneficium est, ipsum quidem bene accipiendo persolui. XXXIV. Quid ergo? inquit, retulit gratiam qui nihil fecit? Primum fecit: bono animo bonum obtulit. et quod est amicitiae ex aequo. Post deinde aliter beneficium, aliter creditum soluitur. Non est quod exspectes, ut solutionem tibi ostendam: res inter animos geritur. Quod dico non uidebitur durum, quamuis primo contra opinionem pugnet tuam, si te commodaueris mihi et cogitaueris plures esse res
quam uerba. Ingens copia est rerum sine nomine quas non pro- 2
priis adpellationibus notamus, sed alienis commodatisque. Pedem et nostrum dicimus et lecti et ueli et carminis, canem et uenaticum et marinum et sidus. Quia non sufficimus ut singu-

𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *Hunc percepit.*

Secundus est famae, tertius eorum = Pinc. ci. 𝔖 — 𝔅o. Hoc tenui, sed verum esse non assevero. RGV Gr. 𝔑 — 𝔈2. = *Secundus est et famae et eorum.* T = *Secundus est et eorum et famae quaeque.*

beneficium est. Qui dedit = RVT Gr. (exc. P3.) 𝔈1. 2. G P3. 𝔊ro 𝔅2. = *beneficium qui dedit* om. *est.* probat Grut. Pinc. ci. 𝔖 — 𝔅o (exc. 𝔊ro 𝔅2.) = *beneficium, is qui dedit.* 𝔑 — 𝔅 = *beneficium est: ipsum quidem bene* rell. om. RT = *iam recipit.* R (p.m.) = *ipseum quidem bene.* Hisp. + *iam persolvi.*

Cap. XXXIV.

V St. Steph. Verd. Scal. Tronc. ci. Grut. = *inquis.* 𝔈1. — 𝔐 — *inquit.* quod 𝔑 — 𝔅 collocant post *nihil fecit.* G = *qui mihi fecit.*

Primum fecit = RGVT Gr. Lips. St. Steph. Verd. Scal. 𝔑 — 𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o. Pinc. ex. Fac. et Primit. 𝔖 — 𝔏4. = *Plurimum fecit.*

bonum obtulit = mss. etiam Gr. Lips. 𝔈1. 2. 𝔊ro — 𝔅o. probat Lips. 𝔑 — 𝔅 = *bono obtulit.* Pinc. ci. 𝔖 — 𝔏4. = *bonum retulit.* Dal. = *animo beneficium retinet.* Dal. = *et quod est amicitiae exaequavit, deinde aliter.* Pinc. ci. 𝔑u 𝔅o = *Post divide aliter.* Sed Particularum *Post deinde* iunctarum eadem ratio est atque *Tunc deinde,* quas saepe componit Seneca. Grut. circa hunc locum odoratur magnum ulcus. 𝔑 — 𝔅 = *creditum solverit.* R = *Non est ut exspectes.* DW = *solutionem ostendat.* R = *res inter animo geritur.* Cg = *quod dico beneficium non videbitur aurum.* DW + *quod dico beneficium non videbitur durum.* H = *quod dico beneficium non aurum.* G = *non videbitur aurum.* T = *non videbitur mirum.* T = *quod primo.* R = *quamvis primum.* RGVTCD(s.m.) g 𝔑 — 𝔅 = *commendaveris mihi.* 𝔑 — 𝔅 = *plures esse quam verba* om. *res.* W 𝔈1. 2. = *res esse magis quam verba.* Ex. schol. Salment. 𝔖 — 𝔅o = *res esse plures quam verba.* Rell. etiam Gr. ∾.

2. 𝔑 — 𝔅 = *sed alienis commodatis: quia.* 𝔈1. 2. = *sed aliunde commodatis, quia.* 𝔖 — 𝔐 = *sed aliunde commodatis. Pedem.* HW = *sed aliis commodatisque.* CD = *sed aliis commendatisque.* g = *sed alienis commendatisque.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. T = *carie et venat.* G = *et venaticum et maximum.* CD g + *Quia enim non sufficimus.* g = *nisi singulis.*

lis singula adsignemus, quotiens opus est, mutuamur. Fortitudo est uirtus pericula iusta contemnens aut scientia periculorum
3 repellendorum, excipiendorum, prouocandorum. Dicimus tamen et gladiatorem fortem uirum et seruum nequam quem in contemptum mortis temeritas inpulit. Parsimonia est scientia uitandi sumptus superuacuos aut ars re familiari moderate utendi: parcissimum tamen hominem uocamus pusilli animi et con-
4 tracti, cum infinitum intersit inter modum et angustias. Haec alia sunt natura: sed efficit inopia sermonis, ut et hunc et illum parcum uocemus, ut et ille fortis dicatur cum ratione fortuita despiciens et hic sine ratione in pericula excurrens. Sic beneficium est et actio, ut diximus, benefica et ipsum quod datur per illam actionem, ut pecunia, ut domus, ut praetexta. Unum utrique nomen est, uis quidem ac potestas longe alia.
XXXV. Itaque adtende: iam intelleges nihil me quod opinio tua refugiat dicere. Illi beneficio quod actio perficit relata gratia est, si illud beneuole excipimus: illud alterum quod re continetur nondum reddidimus et uolumus reddere. Uoluntati uoluntate satisfecimus, rei rem debemus. Itaque quamuis retulis-

GTCDHg ℜ — 𝔈2. — *virtus* ante *pericula*. W — *virtus pericula*. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

3. ℜ — 𝔅 + *Dicimus enim tamen*. CHg + *sumptus cultus supervacuos*. D + *sumptus vel cultus nimios supervacuos*. W + *sumptus aut cultus superv.* G ℜ — 𝔅 = *ut ars re familiari*. G = *vocamus pusillanimi*. C = *et in contracti*. G = *cum finitum intersit*. ℜ = 𝔈1. + *cum in infinitum*. W — *infinitum*. T — *intersit*. G = *inter malum et angustias*.

4. *sed efficit* = RGVTCDWg ℜ — 𝔈1. idem passim in Pal. et Col. 𝔈2. — 𝔅o = *sed effecit*. H = *sed effecisse datur inopia*. CDWg + *sed dat inopia*. VCDHWg — *et* ante *hunc et illum*. Quidam codd. Pinc. — *ut* ante *et ille fortis*. Sed mei et Gr. ∾. VHW — *et* ante *ille fortis*. Quidam Pinc. = *Sic benef. est et actio, ut diximus, bona*. T = *Sic benef. et actio est* ∾. Col. — *et* ante *actio*. ℜ — 𝔅 = ∾ *beneficia*. 𝔈1. = *Sic beneficium est et actio dicitur beneficii*. 𝔈2. — 𝔐 = *Sic beneficium et actio dicitur beneficii*. Rell. etiam Gr. et alii Pinc. ∾.

ut domus, ut praetexta = CDHWg Naz. P1. cod. Mod. (Ep. 29.) Put. 𝔊ro — 𝔅o. RGVTw P2. 3. Col. ℜ — 𝔏4. — *ut* utrobique. Hic quoque sequor codicem Nazarianum tanquam ducem fidelissimum, sed non nego me offendi, quod facit cum libris illis mancis et depravatis: idque saepius ei accidit. g = *domus praeterea*. Lectius ci. = *domus, praedia*. Hg = *utrinque nomen*. DW = *utriusque nomen* (W — *est*). m𝔈2. 𝔍n = *utique nomen est*. T = *Ius quidem ac potestas*. Dg = *et potestas*.

Cap. XXXV.

CDEHWg — *Itaque adtende* — *volumus reddere*. Tℜ — 𝔐 = *iam intelligis*. Hisp. = *excipitur*. ℜ — 𝔊 + *quod in re continetur*. P3. 𝔊ro — 𝔅o = *sed volumus reddere*. probat Grut. Rell. ∾. vide Ind. s. v. *Et*. ℜ — 𝔅 = *Voluptati voluptate*. RV = *voluntate satisfaciemus*. D = *satisfacimus*. CDHWg + *debemus. Quid si plus nequeo?* Iidem — *Itaque quamvis* — § 4. *Quid ergo facies*. E — *Itaque quamvis* — § 3. *quo ille suum ostendit*.

se illum gratiam dicamus qui beneficium libenter accipit, iubemus tamen aliquid ei quod accepit reddere. A consuetudine 2
quaedam quae dicimus abhorrent: deinde alia uia ad consuetudinem redeunt. Negamus iniuriam accipere sapientem: tamen qui illum pugno percusserit iniuriarum damnabitur. Negamus stulti quicquam esse: et tamen eum qui rem aliquam stulto subripuit furti condemnabimus. Insanire omnes dicimus: nec tamen omnes curamus elleboro. his ipsis quos uocamus insanos et suffragium et iurisdictionem committimus. Si dicimus eum 3
qui beneficium bono animo accipit gratiam retulisse, nihilominus illum in aere alieno relinquimus gratiam relaturum, etiam cum retulit. Exhortatio est illa, non infitiatio beneficii. Ne timeamus neue intolerabili sarcina depressi deficiamus animo. Bona mihi donata sunt et fames defensa, detractae sordes, spiritus et libertas potior spiritu: et quomodo referre gratiam potero? quando ille ueniet dies quo illi animum meum ostendam? hic ille est quo ipse suum ostendit. Excipe beneficium, am-

libenter accipit = R. GVT 𝔑 — 𝔅o = *libenter accepit.* V = *iubebimus tamen.*

aliquid ei quod accepit reddere = RGT. cf. Ep. 106, 1. *rescriberem ei de quo quaerebas.* V = *aliquid ei a quo accepit reddere.* 𝔑 — 𝔅o + *aliquid simile ei* ∾. Grut. de suis libris nihil prodidit.

2. 𝔅1. — 𝔑u + *deinde de alia via* ex librarii errore, ut videtur. 𝔐 — 𝔅o + *et tamen qui illum* contra mstos.

Negamus stulti quicquam esse = R Vinc. Bell. (Sp. H. VI, 28.). P3. Col. = *Negamus stulti aliquid esse.* probat Grut. V P2. 𝔑 — 𝔅o = *Negamus rem stulti esse.* GT Naz. = *Negamus stulti esse* om. *quicquam.* T = *et tamen enim qui rem.*

subripuit = RGT. V 𝔑 — 𝔅o = *surripuerit.* 𝔑 — 𝔈1. + *Insanire omnes scilicet stultos dicimus.* Codd. Pinc. 𝔊 — 𝔅1. + *Insanire omnes stultos dicimus.* Mss. (G = *omnis*) etiam Ermi Naz. P2. 3. Col. ∾. RV 𝔑𝔗 = *eleboro.* T = *illeboro.* 𝔅 = *heleboro.*

3. *Si dicimus* = RGT. V 𝔑 — 𝔅o = *Sic dicimus.*

accipit = RGT. V 𝔑 — 𝔅o = *accepit.*

etiam cum retulit = mss. etiam Pinc. Gr. 𝔅2. (idem voluisse videtur 𝔑u). 𝔑𝔗 = *etiam cum reddderit.* 𝔅 — 𝔐 = *etiam cum reddiderit.* Pinc. ci. 𝔏 — 𝔅o (exc. 𝔅2.) = *etiam cum retulerit.* R = *non iustificatio beneficii.* RGVT 𝔑 — 𝔊 = *Timeamus ne vel intolerabili.* quod num verum sit, nescio. G = *intolerabilis arena depressi.*

animo. Bona mihi = Naz. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o. RGVT 𝔑 — 𝔊 = *Animo bono mihi.*

fames defensa = R. GT = *fame defensa.* V 𝔑 — 𝔅o = *fama defensa.* V ci. Iur. (mℑu) + *detractae sordes, redditus spiritus.* Idem Iur. ci. = *detracta sordes, reddita libertas.* Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *detractae sordes, spiritu et libertate potior.* Hoc enim Pinc. accipit pro Verbo. Mihi quoque suspecta est vox *spiritus.* T — *ille* ante *veniet dies.* G (m∾) V — *meum* post *animum.* 𝔑 — 𝔈1. = *animum nostrum.* Pronomen suspectum est.

hic ille est quo ipse suum = RGVT 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *hic i-*

plexare. gaude, non quod accipias, sed quod reddas debiturusque sis. Non adibis tam magnae rei periculum, ut casus ingratum facere te possit. Nullas tibi proponam difficultates, ne despondeas animo, ne laborum ac longae seruitutis exspectatione deficias. non differo te: de praesentibus fiat. Numquam eris gratus, nisi statim es. Quid ergo facies? non arma sumenda sunt: et fortasse erunt. Non maria emetienda: fortasse etiam uentis minantibus solues. Uis reddere beneficium? benigne accipe, retulisti gratiam: non ut soluisse te putes, sed ut securior debeas.

L. ANNAEI SENECAE

AD AEBUTIUM LIBERALEM

DE BENEFICIIS

LIBER III.

I. Non referre beneficiis gratiam et est turpe et apud omnes habetur, Aebuti Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur, cum interim hoc omnibus haeret quod omnibus displicet.

pse est quo ille suum. quod contra mstos tenere non ausus sum. E ═ *nec quod accipias sed quod reddas. Explicit liber secundus. incipit tertius.* 𝔊1. — 𝔐 = *debiturus* om. *que sis.* 𝔏 — 𝔏4. = *debiturus sis* om. *que.*

4. GV (s.m.) = *iam magnae rei.* 𝔊1. — 𝔐 = *despondeas animum* contra mstos etiam Gr. T = *desspondeas* ∾ *labore.* G = *nec laborum.* 𝔑 — 𝔐 𝔓1. — 𝔅o (exc. 𝔅2.) = *nisi statim sis.* contra mstos etiam Gr. T = *non armanda sumenda.* G — *et fortasse* — *emetienda.* R bis habet *ventis.* g = *ventis minacibus solvet.* T bis habet *Vis reddere.* CDHWg ═ *accipe. amplexare. gaude. non quod* [hoc in D supra lineam legitur] *accipias sed quod reddas. Retulisti gratiam* [hoc in D est supra lineam]. *non ut solutum te putes. sed ut securior debeas.* Exx. divae Mariae et Francisc. Pl. = *non ut solutum te putes.* mH hic habet l. IV. c. 38 — 40. suo loco omissa.

Cap. I.

T = *Non refero.* 𝔑 — 𝔅 + *Non referre beneficium nec beneficiis.* R(s∾) — *est* ante *turpe.* E — *et apud omnes* — *Liberalis.* g = *apud omnes habebitur.* Cod. Iur. + *habetur in usu.* G = *abuti Liberalis.* V = *aeburti Lib.* CWg = *eburti Lib.* D = *eburci Lib.* τ = *etiam grati queruntur.* D(s∾) W(s.m.) = *etiam querimur* (W p.m. = *queremur*) om. *ingrati.* C(m∾) DEHWg — *cum interim* — *sed propter beneficia.*

omnibus haeret = RG (s.m.) VTτ mC 𝔑 — 𝔊1. G(p.m.) = *haec omnibus haerent.* 𝔊2. — 𝔅o = *omnibus*

adeoque in contrarium itur, ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum, sed propter beneficia. Hoc prauitate naturae accidere quibusdam non negauerim: pluribus, quia memoriam tempus interpositum subducit. Nam quae recentia apud illos uiguerunt ea interiecto spatio obsolescunt. de qui- 2
bus fuisse mihi tecum disputationem scio, cum tu illos non ingratos uocares, sed oblitos: tamquam ea res ingratum excuset quae facit aut, quia hoc accidit alicui, non sit ingratus, cum hoc non accidat nisi ingrato. Multa sunt genera ingratorum, ut furum, ut homicidarum: quorum una culpa est, ceterum in partibus uarietas magna. Ingratus est qui beneficium accepisse se negat quod accepit. ingratus est qui dissimulat. ingratus qui non reddit. ingratissimus omnium qui oblitus est. Illi enim si 3
non soluunt, tamen debent et exstat apud illos uestigium certe meritorum intra malam conscientiam inclusorum: aliquando ad referendam gratiam conuerti ex aliqua causa possunt, si illos pudor admonuerit, si subita honestae rei cupiditas, qualis solet ad tempus etiam in malis pectoribus exsurgere. si inuitauerit facilis occasio. Hic numquam fieri gratus potest cui beneficium totum elapsum est. Et utrum tu peiorem uocas apud quem 4
gratia beneficii intercidit an apud quem etiam memoria? Uitiosi

haereat. G(s∾) mC = *adeo in contrarium* om. *que.* 𝔑 — 𝔅 = *adeo quod in contrarium.* mC = *in contrarium queritur.* 𝔑 — 𝔈𝔏. = *Haec gravitate* contra mstos etiam Pinc. H = *accedere quibusdam.* V = *pluribus que memoriam.*

subducit = RGVTτ CDEHWg. 𝔑 — 𝔅o = *subduxit.* H — *Nam quae* — § 2. *nisi ingrato.* g — *ea* ante *interiecto.* GTE = *interiacto.* GCg = *ab solescunt.*

2. CDEWg — *De quibus* — *nisi ingrato.* 𝔑 — 𝔊 = *excuset quae fecit* contra mstos.

aut quia hoc = RGTτ Pinc. v. l. Gr. 𝔑 — 𝔅 𝔑u — 𝔅o. V = *aut cum hoc.* 𝔈l. — 𝔅l. = *An quia hoc.* Gron. ci. = *Ut quia hoc* ∾ *non sit ingratus?*

ut homicidarum = τNaz. 𝔏4.—𝔅o. RGVTWg 𝔑 — 𝔏 — *ut.* CDEHWg — *quorum una* — *varietas magna.* D (m ∾) — *Ingratus est* — *quod accepit.* R GE 𝔑 — 𝔈l. — *est* ante *qui beneficium.* V sD + *ingratus est qui non reddit.* C = *reddidit.* 𝔑 — 𝔅 = *ingratus omnium.* R — *omnium.*

3. C (s.m.) + *non reddunt et solvunt.* g = *tamen debet.* CDEW (s∾) g — *certe* ante *meritorum.* VCEsW = *meritorum inter.* G = *mala conscientiam.* C(s∾) DEHWg — *malam.*

inclusorum = mss. 𝔑. 𝔗 — 𝔅o = *conclusorum.* E — *aliquando* — *facilis occasio.* VCDg 𝔑 — 𝔅o + *et aliquando ad.* RGTτ ∾. RG = *ad ferendam gratiam.* C (s∾) DHg — *ex* ante *aliqua causa.* HW = *pudor admoverit.* CDHWg — *si subita* — *exsurgere.* g = *si facilius occasio mutaverit.* W = *si facilis occasio mutuaverit* (secundum *u* notatur).

4. E — *Et utrum* — *in ignorantiam verteret?* g = *te peiorem vocas.* W — *tu.* Cod. Mur. = *vitiosi sunt qui* om. *oculi,* et in *vitiosi* aliquid vide-

oculi sunt qui lucem reformidant: caeci qui non uident. Et parentes suos non amare inpietas est, non adgnoscere insania. Quis tam ingratus est quam qui quod in prima parte animi positum esse debuit et semper occurere ita seposuit et abiecit, ut in ignorantiam uerteret? adparet illum non saepe de reddendo cogitasse cui obrepsit obliuio. II. Denique ad reddendam gratiam et uirtute opus est et tempore et facultate et adspirante fortuna. Qui meminit sine inpendio gratus est. Hoc quod non operam exigit, non opes, non felicitatem qui non praestat nullum habet quo lateat patrocinium. Numquam enim uoluit gratus esse qui beneficium tam longe proiecit, ut extra conspectum suum pone-
2 ret. Quemadmodum quae in usu sunt et manum cotidie tactumque patiuntur numquam periculum situs adeunt, illa quae ad oculos non reuocantur, sed extra conuersationem ut superuacua iacuerunt sordes ipsa colligunt uetustate: ita quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat memoriae numquam subducitur quae nihil perdit, nisi ad quod non saepe respexit. III. Praeter hanc causam aliae quoque sunt quae nobis merita nonnumquam maxima uelant. prima omnium ac potentissima, quod nouis semper cupiditatibus occupati non quid habeamus, sed quid

batur erasum: nec arbitrabatur Mur. dici posse *caecos oculos.* Mur. ci. = *Luscitiosi sunt qui.* 𝔐 = *Luscitiosi oculi sunt qui.* Grut. ci. = *Vitiosis oculis sunt qui.* Is. Pontanus ci. = *Vitioculi sunt qui* instar vocis *defioculus* Mart. XII, 59, 9. Mss. etiam Gr. ∾. G = *qui lucem formidant.* CDHWg — *et parentes — in ignorantiam verteret?* R(s∾) = *in prima re animi.* V(m∾) — *in* ante *ignorantiam.* 𝔑 — 𝔏 = *verteretur* contra mstos etiam Gr. G (p.m.) 𝔑 — 𝔅 = *obtexit oblivio.* G(s.m.) = *obrepit oblivio.*

Cap. II.

C(m∾ praeter *Denique*) DHWg — *Denique ad — fortuna.* E — *Qui meminit* — VII, 5. *interpretetur iudex.* DW = *ingratus est.* C(m∾) DHWg — *Hoc quod non — patrocinium.* mD = *opus exigit non operam.* G = *Numquid enim voluit.* CDHWg — *enim.*

2. T bis ponit *sunt* post *in usu.* D(s∾) W = *et cotidianum visum tactumque.* G = *tactum quod patiuntur.* D = *periculo suis adeunt.* W = *periculosius adeunt.* V + *illa vero quae ad oculos.* G + *ita ut quicquid frequens.* τ (n. n.) = *exercent.* CDW = *exercet aut renovat.* W = *colligunt venustate.* DW = *quae nunquam obliviscitur nisi ad quod.* τ𝔑 — 𝔈2. = *saepe non respexit.* T = *respexerit.*

Cap. III.

𝔑 — 𝔅 = *Propter hanc causam.* CDHWg = *Prima* [C s.m. = *Praeterea.* D = *Pri*] *omnium ac potentissima* [DW = *prudentissima*] *causa est quae praeter* [DW = *propter*] *hanc merita vellet* [DW = *velet.* H = *avellet*] *quod novis semper.* 𝔏4. = *quae bonis merita.* T = *nunquam maxima.* 𝔑 — 𝔈2. = *maxime velant.* RGVΓτ Pinc. v. l. ∾. 𝔑 — 𝔊 = *Prima ac omnium.* 𝔈1. — 𝔅o (exc. 𝔅2.) = *potissima quod novis.* P1. = *prudentissima.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *non quod habeamus sed quod petamus.*

**petamus inspicimus: in id quidem quod adpetitur intentis quic-
quid domi est uile est. Sequitur autem ut, ubi quod acceperis
leue nouorum cupiditas fecit, auctor quoque eorum non sit in
pretio. Amauimus aliquem et suspeximus et fundatum ab illo 2
statum nostrum professi sumus, quamdiu nobis placebant ea quae
consecuti sumus: deinde inrumpit animum aliorum admiratio et
ad ea inpetus factus est, uti mortalibus mos est ex magnis maio-
ra cupiendi: protinus excidit quicquid ante apud nos beneficium
nocabatur. Nec ea intuemur quae nos aliis praeposuere, sed
ea sola quae fortuna praecedentium ostentat. Non potest autem 3
quisquam et inuidere et gratias agere, quia inuidere querentis
et moesti est, gratias agere gaudentis. Deinde quia nemo
nostrum nouit nisi ad tempus quod cum maxime transit, ad
praeterita rari animum retorquent. Sic fit ut praeceptores eo-
rumque beneficia intercidant, quia totam pueritiam reliquimus.**

petamus inspicimus: in id q u i d e m quod adpetitur intent i s quicquid est domi vile est. Haec restituenda videntur ex scripturis Rτ Naz. inter se comparatis. R = *petamus. in id quidem quod adpetitur intent i. quicquid* ∾. GT Naz. = *petamus in id q u o d e s t quod adpetitur intent i* [Naz. = *intentis*] *quicquid* ∾. τ = *petamus inspicimus in id q u o d e s t quod adpetitur inten t i. quicquid* ∾. Col. = *petamus in id quod adpetitur intenti. quicquid* ∾. P3. = *n o n c o n s i d e r e m u s quid habeamus, sed quid petamus inspicimus, in id quod appe t i m u s inten t i. quicquid* ∾. DW P1. = *n o n c o n s i d e r e m u s i l l u d q u o d hab e mus, sed quid petamus inspicimus, in id quod appetimus in ten t i. quicquid est domi v i l e s c i t.* CHg = *petamus inspicimus in id quod appet i m u s inten t i. quicquid est domi vil e s c i t.* Etiam cod. Put. = *vile s c i t.* VP2. = *petamus inspicimus n o n in id q u o d e s t s e d quod appetitur inten t i. Quicquid* ∾. 𝔑 — 𝔅 = *petamus inspicimus: n o n id q u o d e s t s e d quod appetitur inten t i. Quicquid e n i m domi est vile est.* 𝔈1. — 𝔅o (exc. 𝔅2.) = *petamus inspicimus: n o n in id q u o d e s t, s e d quod appetitur* [𝔈 — 𝔐 = *appet i m u s* ex cod. Francisc.], *inten t i. Quicquid e n i m* [𝔐u — *enim*] *domi est, vile est.* Grnt. ci. = *N o b i s in id q u o d e s t quod adpet i m u s intentis quicquid* ∾. Mox idem ci. = *In id quod adpetitur intentis quicquid* ∾. Hoc recepit 𝔅2. g(s∾) = *cupiditas fa-cit.* τD = *fec e r i t.* CHg — *quoque* post *auctor.*

2. CDHWg — *quamdiu* — *consecuti sumus.* CDHWg — *inrumpit* — *admiratio.* V = *irr u pit.* 𝔈1. — 𝔐 + *irrumpit i n animum* contra mstos etiam Gr. CW(p.m.) g = *u t ad illa impetus.* H = *v e r o ad a l i a impetus.* D = *u t a l i a impetus.* D (s.m.) W (s.m.) = *u t ad a l i a impetus.* DW = *q u o c u n q u e a u t e m apud nos beneficium.* D(s∾) = *quae n o n aliis.* CD = *p r o posuere.* τ (cr.∾) = *praecedentium osten d at.* C DWg — *autem* post *Non potest.* 𝔈1. — *et* ante *invidere.* CDHWg = *agere: invidere e n i m.* 𝔑 — 𝔅 + *gratias agere v e r o.* CDHWg — *Deinde quia.* T = *nostrum n ō n i s i.*

a d tempus = RGTτCDHWg. V 𝔑 — 𝔅o = *i d tempus.* RGCg 𝔑 — 𝔊 = *quod e u m maxime.* V = *quod e i maxime.* T = *q u i e u m maxime.* τDW Naz. Ermi ci. 𝔐 — 𝔅o ∾. V = *animum t o r quent.* T = *praeceptores que beneficia* om. *eorum.* H — *quia totam — reliquimus.* T = *quia b e n e f i c i a rel i n quimus.* RG — *totam.* RG (cr.∾) TCDWg 𝔑 — 𝔐

sic fit ut in adulescentiam nostram collata pereant, quia ipsa numquam retractatur. Nemo quod fuit tamquam in praeterito, sed tamquam in perdito ponit: ideoque caduca memoria est futuro inminentium. IV. Hoc loco reddendum est Epicuro testimonium qui adsidue queritur, quod aduersus praeterita simus ingrati, quod quaecumque percipimus bona non reducamus nec inter uoluptates numeremus: cum certior nulla sit uoluptas quam
2 quae iam eripi non potest. Praesentia bona nondum tota in solido sunt, potest illa casus aliquis incidere. futura pendent et incerta sunt: quod praeteriit inter tuta sepositum est. Quomodo gratus esse quisquam aduersus beneficia potest qui omnem uitam suam transsilit praesentium totus ac futurorum? Memoria gratum facit: memoriae minimum tribuit quisquis spei plurimum. V. Quemadmodum, mi Liberalis, quaedam res semel perceptae haerent, quaedam, ut scias, non est satis didicisse

𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *relinquimus.* VG(s.m.) τNaz. P3. Col. 𝔏 — 𝔊ro 𝔅2. ∾. H cod. Delben. = *in adolescentiam collata* om. *nostram.* DW = *in adolescentia collata.* Cg P1. = *in adolescentia collocata.* R = *in adolescentiam nostram collocata.* Rell. etiam Gr. ∾. g = *quae nunquam* [V 𝔑 — 𝔅 =] *retractantur.* CW (s.m.) = *quia nunquam retractantur* (W p.m. = *recitantur*). H — *ipsa.* C (m∾ maximam partem) DHg — *ideoque caduca* — V, 1. *recognoscimus.* W — *ideoque* — V, 2. *voces petentium.*

Cap. IV.

mC — *Hoc loco.* 𝔑 — 𝔅 = *sumus ingrati.*

quaecumque percipimus = RGTτ mC. V 𝔑 — 𝔅o = *quaec. percepimus.* R (m∾) — *bona.* quod fortasse non est Senecae. V 𝔑 — 𝔏 + *Non in memoriam reducamus.* Rell. etiam vetustiss. Ermi Naz. P3. Col. Erf. ∾. R — *iam* ante *eripi.*

2. R (cr.∾) = *in solida sunt.* T = *ille casus aliquis.* mC = *post illa aliquis casus incidit.* G = *quod praeterii.* 𝔑 — 𝔈𝔏. = *quod praeterierit.* Rτ = *inter tua.* mC — *Quomodo — futurorum.* Pinc. v. l. 𝔏 — 𝔅o + *Quomodo ergo gratus* contra mstos etiam Gr. T bis habet *gratus.* RGTτ Gr. (praeter Naz.) 𝔑 — 𝔈𝔏. = *vitam suam transtulit.* V Naz. Agric. 𝔊 — 𝔅o ∾.

praesentium totus ac futurorum? Memoria = ci. Salmas. (ad Simplic. p. 17.). cf. Beneff. VII, 26, 3. *lucri totus est.* Val. Flacc. Arg. I, 207. *totusque dei.* GTτ Naz. P3. Col. = *praesentium tutos ac* [Col. = *et*] *fut.* ∾. Rsτ = *praesentium tutos ac futurorum memoria gratos facit.* Etiam antiquiora et correctiora exx. Pinc. Erf. = *futurorum.* V𝔈1. — 𝔏4. = *Praesentium intuitus ac praeteritorum memoria gratum facit.* Ermi ex. vetustiss. 𝔑 — 𝔅 = *Praesentium vel intuitus ac* [ex. Ermi = *at*] *praeteritorum memoria* ∾. Gron. ci. 𝔊ro 𝔑u — 𝔅o = *praesentium intuitu ac futurorum? Memoria* ∾. 𝔅1. = *Praesentium intuitus ac futurorum memoria gratum facit.* Pinc. ci. = *praesentium intuitu, spe futurorum? Memoria.* Grut. ci. = *praesentiumne intuitu an futurorum? Memoria.* mC = *memoria tribuit.*

Cap. V.

mC — *mi Liberalis.* T = *perceptae haberent.* V = *satis est didicisse.*

(intercidit enim eorum scientia, nisi continuetur), geometriam
dico et sublimium cursum et si qua alia propter subtilitatem lu-
brica sunt: ita beneficia quaedam magnitudo non patitur excide-
re, quaedam minora, sed numero plurima et temporibus diuer-
sa effluunt. quia, ut dixi, non subinde illa tractamus nec li-
benter quid cuique debeamus recognoscimus. Audi uoces pe- 2
tentium: nemo non uicturam semper in animo suo memoriam
dixit. nemo non deditum se et deuotum professus est et si quod
aliud humilius uerbum quo se obpigneret inuenit. Post exi-
guum tempus iidem illi uerba priora quasi sordida et parum libe-
ra euitant: perueniunt deinde eo quo, ut ego existimo, pessi-
mus quisque atque ingratissimus peruenit, ut obliuiscantur.
Adeo enim ingratus est qui oblitus est, ut ingratus sit cui be-
neficium in mentem uenit. VI. Hoc tamen inuisum uitium an
inpunitum esse debeat quaeritur et an haec lex quae in scholis
exercetur etiam in ciuitate ponenda sit qua ingrati datur actio
quae uidetur aequa omnibus. Quidni? cum urbes quoque urbi-
bus quae praestitere exprobrent et in maiores collata a posteris

RT — *satis.* mC = *eorum herentia nisi.* R = *nisi continetur.* VTτmC St. Steph. Veid. Tronc. ℜ — 𝔈2. = *nisi contineatur.* Codd. Lips. = *nisi contineant.* Lips. ci. = *nisi continuent.* G aliqui codd. Pinc. 𝔊 — 𝔅o ∾. 𝔏 — 𝔊ro = *sed numero pluria* contra mstos. mC = *affluunt.* mC — *ut dixi.* ℜ — 𝔈2. = *debeamus cognoscimus* contra mstos etiam Pinc. v. l.

2. G = *Audivi* [= Scal.] *voces potentium.* D = *Nude voces potentium.* H = *voces penitentium.* Hg = *memoriam suam.* C = *sua memoriam.* G = *nemo non deditum sed devotum fessus est.* D = *devotum se sed et debitum.* Cod. Lips. H = *deditum sed devotum.* probat Lips. W = *debitum se et devotum.* Rell. etiam Erf. ∾. CHg — *humilius.* W(s∾) = *humilimum verbum.*

quo se obpigneret = RGTτ. D (p.m.) = *oppignorat.* VCD (s.m.) gℜ — 𝔅o = *quo se oppigneraret* (D ℜ — 𝔊 = *oppignoraret*). Rg = *idem illi verba.* C(m∾ partim) DH Wg — *perveniunt deinde* — VII, 1. *accipientium arbitrio.* ℜ — 𝔈2. = *Adeo tamen ingratus* contra mstos etiam Pinc. mC — *enim.*

ut ingratus sit = GVTτmC. Sententia arguta haec est: non tantum ingratus est, qui beneficium prorsus obliviscitur, sed is etiam, qui non semper meminit. R = *qui oblitus est. gratus fit cui benef.* ℜ — 𝔈1. = *ut gratus cui benef. in mente* [𝔈1. = *in mentem*] *venit.* 𝔈2. — 𝔅o = *ut* [𝔏 — 𝔊ro = *ut i*] *gratus sit.*

Cap VI.

Hoc tamen = RGVT ℜ — 𝔊. mC — *tamen.* 𝔐ℜ — 𝔅o = *Hoc tam invisum.* R = *nũ inpunitum.* V — *et* ante *an haec lex.* mC — *haec* ante *lex.* T = *qui in scolis.* mC — *quae in — civitate.* mC — *Quidni? — magno perdebant.* GV ℜ — 𝔅 = *exprobent.* RGVT Pinc. v. l. Naz. P2. 3. Col. codd. Lips. ℜ — 𝔅 = *et maiores collata* om. *in.* quod facile poterat excidere propter sequens *m.* 𝔈1. 2. = *et a maioribus collata.* Pinc. ci. 𝔊 — 𝔏4. = *et maioribus collata.* Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅o ∾.

exigant. Nostri maiores, maximi scilicet uiri, ab hostibus
tantum res repetierunt: beneficia magno animo dabant, magno
2 perdebant. Excepta Macedonum gente non est in ulla data ad-
uersus ingratum actio. magnumque hoc argumentum est dan-
dam non fuisse, quia aduersus maleficium omne consensimus:
et homicidii, ueneficii, parricidii, uiolatarum religionum alibi
atque alibi diuersa poena est, sed ubique aliqua. hoc frequen-
tissimum crimen nusquam punitur, ubique inprobatur. Neque
absoluimus illud, sed cum difficilis esset incertae rei aestimatio,
tantum odio damnauimus et inter ea reliquimus quae ad iudices
deos mittimus. VII. Rationes autem multae mihi occurrunt
propter quas crimen hoc in legem cadere non debeat. Primum
omnium pars optima beneficii periit, si actio sicut certae pecu-
niae aut ex conducto et locato datur. Hoc enim in illo specio-
sissimum est, quod dedimus uel perdituri, quod totum permisi-
mus accipientium arbitrio. Si adpello, si ad iudicem uoco, in-
2 cipit non beneficium esse, sed creditum. Deinde cum res ho-

maximi scilicet viri = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o. Haec a librario quodam adiecta esse Grut. suspicatur. Sed cf. supra II, 1, 4. 𝔐 — 𝔏4. = *maximi illi viri.*

res repetierunt = Mur. ci. 𝔐 — 𝔅o. Cod. Lips. = *es repetierunt.* RGVT = *es petierunt.* Ex. Fac. et Primit. Naz. P2. Col. 𝔊𝔊 = *aes petierunt.* P3. 𝔑 — 𝔈2. = *tantum expetierunt beneficia.*

2. *Macedonum gente* = mss. etiam Gr. Lips. 𝔑 — 𝔊 𝔏 — 𝔅1. Cod. Mur. (Varr. Lect. XII, 3.) = *Maedonum gente.* unde Mur. ci. 𝔐 𝔑u — 𝔅o = *Medorum gente.* et putant *Medos* hic pro *Persis* esse dictos. Brodaeus ci. = *Persarum gente.* At quanquam ab aliis scriptoribus, quod sciam, hoc de Macedonibus non traditur, malo servare omnium librorum scripturam: sive Seneca memoria lapsus est (quod ei saepe accidisse monet Ruhnk. ad Rutil. Lup. I. p. 9.), sive revera apud Macedones erat institutum punire ingratos. Certe idem Seneca (Beneff. IV, 37, 4.) refert Philippum, Macedonum regem, homini ingrato stigmata inscripsisse. RG = *in nulla data.*

argumentum est = RGVT mC. 𝔑 — 𝔅o — *est.* RGTmC 𝔑 — 𝔊 = *dandum* [G = *dand'*] *non fuisse.* V = *dandum fuisse.* mC — *quia adversus — ubique aliqua.* G = *homicidii, beneficii.* RGVT 𝔑 — 𝔈1. = *violatarum regionum.* V = *alibi atque alibi.* ℌ — 𝔅 = *alicubi atque alicubi.* G = *difficilis et incertae rei.* G (cr. ∾) VmC 𝔑 — 𝔈1. = *inter ea relinquimus.* 𝔑 — 𝔏4. = *quae ad vindices deos* contra mstos etiam Gr.

Cap. VII.

mC — *autem* et — *hoc* post *crimen.* mC = *si aptio sicut.* T = *Plurimum omniumque pars beneficii.* V ci. Ermi = *creditae pecuniae.* probat Steph. (Prood. II, 8.). mC — *aut* post *pecuniae* et — *enim* ante *in illo.* ℌ — 𝔐 = *aut ex locato* contra mstos etiam Pinc. Gr. Vetust. cod, Ermi = *Hoc enim in illo spec. est.* 𝔈 — 𝔐 — *in illo.* quod ℌ — 𝔈2. collocant post *specios. est.* R = *accipientum.* CD (s.m.) HWg + *si tamen* [D p.m. W = *tantum*]. *ut plures volunt appello.* T = *ad iudicem voce.*

nestissima sit referre gratiam, desinit esse honesta, si necessaria est: non enim magis laudabit quisquam gratum hominem quam eum qui depositum reddidit aut quod debebat citra iudicem soluit. Ita duas res quibus in uita humana nihil pulchrius est corrumpimus, gratum hominem et beneficium. Quid enim aut 3
in hoc magnificum est, si beneficium non dat, sed commodat? aut in illo qui reddit, non quia uult, sed quia necesse est? Non est gloriosa res gratum esse, nisi tutum est ingratum fuisse. Adice nunc quod huic uni legi omnia fora uix sufficient. Quis erit qui non agat? quis cum quo non agatur? Omnes sua extollunt, omnes etiam minima quae in alios contulere dilatant. Praeterea quaecumque in cognitionem cadunt conprendi possunt 4
et non dare infinitam licentiam iudicii. Ideo melior uidetur condicio causae bonae, si ad iudicem quam si ad arbitrum mittitur, quia illum formula includit et certos quos non excedat terminos ponit, huius libera et nullis adstricta uinculis religio: et detrahere aliquid potest et adicere et sententiam suam, non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas aut misericordia inpulit, regere. Ingrati actio non erat iudicem adligatura, sed re- 5
gno liberrimo positura. Quid sit enim beneficium non constat: deinde quantumcumque sit, refert quam benigne illud interpre-

2. DW = *desinet* [D = *esse* sec. m.] *honesta* om. *esse*. g = *sicut necessaria* om. *est*. T = *si necessaria sit*. D (s∾) W — *quisquam*. D (s∾) — *qui* ante *depositum*. D = *hominem quoniam eum*. H = *hominem aut eum*. g (s∾) — *reddidit*. V(s∾) Hg = *aut quod debeat*. D = *aut quod quid debeat*. W = *aut qui debeant*. CDWg P1. m𝔈2. m 𝔊𝔐 — 𝔏4. = *citra iudicium*. P2. codd. Lips. 𝔎 — 𝔊 = *extra iudicem*. Rell. etiam Gr. ∾. atque idem ex vet. cod. exemplari suo adscripserat Claud. Puteanus. CD(s.m.)W = *solverit*. D (p.m.) = *solveret vel solveretur*. C (m∾) DHWg — *Ita duas res* — *et beneficium*. T = *corrupimus*. 𝔐 — 𝔏4. = *gratum animum et beneficium*. Pinc. ci. 𝔊ro 𝔐u — 𝔅o = *gratum hominem et beneficum*. probat Lips. Mss. etiam omnia exx. Pinc. Gr. Lips. ∾.

3. CDHWg = *Quid autem magnificum in illo est* [D = *est in illo*] *qui reddit* (W = *reddfdit*) rell. om. In D sec. m. adiecit his *qui beneficium non dat sed comodat aut in illo*. R + *non ideo quia vult*. C(m∾ partim) DHWg — *Adice nunc* — VIII, 1. *reum exisset*. mC — *nunc*. mC = *sufficiunt*. T = *Quis erit qui non agatur? omnes sua* rell. om.

4. *conprendi possunt* = R. GV T 𝔎 — 𝔅o = *comprehendi possunt*. Lat. Latin. (Bibl. Prof. p. 45.) ci. = *et non dant infinitam*.

licentiam iudicii = RGT. V𝔎 — 𝔅o = *lic. iudici*. RGT = *quasi ad arbitrum*. 𝔑 — 𝔈2. = *quam ad arbitrum* om. *si*. V ex. Fac. et Primit. ∾. Cod. Hisp. = *mittatur*. T = *illum forã includit*.

aut misericordia = RGVT 𝔎 — 𝔐. 𝔏 — 𝔅o = *et mis*.

5. Huet. ci. = *non erit iudicem*. RGT = *allegatura*, RGVT mC 𝔎 — 𝔅 = *quantum sit refert* om. *cumque*.

tetur iudex. Quid sit ingratus nulla lex monstrat. Saepe et qui reddidit quod accepit ingratus est et qui non reddidit gratus. De quibusdam et inperitus iudex dimittere tabellam potest, ubi fecisse aut non fecisse pronuntiandum est, ubi prolatis cau-
6 tionibus controuersia tollitur. Ubi [uero] inter disputantes ratio ius dicit, ubi animi coniectura capienda est, ubi id de quo sola sapientia decernit in controuersiam incidit: non potest ad haec sumi iudex ex turba selectorum quem census in album et equestris hereditas misit. VIII. Itaque non haec parum idonea res uisa est quae deduceretur ad iudicem, sed nemo huic rei satis idoneus iudex inuentus est: quod non admiraberis, si excusseris quid habiturus fuerit difficultatis quisquis in eiusmodi reum exisset. Donauit aliquis magnam pecuniam, sed diues, sed non sensurus inpendium. Donauit alius, sed toto patrimonio cessurus. Summa eadem est: beneficium idem non est.
2 Etiamnunc adice: hic pecuniam pro addicto dependit, sed cum illam domo protulisset. ille dedit eamdem, sed mutuam sumpsit aut rogauit et se obligari ingenti merito passus est. Eodem existimas loco esse illum qui beneficium ex facili largitus est et hunc qui accepit ut daret? Tempore quaedam magna fiunt, non
3 summa. Beneficium est donata possessio cuius fertilitas laxare

R — *lex* ante *monstrat*. V = *Saepe qui reddit* om. *te*. T = *et qui non reddit gratus*. mC — *De quibusdam* — VIII. in. *Itaque*. E — *De quibusdam* — XIV, 2. *Redde quod debes*.

et inperitus = RGVT. 𝔑 — 𝔅o = *etiam imperitus*. Lips. ci. = *demittere tabulam* sc. in cistam. Ermi ci. 𝔈 — 𝔐 𝔅1. — 𝔅o = *ibi prolatis cautionibus* contra mstos.

6. *Ubi* [*vero*] *inter disputantes ratio ius dicit, ubi animi*. Particulam *vero* uncis circumdedi: nam RGVT 𝔑 — 𝔈2. = *ubi inter disputantes ratio ius dicit. Ubi vero animi*. Ermi ci. 𝔈 — 𝔅o = *Ubi vero inter* ∾, *ibi animi*. T — *sola* ante *sapientia* et = *ad hoc sumi iudex*. G = *et turba sel*. Pinc. ci. = *et equester ordo transmisit* aut *in album equestris ordinis misit*.

Cap. VIII.

V = *Itaque non hoc parum*. G = *quod non admirabilis*. mC = *adeo non admirabilis*. R = *sed excusseris*. T = *quod habiturus fuerit*. V = *quisquis in eiusmodi re existeret*. 𝔑 — 𝔅 = *in eiusmodi rerum exisset*. 𝔈1. 2. = *in eiusmodi regnum exisset*. m𝔈2. 𝔈𝔊 = *in eiusmodi reum egisset*. mC — *quisquis* — *exisset*. Rell. etiam cod. Ermi Naz. P2. ∾. DW + *magnam pecuniam mihi* et + *sensurus est*. g = *Donavit aliquis sed toto*. CDHWg — *Etiamnunc* ante *adice*.

2. R (cr. ∾) = *pro adducto*. VCW 𝔑 — 𝔅 = *pro addito*. D = *pro abdicto*. W (s ∾) g 𝔑 — 𝔅 = *dependet*. CDHWg = *sed mutuo sumpsit*. g = *Eodem estimas*. RG = *qui accipit ut daret*. G (m ∾) — *Tempore* — *non summa*. C (m ∾ partim) DHWg — § 3. *monstrare fontem*. T — *non summa*. Sed harum vocum sedes vacua est.

3. T — *Beneficium est donata* —

possit annonam: beneficium est unus in fame panis. Beneficium est donare regiones per quas magna flumina et nauigabilia decurrant: beneficium est arentibus siti et uix spiritum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem. Quis inter se ista conparabit? quis expendet? difficilis est sententia quae non rem, sed uim rei quaerit. Eadem licet sint, aliter data non idem pendent. Dedit mihi hic beneficium, sed non libenter. sed dedisse se questus est. sed superbius me quam solebat aspexit. sed tam tarde dedit, ut plus praestaturus fuerit, si cito negasset. Horum quomodo iudex inibit aestimationem, cum sermo et dubitatio et uoltus meriti gratiam destruant? IX. Quid quod quaedam beneficia uocantur, quia nimis concupiscuntur, quaedam non sunt ex hac uolgari nota, sed maiora, etiam si minus adparent? Beneficium uocas dedisse potentis populi ciuitatem, in quatuordecim deduxisse et defendisse capitis reum: quid utilia suasisse? quid retinuisse, ne in scelus rueret? quid gladium excussisse morituro? quid efficacibus remediis [refocillasse] lugentem et quos desiderabat uolentem sequi ad uitae consilium

annonam. 𝔑 — 𝔈1. = *in famem panis.* mC *Beneficium est donare — decurrant* collocat post *monstrare fontem.*

magna flumina = RGVT St. Steph. Scal. Verd. Tronc. Lips. m 𝔈2. m𝔊. 𝔑 — 𝔅o = *multa flumina.* T = *decurrunt.* R(cr.∾) = *ardentibus siti.* VCDHg Trist. Hisp. = *quis expediet?* W = *quis expediat?* 𝔑 — 𝔅 = *quis expenderet.* Cod. Hisp. = *difficilis est scientia.* V = *sed vim rei requirit.* Cod. Rom. 𝔑 — 𝔈1. = *sed vim requirit.* CDHWg hic adiiciunt verba ab initio huius capitis omissa *Itaque non haec — inventus est.* sed scribunt *quae duceretur.* Cod. Put. = *Eadem sint licet.* qui ordo Opsopoeo videtur planior esse. D (s.m.) ci. Lat. Latin. (B. Prof. p. 45.) *non idem pendunt.* Erm. Aut *pendunt*, inquit, legendum est, aut *pendent* erit a *pendere* futuri temporis verbum. CDHWg = *se conquestus est.* C(s∾) D(s∾) Hg — *me* post *superbius.*

praestaturus fuerit = RGVTCDHg 𝔑—𝔊. Vide Drkb. ad Liv. XXXVII, 25, 2. 𝔐 — 𝔅o = *praestiturus fuerit.* D(s∾) = *sed cito.* C(m∾) DHWg — *Horum quomodo — IX, 1. concupiscuntur.* G(s∾) — *iudex.* mC = *nudat aestimationem.* V = *gratiam destruat.* mC = *gratiam distrahant.*

Cap. IX.

mC — *Quid quod.* CDHWg = *appareant.* Dal. = *appetantur.* D = *beneficium vocant.* R = *petentis populi.* C(m∾) DHWg — *potentis populi.* C(m∾) DHWg — *in quatuordecim — capitis reum.* 𝔑 — 𝔏 + *in quatuordecim gradus* contra mstos etiam Mod. (Ep. 29.). Gr. 𝔑 — 𝔅 = *devendisse.* C(m∾) DHWg — *quid gladium — reduxisse.* RG 𝔏4. — *refocillasse.* VT 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) verbum suspectum servant: ego uncis circumdedi. R = *et qũo desiderabat.* G = *et quo desiderabat.* V𝔑 — 𝔊 = *et quod desiderabat.* quod fortasse debebat recipi. T = *lugentem? Quid quo desiderabat euntem sequi.* mC = *lucentem quo desiderabat euntem sequi.* 𝔑 — 𝔈1. = *et avide consilium reduxisse.*

2 reduxisse? quid adsedisse aegro et, cum ualitudo eius ac salus momentis constaret, excepisse idonea cibo tempora et cadentes uenas uino refecisse et medicum adduxisse morienti? Haec quis aestimabit? quis dissimilibus beneficiis iubebit beneficia pensari? Donauit tibi domum: sed ego tuam supra te ruere praedixi. Dedit tibi patrimonium: sed ego naufrago tabulam. Pugnauit pro te et uolnera excepit: at ego uitam tibi silentio dedi. Cum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile est. X. Dies praeterea beneficio reddendo non dicitur, sicut pecuniae creditae. Itaque potest qui nondum reddidit reddere. Dic enim intra quod tempus deprehendatur ingratus. Maxima beneficia probationem non habent: saepe intra tacitam duorum conscientiam latent. An hoc inducimus, ut non demus beneficia sine teste? Quam deinde poenam ingratis constituimus?
2 unam omnibus, cum disparia beneficia sint? an inaequalem et pro cuiusque beneficio maiorem aut minorem? Age, intra pecuniam uersabitur taxatio: quid quod quaedam uitae beneficia sunt et maiora uita? His quae pronuntiabitur poena? Minor beneficio? iniqua est. Par et capitalis? quid inhumanius quam

2. Post *aegro* mC collocat verba *Et medicum — beneficia pensari.* D (cr.∾) W P1. = *et ut valetudo.* V = *valitudo ei.* T — *ac salus momentis.* CDHWg plerique Pinc. P1. — *ac salus.* Rell. etiam Naz. Col. P2. 3. ∾. Dion. Gothofr. ci. = *momentis mutaret* vel *mutaretur*: illud probat Grut., ita tamen, ut accipiatur patiendi sensu. Cod. Hisp. = *cepisse idonea.* 𝔑 — 𝔅 = *ibi tempora.* 𝔈1. 2. = *oibi tempora.* Mss. etiam Pinc. ∾. CDHWg — *et cadentes — beneficia pensari.* sed eorum loco ponunt *Horum quomodo iudex inibit* [D + *inhibuit vel inibit.* H = *subit*] *aestimationem* (D = *extimationes*). 𝔈1. — 𝔏4. = *quis similibus beneficiis* contra mstos etiam Naz. Col. P2. 3. St. Steph. Hisp. Tronc. Verd. Lips. Dal. = *beneficiis iudicabit.* G = *sed ego viam supra te.* CD (s∾) HWg — *sed* ante *ego* utrobique. Dal. = *ruere prohibui.* Hg = *supra te ruere dixi.* D (cr.∾) W = *supra te ruere feci. dixit* (W = *Dixi*). T = *Pugnabit. Pugnavi* ∾ *excepi* in Naz. fuisse fidem faciunt liturae. probat Grut. C(s∾) DHWg — *at* ante *ego vitam.* C (m∾ partim) DHWg — *Cum aliter beneficium* — XI. ex. *omnia aequari.* mC = *beneficium datur.*

Cap. X.

mC — *Dies praeterea — beneficia sine teste.* T = *infra quod tempus.* 𝔏 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *deprehendetur* contra mstos. 𝔈2. = *conscientia.* correctum voluit Erm. 𝔈1. 2. = *An hoc indicimus* contra mstos etiam Pinc. Erm. ci. = *an hoc interdicemus ne fiant bene* etc. aut *an hoc indicimus ut ne fiant.* 𝔑 — 𝔈1. = *ut nunc demus.* 𝔐 — 𝔅1. *ut ne demus.* Mss. etiam Pinc. ∾.

constituimus = RGVT. 𝔑 — 𝔅o = *constituamus.* mC = *cum beneficia dispersa sint.* RG — *beneficia.*

2. 𝔑 — 𝔈1. = *inaequales* om. *an.* TmC Naz. 𝔈2. — 𝔐 — *an* ante *inaequalem.* quod poterat omitti propter *in* similem syllabam. Rell. etiam Pinc. Gr. Put. ∾. mC — *Age — taxatio.* VT = *inter pecuniam.* R = *versabitur taxio.* T = *Minor iniqua est.*

cruentos esse beneficiorum exitus? XI. Quaedam, inquit, priuilegia parentibus data sunt. Quomodo horum extra ordinem habita ratio est, sic aliorum quoque beneficiorum haberi debet. Parentum condicionem sacrauimus, quia expediebat liberos tolli: sollicitandi ad hunc laborem erant incertam adituri fortunam. Non poterat illis dici quod beneficia dantibus dicitur: Cui des elige. ipse tecum, si deceptus es, querere. dignum adiuua: In liberis tollendis nihil indicio tollentium licet: tota res uoti est. Itaque ut aequiore animo adirent aleam, danda illis aliqua 2
potestas fuit. Deinde alia condicio est parentum qui beneficia quibus dederunt dant nihilominus daturique sunt. nec est periculum, ne dedisse ipsos mentiantur. In ceteris quaeri debet non tantum an receperint, sed an dederint. Horum in confesso merita sunt. et quia utile est iuuentuti regi, inposuimus illi quasi domesticos magistratus sub quorum custodia contineretur. Deinde omnium parentum unum erat beneficium: itaque aesti- 3
mari semel potuit. alia diuersa sunt, dissimilia, infinitis inter se interuallis distantia: itaque sub nullam regulam cadere potuerunt, cum aequius esset omnia relinqui quam omnia aequari.

par capitalis. G = *In qua est par et cap.* V = *an quae est pars et cap.* 𝔑 — 𝔈1. = *Iniqua est poena et capitalis.* mC — *et* ante *capitalis.*

Cap. XI.

mC — *Quaedam* — 𝔊3. ex. *omnia aequari.* R = *privi g e legia.* T — *parentibus.* T — *habita.* T = *sic aliorum quorum.* R = *Parent i u m.* T = *condicionem saciavimus.* 𝔑 — 𝔈1. = *ad hunc laborem erunt* contra mstos etiam Pinc. T = *incertos adituri.*

Cui des elige. ipse tecum, si deceptus es, querere. dignum adiuva = R G Naz. P2. 3. 𝔊ro — 𝔅o. V + ∾ *querere de te* ∾. T codd. Lips. 𝔈1. — 𝔏4. = *Cui des elige ipse tecum. Si deceptus es, quaere dignum, adiuva* (T = *a divina*) Quaedam exx. Pinc. 𝔑 — 𝔅 = *Cui des elige ipse tecum. Si deceptus es, quaerere dignum adiuva.* Pinc. ci. = *Si deceptus es, quaere te dignum. Adiuva.* Lips. ci. + ∾ *querere, dein dignum adiuva.*

2. R = *adirent eam.* sed post hanc vocem litterae duae vel tres sunt erasae. GT = *adirent aliam.* T = *potestas est.* R = *parentium.* 𝔑 — 𝔅 = *dederunt dant. nihilominus daturi sunt* om. *que.* etiam Lips. codd. — *que.* 𝔈1. — 𝔊 = *dederunt, nihilominus daturi sunt* om. *dant* et *que.* Mss. etiam cod. schol. Salment. Naz. Col. P2. 3. ∾.

ne dedisse ipsos mentiantur = Naz. cf. Ep. 49, 6. 82, 5. GRV P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔊 = *ne dedisse illos mentiantur.* T = *ne dedisse eos mentiantur.* 𝔐 — 𝔅o = *ne dedisse se illis mentiantur.* R(cr. ∾) = *Horum confessio.* VH = *in confessione.* T = *regi ipso sumus illi.* T = *magistratus, sed quorum.* 𝔑 — 𝔅 = *continentur.* 𝔈1. — 𝔊 = *contineantur.* 𝔐 = *contineatur.*

3. RG = *omnium parentium.* T = *et dissimilia minutis inter se.* V = *intra se intervallis.* 𝔑 — 𝔅 = *sub nulla regula.* T = *aequius esset omnia coequari, omnia relinqui.*

XII. Quaedam magno dantibus constant. quaedam accipientibus magna sunt, sed gratuita tribuentibus. quaedam amicis data sunt, quaedam ignotis. Plus est, quamuis idem detur, si ei datur quem nosse a beneficio tuo incipis. Hic auxilia tribuit, ille ornamenta, ille solatia. Inuenies qui nihil putet esse iucundius, nihil maius quam habere in quo calamitas adquiescat. in-
2 uenies rursus qui dignitati suae quam securitati consuli malit et qui plus ei debere se iudicet per quem tutior est quam ei per quem honestior. Proinde ista maiora aut minora erunt, prout fuerit iudex aut ad haec aut ad illa inclinatus animo. Praeterea creditorem mihi ipse eligo: beneficium saepe ab eo accipio a quo nolo et aliquando ignorans obligor. Quid facies? ingratum uocabis eum cui beneficium inscio et, si scisset, non accepturo inpositum est? non uocabis eum qui utcumque acceptum non reddidit? **XIII.** Aliquis dedit mihi beneficium, sed idem postea fecit iniuriam: utrum uno munere ad patientiam omnium iniuriarum adstringor, an perinde erit ac si gratiam retulerim, quia beneficium suum ipse insequenti iniuria rescidit? Quomodo deinde aestimabis utrum plus sit quod accepit an in quo laesus est? Dies me deficiet omnes difficultates persequi temptantem.

Cap. XII.

𝔑 — 𝔈2. = *quaedam e x cipientibus.* D (cr. ∾) = *mugn i s dantibus.* H = *magn a dantibus.* C = *mag n a d o n antibus.* mWg = *magno d o n a n tibus.* D = *sed g r a t a tribuentibus.* D (m∾) W — *quaedam amicis data sunt.* 𝔑 — 𝔐 — *sunt.* V = *quamvis r õ e* [i. e. *r a t i o n e*] *detur.*
si ei d a tur = RGVTCDHWg 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *si ei d e tur.* G = *q u e nosse.* DW = *q u o n i a m nosse.* C = *quem n o s c e r e.* 𝔑 — 𝔈2. — *tuo* post *beneficio.* 𝔈 — 𝔅o = *tuo beneficio* contra mstos etiam Pinc. T = *Inveni e t qui nihil.* R (s∾ al. m.) — *in quo* ante *calamitas.* R verba *invenies rursus* — *consuli malit* collocat post *per quem honestior* § 2. 𝔑 — 𝔈 2. + *securitati s u a e* contra mstos etiam Pinc.
2. *e t qui plus* = RGVTCDWg 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *e s t qui plus.* CHg Put. + *Proinde ista a u t maiora.* D (cr. ∾) W P1. = *P r o ist o* [W P1. = *ista*] *a u t maiora.* P2. (cr. ∾ s.m.) = *Proinde ista maiora erunt.* Rell. etiam Gr. ∾. G Col. = *iudex aut haec aut illa.* P3. = *iudex aut ad haec aut illa.* Naz. (s.m.) = *iudex aut i n haec aut i n illa.* prior manus non cognoscitur una atque altera littera funditus erasa. Rell. etiam P1. 2. ∾. CDHWg — *Praeterea* — *non reddidit.* 𝔑 — 𝔈2. = *ab i p s o accipio* contra mstos etiam Pinc.
et si sc i s set = RGVT. 𝔑 — 𝔅o = *et si sci v isset.* G = *non accep t ũ.* T = *non accep t o.*

Cap. XIII.

G = *a b stringor.* C (lit.) = *astrin g a r.* DW = *a c perinde.* RVTC 𝔑 — 𝔈1. = *an p r o inde erit.* G = *gratiam ret u s erim.* H = *iniuria recidit.* TCDHW — *deinde* post *Quomodo.* T = *quod accep e r i m.* Iuges ci. = *quod accepi.* RGVTCDHW quatuor Gr. 𝔑 = 𝔈1. = *a u t in quo laesus est* (T = *s u m*). ferri posse Grut. putat. Pinc. ci. 𝔐 = *an i d quo laesus est.* T = *p r o sequi.*

Tardiores, inquit, ad beneficia danda facimus non uindicando
data nec infitiatores eorum adficiendo poena. Sed illud quoque 2
tibi e contrario occurrat multo tardiores futuros ad accipienda
beneficia, si periculum causae dicundae adituri erunt et inno-
centiam sollicitiore habituri loco. Deinde erimus per hoc ipsi
quoque ad danda tardiores: nemo enim libenter dat inuitis. sed
quicumque ad benefaciendum bonitate inuitatus est et ipsa pul-
chritudine rei etiam libentius dabit nihil debituris nisi quod uo-
lunt. Minuitur enim gloria eius officii cui diligenter cautum
est. XIV. Deinde pauciora erunt beneficia, sed ueriora: quid
autem mali est inhiberi beneficiorum temeritatem? Hoc enim
ipsum secuti sunt qui nullam legem huic constituerunt, ut cir-
cumspectius donaremus, circumspectius eligeremus eos in quos
merita conferuntur. Etiam atque etiam cui des considera: nul-
la actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succursurum
tibi iudicem. Nulla lex te in integrum restituet: solam acci-
pientis fidem specta. Hoc modo beneficia auctoritatem suam te- 2

C = *inquis*. DW = *inquam*. T — *danda* ante *facimus*. RGV ℜ — 𝔊1. = *non iudicando data*. quod fortasse ferri poterat. Tm𝔊1. 𝔊2. — 𝔅o ∾.

2. W — *Sed illud — occurrat*. T C = *occurrit*. HW = *immo tardiores*. CDHW — *futuros*. V = *sed periculum causae*.

causae dicundae = R. G = *causae dic uñ* (i. e. *unde*). VTC ℜ — 𝔅o = *causae dicendae*. DW = *causae dicendum*. R = *adituri sunt*. W = *innocentiam solertiore loco habebunt*. T = *sollistito ore habituri sunt*. H = ∾ *habebunt*. Hℜ — 𝔊2. = *per haec ipsi quoque*. Rell. etiam Pinc. ∾. T + *libenter libertatem dat*. WP1. ℜ — 𝔊1. = *dat invitus*. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. D(cr. ∾) = *sed quocunque*. TCDHW = *ad beneficium*. G(cr. ∾) = *nihil dabituris*. D = *nil debiturus*. W = *nihil debiturus*.

nisi quod volunt = RGVH ℜ — 𝔊2. DW = *nisi quod voluit*. TC Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔅o = *nisi quod volent*. TCDHW = *gloriae vis officio cui*.

Cap. XIV.

C (m∾ partim) — *Deinde* — § 3. *mercem facimus*. DHW — *Deinde — mali est*. mC — *Deinde*. Verd. Tronc. = *Demum pauciora*. mC — *autem* ante *mali est*. DHW + *Si vis inhiberi beneficiorum quam dicis temeritatem*. (De C vide ad § 3.) Cod. Hisp. = *inhibere*. T = *Hec enim ipsum*. DHW — *Hoc enim — conferuntur*. T = *qui in illam legem*. mC = *legem constituerint* om. *huic*. R = *deligeremus*.

conferuntur = RGVTmC ℜ — 𝔊2. Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅o = *conferrentur*. D — *etiam* ante *cui des*. mC = *considerandus et actio erit*. mC — *Erras — restituet*. In DHW proxima sic leguntur: *nulla repetitio. Denique ad reddendam gratiam et virtute opus est et tempore et facultate exasperante* [mDW = *et aspirante*] *fortuna* [H — *exasp. fortuna*]. *Quid si* [mD HW = *sit*] *ingratus nulla res monstrat. saepe qui reddit* [HW = *reddidit*] *quod accepit ingratus est et qui non reddidit gratus. turpissimum verbum* [H = *turpissima vox*] *est in beneficio redde. Non enim irritandus*. T = *occursurum tibi*. G = *sibi iudicem*. T = *Nulla lex in te* [sp. vc.] *restituet*. TmC = *accipientis voluntatem specta*.

nent et magnifica sunt: pollues illa, si materiam litium feceris. Aequissima uox est et ius gentium prae se ferens, *Redde quod debes.* Haec turpissima est in beneficio, *Redde.* Quid? reddet uitam quam debet? dignitatem? securitatem? sanitatem?
3 reddi maxima quaeque non possunt. Aut pro his, inquit, aliquid quod tanti sit. Hoc est quod dicebam interituram tantae rei dignitatem, si beneficium mercem facimus. Non est inritandus animus ad auaritiam, ad querelas, ad discordiam: sua sponte in ista fertur. Quantum possumus resistamus et quaerenti occasiones amputemus. XV. Utinam quidem persuadere possemus, ut pecunias creditas tantum a uolentibus acciperent! utinam nulla stipulatio emptorem uenditori obligaret! nec pacta conuentaque inpressis signis custodirentur! fides potius illa seruaret et aequum colens animus! Sed necessaria optimis prae-
2 tulerunt et cogere fidem quam spectare malunt. Adhibentur ab utraque parte testes: ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit. ille non est interrogatione contentus, nisi reum manu sua tenuit. O turpem humani generis et fraudis ac

2. mC = *pollues illa si in accipientem feceris.* 𝔑 — 𝔈1. — *Haec turpissima* — *Quid reddet?* Erm. restituit ex duobus mstis, Anglicano et Basileensi. E = *Haec turpissima vox in beneficio est.* RG Naz. Col. = *Quid reddit?* mC = *Quid reddes?* T = *Quid redderit?* P3. = *Qui reddit.* EHW — *Quid reddet* — § 3. *mercem facimus.* VP2. 𝔈2. — 𝔅o∾.

vitam quam debet = RGVTmC Naz. P2. 3. codd. Lips. St. Steph. Hisp. Scal. 𝔊ro — 𝔅o. Col. = *vitam qui debet.* 𝔈2. — 𝔏4. = *vitam, inquam, debet.* Locum cum 𝔅2. distinxi ex mente Gruteri.

3. T = *At plus inquit.* VmC = *inquis.* Grut. ci. = *aliud quid quod tanti sit.* T = *tante sit.* T = *dicebam in* [sp. vc.] *tantae rei dign.* G(s∾) = *mercem fecimus.* Proxima in C (vide § 1.) sic leguntur: *Si vis inhiberi beneficiorum quam dicis temeritatem. etiam atque etiam cui des considera. Nulla actio erit. nulla repetitio. Denique ad reddendam gratiam opus est et tempore et facultate et haspirante fortuna. Quid sit ingratus nulla lex monstrat. Saepe qui reddit quod accepit ingratus est. Turpissima vox est in beneficio redde. Non est irritandus.* 𝔑 — 𝔏 = *Non est incitandus* contra mstos etiam Gr. T — *in* ante *ista fertur.* Pinc. ci. 𝔐 = *et quaerendi occasiones* contra mstos etiam Gr.

Cap. XV.

C — *Utinam* — *acciperent.* DEHW — *quidem.* RGE = *possimus.* V + *pecunias pacto conventoque creditas.* R = *ut nulla stipulatio.* C = *pacta coniuncta que.* T = *in ipsis signis.* CsDHW = *impressis sigillis.* V = *aequum coleres animus.* D = *quoniam spectare.* Cod. Hisp. = *quam exspectare.* D (m∾) W = *spectare magis volunt.*

2. CDHW = *Adhibent ab utraque.* E = *ex utraque.* CDEHW — *Ille per* — *manu sua tenuit.* 𝔗𝔅 = *per tabulis.* R = *interpositis pararis.* G = *interp. paratis.* 𝔗𝔅 = *interrogatione contractus.*

nisi reum manu = GVT Gr. aliquot Lips. 𝔊ro — 𝔅o. R = *nisi rerum manu.* 𝔗𝔅 = *nisi rem manus.* 𝔈1. — 𝔏4. = *nisi rem manu.*

humani generis et fraudis ac =

nequitiae publicae confessionem! anulis nostris plus quam animis creditur. In quid isti uiri ornati adhibiti sunt? in quid inprimunt signa? nempe ne ille neget accepisse se quod accepit. Hos incorruptos uiros et uindices ueritatis existimas? at his 3
ipsis non aliter statim pecuniae committentur. Ita non honestius erat a quibusdam fidem falli quam ab omnibus perfidiam timeri? Hoc unum deest auaritiae, ut beneficia sine sponsore non demus. Generosi animi est et magnifici iuuare, prodesse: qui dat beneficia deos imitatur, qui repetit feneratores. Quid illos, dum uindicamus, in turbam sordidissimam redigimus?

XVI. Plures, inquit, ingrati erunt, si nulla aduersus ingratum datur actio. Immo potius pauciores, quia maiore delectu dabuntur beneficia. Deinde non expedit notum omnibus fieri quam multi ingrati sint: pudorem enim rei tollet multitudo peccantium et desinet esse probri loco commune maledictum. Numquid iam 2
ulla repudio erubescit, postquam inlustres quaedam ac nobiles feminae non consulum numero, sed maritorum annos suos con-

RGVE plerique Gr. 𝔗 — 𝔈1. (𝔗𝔅 = *Ob turpem*). Fortasse *ac* mutandum erit in *et*. cf. Hand. Turs. II. p. 529, 5. T = *humani generis et fraude ac*. C (s∾) H 𝔈2. — 𝔊 = *humani generis fraudis ac* om. *et*. D WP1. = *humani generis fraudem ac*. 𝔐 — 𝔅o = *humano generi fraudis ac*. R = *confusionem*. C = *quam anulis creditur*. R 𝔗 — 𝔈1. = *Inquit, isti viri*. TCDHW = *Isti inquit* [C = *inquid*] *ornati viri*. E — *In quid* — § 3. *perfidiam timeri?* R = *inquit inprimunt*. T opt. Lips. 𝔗 — 𝔈1. = *Hi inquit imprimunt* (𝔗𝔅 = *imprimuntur*. 𝔈1. = *primuntur*). probat Lips.

3. DW = *nos incorr.* ∾ *veritatis iniquitatis existimamus*. V = *existimes*. C = *existima*. H = *aestimamus*. T — *aliter* ante *statim*. 𝔗 — 𝔈1. = *non statim aliter*: 𝔈2. — 𝔅o = *statim non aliter* contra mstos. Lat. Latin. (Bibl. Prof. p. 45.) ci. = *Ab his ipsis tamen non aliter*. D = *committeretur*. mDH = *committerentur*. 𝔗𝔅 — *sine* ante *sponsore*. 𝔗 — 𝔊 = *Itaque non honestius erat* contra mstos etiam Pinc. DW = *Hoc enim deest*.

iuvare, prodesse = RGV Gr. Delben. 𝔗 — 𝔅o + *iuvare et prodesse*. T = *prodesse, iuvare*. Verbum *prodesse* suspectum mihi est. 𝔗 — 𝔈1. = *Qui dant* ∾ *imitantur*. probavit Grut. propter proximum *illos*, sed in Appendice retractavit sententiam. DW = *deum imitatur*. T = *qui recipit feneratores*. VC = *fenerator est*. CDHW — *Quid illos* — *redigimus?* E — *Quid illos* — XVI, 1. *dabuntur beneficia*. V + *Quid ni illos*. P3. = *Qui in illos*. Naz. = *Quid illa*. P2. = *dum iudicamus*. R(s∾) = *sordissimam*. T St. Steph. = *redigemus*.

Cap. XVI.

VC (cr. ∾) = *inquis*. DW = *adversus ingratos*. T = *datum actio*. C = *est actio*. H = *adv. ingratum exactio est*. VTCDHW 𝔗 — 𝔐 — *potius* post *Immo*. sR = *meiore deLictu*. H = *maiore delectatm*. G = *dabunt*. VTDEW = *ingrati sunt*. Apud R *sint* est in litura. TDE = *tollit*. TE = *desinit*. V = *communne delictum*.

2. D = *iam nulla*. C (m∾) EH — *quaedam ac nobiles*. P. Faber (Semestr. II, 23.) legit *quidem ac nobiles*. E — *consulum numero, sed et*

putant et exeunt matrimonii causa, nubunt repudii? Tamdiu istuc timebatur quamdiu rarum erat: quia uero nulla sine diuor-
3 tio acta sunt, quod saepe audiebant facere didicerunt. Numquid iam ullus adulterii pudor est, postquam eo uentum est, ut nulla uirum habeat, nisi ut adulterum inritet? argumentum est deformitatis pudicitia. Quam inuenies tam miseram, tam sordidam, ut illi satis sit unum adulterorum par, nisi singulis diuisit horas? et non sufficit dies omnibus, nisi apud alium gestata est, apud alium mansit. Infrunita et antiqua est quae ne-
4 sciat matrimonium uocari unum adulterium. Quemadmodum horum delictorum iam euanuit pudor, postquam res latius euagata est, ita ingratos plures efficies et audaciores, si numerare se coeperint. XVII. Quid ergo? inpunitus erit ingratus? Quid ergo? inpunitus erit inpius? quid malignus? quid auarus? quid inpotens? quid crudelis? Inpunita tu credis esse quae inuisa sunt? aut ullum supplicium grauius existimas publico odio? Poena est, quod non audet ab ullo beneficium accipere, quod

— *suos.* D (s∾) = *annos suos comparant.* 𝔗 — 𝔊1. = *computent.*
istuc timebatur = RT. VE 𝔗 — 𝔅o = *istud timebatur.* G Scal. = *illud timebatur.* CDHW = *tamdiú tunc timebatur.* V = *sed quia sine divortio nulla.* RGTE 𝔗𝔅 — *vero* post *quia.* CDHW Naz. P2. 𝔊1. — 𝔅o ∾. sed vide, num his fuerit fides habenda. DW + *nulla matrimonia* et = *facta sunt.* R (s∾) — *sunt.* T = *saepe audierant.* E = *saepe audierunt.* V + *alie facere didicerunt.* T = *didiscerunt.*
3. DW = *de adulteriis nullus* [W = *nullis*] *pudor.* D = *habeat. ubi adulterium.* E = *adulterium irritet.* 𝔗 — 𝔊1. = *adulterium vitet.* T = *irridet.* 𝔗𝔅 = *argumentum est de formidatis.* G = *ut illis satis sit.* W = *et singulis.* D(s∾) = *dimisit horas.* E = *diviserit horas.* T = *Hec non sufficit dies.* E + *et hec non sufficit dies.* 𝔐 — 𝔏4. = *ad alium gestata est* contra mstos etiam Gr. DW = *apud illum* utrobique. Pinc. ci. = *apud alium pransit.* Grut. ci. = *apud alium gustata est, apud alium pransit.* 𝔗 — 𝔊1. m𝔊2. = *Infirmata et antiq. est.* D = *Infinita et* [W 𝔊1. — 𝔊 =] *antiquata est.* T — *unum* ante *adulterium.* E = *unde adulterium.* Col. 𝔊1. — 𝔊 = *unum adulterum.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅1. = *unius adulterium.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.
4. T = *plures facies.*
et audaciores = V (= *audactiores*) m𝔊2. m𝔊𝔐 — 𝔅o. RG Naz. 𝔗 — 𝔊 = *et auctiores.* TDW P1. = *et auctores.* P2. = *autiores.* P3. = *authores.* Col. = *aptiores.* CsDEH = *et altiores.* quod si significare possit *superbiores,* sanum iudicaverim: nam Grut. quoque odoratur aliquam vocem minus usitatam hic positam fuisse. G (P3. Col.) = *numerari se coeperint.* TCDEHW Put. = *numerari coeperint* om. *se.* Rell. etiam Naz. P2. ∾.

Cap. XVII.

E = *Quid ergo imperitus?* om. *erit.* VCDEHW — *ergo* secundo loco et — *erit.* V = *aut avarus.* V = *quid impudens? quid crudelis?* R(cr.∾) = *aut illum supplicium.* C = *An illum suppl.* DEHW = *An ullum suppl.* H = *aestimas.* 𝔗𝔅

non audet ulli dare, quod omnium designatur oculis aut designari se iudicat, quod intellectum optimae rei ac dulcissimae amisit. An tu infelicem uocas qui caret acie oculorum, cuius 2
aures morbus obstruxit, non uocas miserum eum qui sensum beneficiorum amisit? Testes ingratorum omnium deos metuit, urit illum et angit intercepti beneficii conscientia: denique satis haec ipsa poena magna est, quod rei, ut dicebam, iucundissimae fructum non percipit. At quem iuuat accepisse aequali per- 3
petuaque uoluptate fruitur et animum eius a quo accepit, non rem intuens gaudet. Gratum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel. Conparari autem potest utriusque uita: cum alter tristis sit et sollicitus qualis esse infitiator ac fraudulentus solet apud quem non parentum qui debet honor est, non educatoris, non praeceptorum, alter laetus, hilaris, oc- 4
casionem referendae gratiae exspectans et ex hoc ipso adfectu gaudium grande percipiens nec quaerens quomodo decoquat, sed quemadmodum plenius uberiusque respondeat non solum parentibus et amicis, sed humilioribus quoque personis. Nam etiam si a seruo suo beneficium accepit, aestimat non a quo, sed quid acceperit. XVIII. Quamquam quaeritur a quibusdam sicut ab

= *aut designare se iudicat.* DEW = *se iudicat iudicari.* H = *iudicari se iudicat.* T = *optimae ac pulcherrimae rei amisit.*

2. D(s∾) = *At tu infelicem.* sW = *ac tu inf.* V = *vocas eum.* RGVTCDW 𝔗 — 𝔊 = *qui caruit.* propter *obstruxit* ita a librariis scriptum esse apparet. E𝔐 — 𝔅o ∾. V + *et non vocas.* E 𝔗𝔚 = *Num vocas miserum.* 𝔗𝔚 = *deus metuit.* T + *deos non metuit.* DW = *meruit.* G = *haec illa poena.* D = *haec poena satis est magna* om. *ipsa.* Etiam W — *ipsa.* CDEHW — *ut dicebam.* T = *fructus non perc.* E𝔗 — 𝔊 = *non percepit.*

3. G = *At que iuvat.* W = *At quoniam iuvat.* D = *ac perpetua voluntate.* CDH — *et* ante *animum eius.* E = *Eius animum.* RGTE = *a quo accipit.* G = *non rem intuetur gaudet.* C (m∾) DHW — *Conparari* — § 4. ex. *quid acceperit.* (De DW vide ad XVIII, 2.). E — *Conparari* — XVIII, 2. *iuris humani.* R (del.) + *Conparari autem ergo.* V = *aut fraudulentus.* 𝔗𝔚 = *fraudulenter solet.* RG = *parentium.* mC = *peremptum.* T quaedam exx. Pinc. = *non educatorum.* probant Pinc. Lips. Plerique Gr. = *non educatoris* aut *educatores.* T = *praeceptoris.* P2. 3. = *praeceptores.*

4. mC = *preferendae gratiae.* 𝔗 — 𝔈1. = *expetendae gratiae.* R (m∾) — *exspectans.* GV 𝔗 — 𝔊 = *expetens.* G = *quomodo dequocuat.* P3. = *quomodo detorquat.* V P2. 𝔗 — 𝔈2. = *quomodo, de quo, quare.* RT Naz. Col. vetust. Ermi 𝔈 — 𝔅o ∾. mC = *plenius altiusque.* 𝔗𝔚 = *amicis humilioribus: sed personis* om. *quoque.* V = *Nec etiamsi.* mC — *Nam.* T — *suo* post *servo.* RGVTmC 𝔗𝔚 = *accipit.* V 𝔗 — 𝔈1. = *quod acceperit.* T — *quid.*

Cap. XVIII.

CDHW — *Quamquam.* V = *quae-*

Hecatone *an beneficium dare seruus domino possit.* Sunt enim qui ita distinguant *Quaedam beneficia esse, quaedam officia, quaedam ministeria. Beneficium esse quod alienus det:* alienus est, qui potuit sine reprehensione cessare. *Officium esse filii, uxoris, earum personarum quas necessitudo suscitat et ferre opem iubet. Ministerium esse serui quem condicio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quae*
2 *praestat inputet superiori.* Praeterea seruum qui negat dare aliquando domino beneficium ignarus est iuris humani: refert enim cuius animi sit qui praestat, non cuius status. Nulli praeclusa uirtus est, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ingenuos, libertinos, seruos, reges, exules. non eligit domum nec censum: nudo homine contenta est. Quid enim erat tuti aduersus repentina, quid animus magnum promitteret
3 sibi, si certam uirtutem fortuna mutaret? Si non dat beneficium seruus domino, nec regi quisquam suo nec duci suo miles.

ratur. CDH = *ut ab Hecatone.* GC = *ita distingunt.* 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *distinguunt.* R = *distinguant.* DW = *beneficia que alienus det dicunt.* V = *quod alienus praestat et alienus.* 𝔑 — 𝔅o + *et earum personarum* contra mstos. R (cr. ∾) = *et referre opem.* V = *ut nihil horum quae.* TW = *praestet.* D = *qua* [s∾] *praestet.*

2. 𝔐 — 𝔏4. = *Propterea servos* contra mstos etiam Gr. Lips. Lipsius putat hic quaedam perdita esse, quod 𝔏 — 𝔅1. notant stellae signo. Ruhk. ci. = *superiori praeterea. At servos.*

servum = GD (p.m.) W Naz. RCD (tert. m.) H = *servus.* VT 𝔗 — 𝔅 = *servos.* VDW 𝔗 — 𝔏4. — *domino* ante *beneficium.* Cod. Hisp. + *domino suo.* Rell. etiam Pinc. Gr. Put. ∾.

DW post *non cuius status* habent verba XVII, 3. 4. omissa, *Comparari autem potest — sed quid acceperit* his mutatis: D = *aut fraudulentus.* W = *ac fraudulentis.* D = *non parentem qui diberet honoret.* W = *non parentem qui deberet honorem.* DW = *non educatores, non praeceptores.* DW — *et ex hoc ipso — percipiens.* DW = *nec quaerens de quo quot. Sed quemadmodum.* D = *parentibus amicis* om. *et.* DW = *beneficium acceperit.*

D (s∾ tert. m.) = *perclusa est virtus.* DW — *omnes admittit.* V — *omnes invitat.* T + *et ingenuos et lib. et servos et reges et exules.* CDEW + *et ingenuos et lib.* H + *et libertinos.* GV 𝔗 — 𝔅o + *et exsules.* quod RCDEHW non habent. T = *non elegit.* RG Scal. = *dominum.* CDH = *non censum.* C (m∾ praeter *enim*) DHW — *Quid enim erat — mutaret.* E — *Quid enim* — XXI, 1. *vocari ministerium.* G = *erant tuti.* RG = *repentinam.* T = *quod animus magnum.* P3. = *quid cum magnum promittent.* 𝔗 — 𝔐 = *animus magnus.* Quidam Pinc. = *animus magni.* Rell. etiam Pinc. Naz. P2. ∾. RV — *sibi* post *promitteret.* Pinc. ci. = *censu virtutem.* R = *fortuna virtutem mitteret.* G = *fortunam virtuti mitteret.* Etiam Naz. P3. Col. = *mitteret.* Grut. ci. = *inverteret.*

3. Lips. ci. + *quisquam subditus.* probat Fischerus: sed eidem magis placet omittere *miles.* H = *nec duci suo miles nec regi quisquam.* T — *suo* post *duci.* C (m∾ praeter

Quid enim interest quali quis teneatur imperio, si summo tene-
tur? Nam si seruo, quo minus in nomen meriti perueniat, ne-
cessitas obest et patiendi ultima timor, idem istuc obstabit et
ei qui regem habet et ei qui ducem, quoniam sub dispari titulo
paria in illos licent. Atqui dant regibus suis, dant imperatori- 4
bus beneficia: ergo et dominis. Potest seruus iustus esse,
potest fortis, potest magni animi: ergo et beneficium dare
potest. nam et hoc uirtutis est. Adeo quidem dominis serui
beneficia possunt dare, ut ipsos saepe beneficii sui fecerint.
Non est dubium quin seruus beneficium dare possit cuilibet:
quare ergo non et domino suo possit? **XIX.** Quia non potest,
inquit, creditor domini sui fieri, si pecuniam illi dederit. Alio-
quin cotidie dominum suum obligat: peregrinantem sequitur,
aegro ministrat et labore summo colit. Omnia tamen ista quae
alio praestante beneficia dicerentur praestante seruo ministeria
sunt. Beneficium enim id est quod quis dedit, cum illi liceret 2
et non dare. seruus autem non habet negandi potestatem: ita
non praestat, sed paret. nec id se fecisse iactat quod non fa-

nomen) — *Nam si* — *necessitas est.* DHW — *Nam si* — XIX, 3. ex. *quia servus est.* 𝔗𝔚 = *p r o v e n i t necessitas.* TC Lat. Latin. (B Pr. p. 45.) = *necessitas obst a t et patiendi.*

idem ist u c = RGV. T𝔗 — 𝔅o = *idem istu d.* C — *istuc et* — *et* ante *ei qui.* GV Col. = *quo m o d o sub dispari.* P2. 𝔗𝔚 + *quoniam q u o-m o d o sub dispari.* 𝔈1. — 𝔏4. + *quoniam q u a m q u a m sub disp.* Rell. etiam Naz. P3. ∾. T = *in illos li-c e r e t.* RGV P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔈1. = *in ill i s licent.* Cod. vet. Ermi 𝔈𝔊 = *paria ill i s licent.* probat Erm. Naz. 𝔈2. 𝔐 — 𝔅o ∾. TC = *Atqui* [C = *Atq u e*] *dant u r regibus, dan-t u r imperatoribus* om. *suis.*

potest magn i anim i = RVTC. G 𝔗 — 𝔅o = *potest magn a nim u s.*

Adeo q u i d e m dominis = V. R = *adeoq u e q u i dominis.* G = *adeo q u i dominis.* T 𝔗 — 𝔅o = *adeoq u e dominis.* T — *dare* post *possunt.* 𝔐 — 𝔏4. — *benefic i a s u a fecerint* contra mstos etiam Gr. Lips. hic tamen non damnat et explicat *beneficiarios suos:* sed vide Steph. Prood. II, 8. et ad Dalech. Ep. 9. Erm. ci. = *be-nefic i o s u o s* aut *sui i u r i s fecerint.* hoc probat Iuges. 𝔏 — 𝔅o = *Non est dubium a n* contra mstos. V = *Q u i d ergo non.* T + *domino suo n o n possit.*

Cap. XIX.

G = *Q u a r e non potest.* VCmℑu = *inqu i s.* T = *e i dederit.* 𝔈2. — 𝔅o = *Alioq u i* contra mstos. C = *d o num suum obligat.*

ministrat et labore summo colit = C P2. 𝔗 — 𝔅2. T = *ministrat et summo labore colit.* VP3. vet. cod. Dalech. = *ministrat. e u m labore summo colit.* Naz. = *ministrat u r e i u s labor e m summo colit.* Col. = *e r g o* [= C] *ministrat o r e i u s labor e m summo colit.* RG ex. Fac. et Primit. = *ministrat. e i u s labor e m summo colit.* unde Pinc. ci. 𝔅o = *ministrat, e i u s labor e m s u o t o l l i t.* C — *tamen* post *Omnia.* G = *beneficia dic e n tur.*

2. G = *Beneficium enim id e m.* C — *enim.* V = *c u i illi liceret.* R = *cum liceret illi non dare* om. *et.* V =

cere non potuit. Iam sub ista lege uincam et eo perducam ser-
3 uum, ut in multa liber sit. Interim dic mihi, si tibi ostendero aliquem seruum pro salute domini sui sine respectu sui dimicantem et confossum uolneribus, reliquias tamen sanguinis ab ipsis uitalibus fundentem et, ut ille effugiendi tempus habeat, moram sua morte quaerentem: hunc tu negabis beneficium de-
4 disse, quia seruus est? Si tibi ostendero aliquem, ut secreta domini prodat, nulla tyranni pollicitatione corruptum, nullis territum minis, nullis cruciatibus uictum auertisse quantum potuerit suspiciones quaerentis et inpendisse spiritum fidei: hunc tu
5 negabis beneficium domino dedisse, quia seruus est? Uide ne eo maius sit quo rarius est exemplum uirtutis in seruis eoque gratius quod, cum fere inuisa imperia sint et omnis necessitas grauis, commune seruitutis odium, in aliquo domini caritas uicit. Ita non ideo beneficium non est, quia a seruo profectum est: sed ideo maius, quia deterrere ab illo ne seruitus quidem potuit. XX. Errat, si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere: pars melior eius excepta est. Corpora obnoxia sunt et adscripta dominis, mens quidem sui iuris. quae adeo libera et uaga est, ut ne ab hoc quidem carcere cui inclusa est teneri queat, quo minus inpetu suo utatur et ingentia agat
2 et in infinitum comes coelestibus exeat. Corpus itaque est quod domino fortuna tradidit. Hoc emit, hoc uendit: interior illa

quod facere non potuit om. *non*. T = *quod non fecisse non potuit*. cf. Ir. III, 12, 1. *aut feci aut fecisse potui*.

Iam sub ista lege = RGTC 𝔊1. — 𝔊. V𝔛𝔅 = *Nam sub ista lege*. 𝔐 — 𝔅o = *Etiam sub ista lege*. St. Steph. Hisp. = *Iam ista ipsa lege*. T = *producam servum*. TC = *ut in multis liber sit*. Tronc. = *ut inter multa liber sit*.

3. TC — *servum* post *aliquem*. Pinc. ci. 𝔊𝔊 𝔏 — 𝔏4. = *sine respectu suae* contra mstos etiam Pinc. Gr. 𝔛 — 𝔊2. — *sui*. R (m∾) — *et confossum* — *fundentem*. C = *et confessum*. C — *reliquis* — *morte quaerentem*. T — *tamen* post *reliquias*. G = *et ut ille tempus fugiendi*. R — *est* post *quia servus*.

4. G = *ostendero aliquam*. C — *avertisse* — *spiritum fidei*. T = *beneficium domino dedisse*. V — *domino*.

5. H = *Ideo maius sit*. DW = *Ideo maius fit quo*. 𝔏 — 𝔊ro = *ne eo magis sit*. W = *quod rarius est*. W = *eo quod gratius*. Cod. Hisp. + *et commune*. VCW = *caritas vincit*. H = *caritas vincet*. D (s∾) = *caritas invenit*. C + *sed ideo maius est*. D(n.)W + *sed quia ideo maius*. VDW = *quia detrahere ab illo*. RGV𝔛 — 𝔅o = *nec servitus quidem*. CDHW = *nec servitus potuit* om. *quidem*. T ∾.

Cap. XX.

GD = *ut nec ab hoc quidem*. R = *cui incluusa est*. Cod. Hisp. = *impetu suo vehatur*. GC(s∾) D (m∾) cod. Iur. — *in* ante *infinitum*.

2. C(m∾) DH — *Corpus itaque* — *manus commodabunt*. W — *Corpus itaque* — XXI, 1. *beneficii habet*. T — *Hoc emit, hoc vendit*. V = *Hoc emit, hoc vendidit*. *At interior*. Et-

pars mancipio dari non potest. Ab hac quicquid uenit liberum est: nec enim aut nos omnia iubere possumus aut in omnia serui parere coguntur. contra rempublicam imperata non facient, nulli sceleri manus commodabunt. **XXI.** Quaedam sunt quae leges nec iubent nec uetant facere: in his seruus materiam beneficii habet. Quamdiu praestatur quod a seruo exigi solet, ministerium est: ubi plus quam quod seruo necesse est, beneficium. Ubi in adfectum amici transit, desinit uocari ministerium. Est aliquid quod dominus praestare seruo debeat, ut cibaria, ut uestiarium: nemo hoc dixit beneficium. At indulsit, 2
liberalius educauit, artes quibus erudiuntur ingenui tradidit: beneficium est. Idem e contrario fit in persona serui. Quicquid est quod seruilis officii formulam excedit, quod non ex imperio, sed ex uoluntate praestatur beneficium est: si modo tantum est, ut hoc uocari potuerit quolibet alio praestante. **XXII.** *Seruus*, ut placet Chrysippo, *perpetuus mercenarius est.* Quemadmodum ille beneficium dat, ubi plus praestat quam in quod operas locauit: sic seruus ubi beneuolentia erga domi-

iam mC 𝔗 — 𝔈1. = *vendidit.* m𝔈2. = *Hoc emit, hoc venit.* 𝔐𝔅1. 𝔅o = *Hoc emitur, hoc venditur.* Rell. etiam Gr. ∾. R = *Ab hac quicquid est.* T — *quicquid.*

nec enim aut nos omnia = RGV TmC. 𝔗 — 𝔅o = *Non enim aut nos omnia.* V — *in* ante *omnia servi.* R = *ponere coguntur.* R = *contra rem p9 imperata.* T = *imperita non facient.* V = *manus commendabunt.*

Cap. XXI.

H — *Quaedam sunt — beneficii habet.* V = *non iubent.* R = *materiam beneficium habet.*

quod a servo exigi solet = RGTC DH (CsDH + *exigi aliquo solet*). V 𝔗 — 𝔅o = *quod a servis exigi solet.* T — *quod* ante *servo necesse est.* CDW = *quam a servo necesse est.* V 𝔗 — 𝔅 — *est* post *beneficium.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. E = *quod dominus servo dare debeat.* Pinc. v. l. + *servo suo debeat.* RGV 𝔗 — 𝔊 = *ut cibarium, vestiarium.* TC (s.m.) = *ut cibaria, ut vestiaria.* H Pinc. v. l. 𝔐𝔏 𝔍u = *ut cibaria, vestiarium* om. *ut.* Naz. 𝔏4. — 𝔅o ∾. E = *nemo dixerit hoc.*

2. V + *At si indulsit.* T = *Id e contrario.* R = *Quicquit est.* W = *ex voluntate precatur.* C (m∾) DH W — *si modo* — XXII, 3. *etiam infimis cogat.* Sed in eorum locum haec substituunt: CDH = *Qui beneficium accipit quo magis eo indiget maius accipit. Magis autem* [D = *aut*] *indiget vita qui vivit quam qui privatus* [D = *natus*] *non est. An aequum tibi videtur quibus si minus debito faciunt irascimur non haberi gratiam, si plus debito solitoque fecerunt?* W = *Qui* [s.m. *Quia*] *beneficium accipit magis* [s *autem*] *indiget vita qui vivit quam qui privatus est. An aequum videtur tibi quibus si minus debito faciunt irascimur non haberi gratiam si plus debito solitoque fecerunt.* vide XXXV, 2. et XXI, 1.

Cap. XXII.

R = *mercennarius.* R = *quod operans locavit.* GVTmC Pinc. Gr. Lips. 𝔑u 𝔅2. = *quam quod operas locavit.* Ruhk. *quod* explicat per *quatenus, quando.* 𝔗𝔅 = *quam quos operis locavit.* 𝔐 = *quam ad quod operas locavit.* probat Lips. 𝔈1. — 𝔊𝔏 — 𝔏4. = *quam quod operis loca-*

num fortunae suae modum transiit et altius aliquid ausus quod etiam felicius natis decori esset et spem domini antecessit, beneficium est intra domum inuentum. An aequum tibi uidetur quibus, si minus debito faciant, irascimur non haberi gratiam,
2 si plus debito solitoque fecerint? Uis scire quando non sit beneficium? ubi dici potest, *Quid si nollet?* Ubi uero id praestitit quod nolle licuit, uoluisse laudandum est. Inter se contraria sunt beneficium et iniuria. Potest dare beneficium domino, si a domino iniuriam accipere. atqui de iniuriis dominorum in seruos qui audiat positus est, qui et saeuitiam et libidinem et in praebendis ad uictum necessariis auaritiam conpescat. Quid ergo? Beneficium dominus a seruo accipit? immo homo
3 ab homine. Denique quod in illius potestate fuit fecit: beneficium domino dedit. ne a seruo acceperis, in tua potestate est. Quis autem tantus est quem non fortuna indigere etiam infimis cogat? Multa iam beneficiorum genera referam et dissimilia et quaedam inter se contraria. Dedit aliquis domino suo uitam, dedit mortem, seruauit periturum: et hoc si parum est, pereundo seruauit. alius mortem domini adiuuit, alius decepit.
XXIII. Claudius Quadrigarius in duodeuicesimo annalium

vit. Huet. ci. = *quam quod operae locavit.* Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔙o ∾. Sed non nego me offendi Plurali *operas.* R = *benenivolentia.* T — *suae* post *fortunae.* RGVT 𝔗 — 𝔊 = *modum transit.* mC — *et altius* — *decori esset.* R = *ausus est quam etiam.*

felicius natis = RGVT. 𝔗𝔅 = *felicius nati.* 𝔈1. — 𝔅o = *felicius nato.* mC = *et speciem domini.* E — *intra domum inventum* — XXXV, 2. *accipere quam dedit.* TmC = *si minus debito faciunt.* V𝔗𝔅 = *non habenti gratiam.* mC = *solitoque fecerunt.*

2. T = *Vis scire quoniam.* mC = *tibi dici potest: quid si nolle licuit?* rell. om. R = *id praestitit quod.* 𝔗 — 𝔐 = *id praestat quod.* Rell. etiam Pall. Col. Naz. ∾. mC = *preter beneficium dare domino. si a domino ad iniuriam accipere.* V + *si a domino potest iniuriam accipere.* P2. (s.m.) 𝔗 — 𝔈4. + *si a domino iniuriam potest accipere.* Col. + *iniuriam accipere. potest confugere servus ad statuam.* mC = *a servo domini accipit.* R(s∾) — *a servo.* T — *a servo dominus accipiat.*

3. mC — *Denique.* 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *Deinde quod in illius* contra mstos. TmC = *ne a servo accipias.* mC — *autem* ante *tantus est.* TmC = *subici etiam infimis cogat.* G = *indicere etiam.* Verd. Tronc. Scal. = *etiam infirmis.*

beneficiorum genera = mss. 𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *beneficiorum exempla.* Cod. Iur. + *similia et dissimilia.* T — *quaedam* ante *inter se.* CDHW — *Dedit aliquis* — XXIII, 4. *dominum servaverit.* V + *et pereundo.* T — *domini.* G = *alius decipit.*

Cap. XXIII.

Cod. Iur. + *Gaius Cl. Quadrigarius.* 𝔗𝔅 = *in secundo vicesimo.* 𝔈1. — 𝔊 = *in secundo et vicesimo.* P3. = *in duodecimo.* Rell. etiam Pinc. Gr. Iur. ∾.

tradit, cum obsideretur Grumentum et iam ad summam despera-
tionem uentum esset, duos seruos ad hostem transfugisse et ope-
rae pretium fecisse. Deinde urbe capta passim discurrente ui-
ctore illos per nota itinera ad domum in qua serui erant prae-
cucurrisse et dominam suam ante se egisse. quaerentibus quae-
nam esset dominam et quidem crudelissimam ad supplicium ab
ipsis duci professos esse. Eductam deinde extra muros summa 2
cura celasse, donec hostilis ira consideret. deinde, ut satiatus
miles cito ad Romanos mores rediit, illos quoque ad suos redis-
se et dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrumque e uesti-
gio illa nec indignata est ab his se uitam accepisse in quos uitae
necisque potestatem habuisset. Potuit sibi hoc uel magis gratu-
lari. Aliter enim seruata munus notae et uolgaris clementiae
habuisset: sic seruata nobilis fabula et exemplum duarum ur-
bium fuit. In tanta confusione captae ciuitatis cum sibi quisque 3
consuleret, omnes ab illa praeter transfugas fugerunt. At hi,
ut ostenderent quo animo facta esset prior illa transitio, a ui-
ctoribus ad captiuam transfugerunt personam parricidarum feren-
tes. Quod in illo beneficio maximum fuit, tanti iudicauerunt,
ne domina occideretur, uideri dominam occidisse. Non est,
mihi crede, non est seruilis animi egregium factum fama scele-
ris emisse. Uettius, praetor Marsorum, ducebatur ad Roma- 4

tradit = RGV 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *tradidit.* T = *tradidit libro cum.* 𝔗 — 𝔊 + *quod cum obsideretur.* 𝔅 — 𝔊 = *obsideretur Drumentum.* 𝔐 — 𝔏4. = *obsideretur Adrumentum.* Mss. etiam Pinc. Gr. Lips. Lat. Latin. (B. P. p. 45.) Macrob. Sat. I, 11. p. 258. ed. Zeun. ∾. R(s r) = *duos sevos.* T = *ad hostes transfugisse.*

in qua servi erant = RG. VT 𝔗 — 𝔅o = *in qua servi erant.* 𝔐 = *praecurrisse* contra mstos etiam Naz. P2. Cod. Iur. = *illos ad notam domum praecucurrisse dominamque eduxisse.* probat Iuretus. VT 𝔗 — 𝔅o + *et quaerentibus.* T = *que quando aut esset.* 𝔗𝔅 = *equidem crudelissimam.* T — *ad supplicium.* G = *duci professus est.*

2. T = *hostilis cura.* 𝔗 — 𝔏4. = *ad Rom. mores cito rediit.* T = *miles ad Romanos rediit* om. *cito* et *mores.* Rell. etiam Gr. ∾. T = *illosque ad suos.* T = *ab eis se vitam accepisse.* RGV 𝔗 — 𝔈1. = *minus notae et vulgaris.* R (s∾ al. m.) — *et* ante *volgaris.* Cod. vet. Mur. — *urbium* post *duarum.* unde Mur. ci. 𝔐 = *exemplum dominarum fuit.* (*dīnarum* vel *dñarum* = *dominarum*). Scriver. ci. = *exemplum clarum fuit.* Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *exemplum Grumentinae* [𝔈 = *Gram.*] *urbis fuit.* quod cum scriptum fuisset *Grumen urbis*, factum esse *Drumen urbis*, deinde *duarum urbium.* Mss. etiam Gr. ∾.

3. R = *ad captivam fugerunt.*

mihi crede, non est servilis = T 𝔈1. — 𝔐. RGV Pinc. v. l. Gr. Lips. 𝔗𝔅 𝔊ro — 𝔅o = *mihi crede, non, dico, servilis.* sed *dico* a librario additum esse iam vidit Grut. Lips. ci. 𝔏 — 𝔏4. + *mihi crede, non est, dico, servilis.* T = *emissa.*

4. 𝔐 — 𝔅o + *C. Vettius.* Praenomen delevi, cum eius nullum in

num imperatorem. Seruus eius gladium militi ipsi a quo trahebatur eduxit et primum dominum occidit, deinde, *Tempus est,* inquit, *me et mihi consulere: iam dominum manumisi.* atque ita se uno ictu traiecit. Da mihi quemquam qui magnificentius dominum seruauerit. XXIV. Corfinium Caesar obsidebat: tenebatur inclusus Domitius. Imperauit medico eidemque seruo suo ut sibi uenenum daret. Cum tergiuersantem uideret, *Quid cunctaris,* inquit, *tamquam tua in potestate totum istud sit? mortem rogo armatus.* Tum ille promisit et medicamentum innoxium bibendum illi dedit. quo cum sopitus esset, accessit ad filium eius: *Iube,* inquit, *me adseruari, dum ex euentu intellegas an uenenum patri tuo dederim.* Uixit Domitius et seruatus a Caesare est: prior tamen illum seruus seruauerat. XXV. Bello ciuili proscriptum dominum seruus abscondit et, cum anulos eius sibi aptasset ac uestem induisset, speculatoribus occurrit nihilque se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit et deinde ceruicem porrexit. Quanti uiri est pro domino eo tempore mori uelle quo erat.rara fides dominum mori nolle? in publica crudelitate mi-

mstis esset vestigium: neque scio, qua auctoritate apud Macrobium (Sat. I, 11. p. 258. ed. Zeun.) legatur *C. Vettium Pelignum Italicensem.* Cicero (Phil. XII, 11.) eundem, ut videtur, appellat *P. Vettium Scatonem,* Eutropius (V, 3.) *T. Vettium:* apud Appianum (B. C. I, 40 et 41.) legitur Οὐέττιος Κάτων sine praenomine. R *Vetenus.* G = *Vecptenus.* V = *Aettenus.* T Col. = *Vettenius.* Quidam Pinc. P2. 3. = *Vectenus.* Naz. = *Vettenus.* 𝔗 (meum exemplar) = [*E*] *Ttenus.* 𝔅 — 𝔈2. = *Atenus.* Agric. ci. = *Atteius.* Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *Cluentius:* nam apud Macrob. l. l. quidam libri impressi idem nomen habent. RV libri Lips. 𝔗 — 𝔈1. 𝔊ro — 𝔅1. = *ad Romanum imperium.* probat Lips. et explicat *ad iussum Romanum.* G T 𝔈2. — 𝔏4. 𝔑u — 𝔅o ∾. T = *militi illi.* R = *uno iactu.*

traiecit = RGT Naz. P2. Col. P3. 𝔗𝔅 = *transierit.* V 𝔏 — 𝔅o = *transiecit.* 𝔈1. — 𝔐 = *transegit.* 𝔏 — 𝔅o = *servarit* contra mstos.

Cap. XXIV.

V = *Gurfinum Caesar.* CDHW = *Cornificium Caesar.* 𝔗 = *Corficium Caesar.* T = *eisdem servo suo.* G — *suo.* 𝔗 — 𝔈2. + *tergiversantem eum* contra mstos etiam Pinc. CDHW cod. Iur. = *mortem quaero armatus.* H = *Tunc ille prom.* W — *ille.* CDHW Put. = *medicamentum soporiferum* [D p.m. = *soporissimum*] *illi dedit.* T — *innoxium.* CDHW — *quo cum sopitus — dederim.* RG = *quod cum sopitus esset.* recte, opinor. T + *Et iube me inquit.* 𝔗 — 𝔅o = *Iube me, inquit.* RGV ∾. R = *adservare* [cr. ∾] *adversari dum.* V = *servari.* G = *dum ex ventu.* T = *dum eventu* om. *ex.* RGV 𝔗 — 𝔏𝔍u *intelligis.* TGr. 𝔏4. — 𝔅o ∾. DW = *Vixit dominus.* D = *Primo tamen illum.*

Cap. XXV.

T = *eius ei aptasset.* RGVDW 𝔗 — 𝔊 = *spiculatoribus.*

nihilque = RGVTC 𝔗𝔅. D 𝔈1. — 𝔅o = *nihil se* om. *que.* C = *concivem porrexit.* CDHW — *pro domino — crudelitate mitem.* T = *rara erat fides dominum mori velle.* V — *rara.* 𝔗 — 𝔈1. = *nolle etiam*

tem inueniri, in publica perfidia fidelem? cum praemia pro-
ditionis ingentia ostendantur, praemium fidei mortem concupi-
scere? XXVI. Nostri seculi exempla non praeteribo. Sub
Tiberio Caesare fuit accusandi frequens et paene publica rabies
quae omni ciuili bello grauius togatam ciuitatem confecit. Ex-
cipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium. nihil erat
tutum: omnis saeuiendi placebat occasio. nec iam reorum ex-
spectabatur euentus, cum esset unus. Coenabat Paulus prae-
torius in conuiuio quodam imaginem Tiberii Caesaris habens
ectypam et eminente gemma. Rem ineptissimam fecero, si nunc 2
uerba quaesiero quemadmodum dicam illum matelam sumpsis-
se. Quod factum simul et Maro ex notis illius temporis uesti-
gatoribus notauit et seruus eius, quando nectebantur insidiae,
ei ebrio anulum extraxit. et cum Maro conuiuas testaretur ad-
motam esse imaginem obscoenis et iam subscriptionem conpone-
ret: ostendit in manu sua seruus anulum. Si quis hunc seruum
uocat, et illum conuiuam uocabit. XXVII. Sub diuo Augusto
nondum hominibus uerba sua periculosa erant, iam molesta.
Rufus, uir ordinis senatorii, inter coenam optauerat, *ne Caesar
saluus rediret ex ea peregrinatione quam parabat*, et adie-

publica crudelitate. RG 𝔗 — 𝔊 = *in publica crudelitate; item inveniri.* T = *in pub. crud. Item in publica perfidia inveniri fidelem.* V = *in pub. crud. Idem inveniri* ∾ *perfidia fidem. mitem* debetur Mureto. CDHW + *et cum praemia.* D = *ostenderent.* W = *ostenderentur.* Huet. ci. = *ostendebantur.* DW + *maluit concupiscere.*

Cap. XXVI.

CDHW — *Nostri seculi* — XXVII, 1. *iam molesta.* T = *togatam urbem.* R = *placuit occasio.* T — *cum esset unus.* R = *Tyber Caesaris.* T = *Tiburtii Caesaris.* 𝔗𝔅 = *Tiberii esse habens.* R = *ex stipa et eminente.* G = *ectica et em.* V Naz. P3. = *ectipa et em.* P2. = *ettipa et em.* mP2 = *etripa et em.* T = *et trinpa et em.* Col. = *excita et em.* Cod. Delb. = *ectypa et em.* 𝔗𝔅 = *eccippa et em.* 𝔈1. — 𝔊 = *exsculptam et em.* Cod. vet. Mur. = *ectupam et em.* 𝔐 — 𝔅o ∾.

2. 𝔈2. — 𝔅o = *At servus eius* contra mstos etiam Gr.

eius, quando nectebantur = R. T = *eius, quod nectebantur.* GV Gr. 𝔗 — 𝔈1. = *eius quo neotebantur.* 𝔈2. — 𝔅o = *eius cui nectebantur* ex ci. Ermi. Putat Grut. scriptum fuisse *eius quoi:* sed ego ne in antiquissimis quidem codicibus eiusmodi scripturam reperi. G = *amolam esse imaginem.* T = *et hunc convivam.* R = *convivam vocaverit.* quod verum esse videtur.

Cap. XXVII.

V + *sed iam molesta.* T = *erant et molesta.* GTW = *Rursus vir ordinis.* H = *Bussus vir ordinis.* Dalech. ci. = *inter coenandum.* G (cr. ∾) = *inter coenam votaverat.* CHW = *ne Caesar sanus.* D = *ne sanus Caesar.* T = *quam paraverat.* D = *qua pergebat.* W

cerat *idem omnes et tauros et uitulos optare.* Fuerunt qui
illa diligenter audirent. Ut primum diluxit, seruus qui coenanti
ad pedes steterat narrat quae inter coenam ebrius dixisset et
2 hortatur, ut Caesarem occupet atque ipse se deferat. Usus
consilio descendenti Caesari occurrit et, cum *malam mentem
habuisse se pridie* iurasset, *id ut in se et in filios suos reci-
deret,* optauit et Caesarem, ut ignosceret sibi rediretque in
gratiam secum, rogauit. Cum dixisset se Caesar facere: *Ne-
mo,* inquit, *credet te mecum in gratiam redisse, nisi ali-
quid mihi donaueris,* petitque non fastidiendam a propitio sum-
3 mam et inpetrauit. Caesar ait: *Mea causa dabo operam,
ne umquam tibi irascar.* Honeste fecit Caesar, quod igno-
uit, quod liberalitatem clementiae adiecit. Quicumque hoc au-
dierit exemplum, necesse est Caesarem laudet, sed cum ser-
uum ante laudauerit. Non exspectas, ut tibi narrem manumis-
sum qui hoc fecerat. nec tamen gratis: pecuniam pro libertate
eius Caesar numerauerat. XXVIII. Post tot exempla num est
dubium, quin beneficium aliquando a seruo dominus accipiat?
Quare potius persona rem minuat quam personam res ipsa co-
honestet? Eadem omnibus principia eademque origo: nemo

= *qua peragebat.* T — *et* ante *tauros.* D = *quid inter coenam.* St. Steph. = *ad pedes steterat et audierat quae inter* etc. *narrat.*

et hortatur = TCDHW Naz. RGV 𝔗 — 𝔚o — *et.* 𝔗 — 𝔐 + *hortatur eum ut* contra mstos etiam Gr.

2. CH Trist. = *discedenti Caesari.*

et in filios = RGVT. 𝔗 — 𝔚o — *in.* D = *recidere.* H — *reciderel.* CDHW — *secum.* CH = *Cum diceret se Caesar.* DW = *Cum Caesar diceret se.* CH = *Nemo inquit credet hoc nisi nihil* [H = *mihi*] *aliquid dederis.* DW = *Nemo inquit credet hoc nisi aliquid dederis* [D p.m. = *dederit*] *mihi.* Etiam Pl. = *Nemo inquit credet hoc nisi* etc. probat Grut. 𝔏4. = *Nemo, inquit, credet hoc, nisi* ∾ rell. om. 𝔊ro = *crederet.* T Grut. ci. = *petiitque.* H = *petiit* om. *que.* CDW + *etiam a propitio.* H + *et a propitio.* 𝔗𝔚 = *non faciendam at propitio.* 𝔊l. 2. = *non fastid. et propitio.* T = *etiam a propitio fastidiendo summam.* Rell. etiam Pinc. ∾.

3. *Honeste fecit Caesar* = RGVT CDHW Pinc. Gr. Hisp. St. Steph. 𝔗 — 𝔚o — *fecit.*

audierit = RGVTCD. 𝔗 — 𝔚o = *audiverit.* T + *necesse est ut.* T = *sed conservum.*

Non exspectas = RGVT 𝔗 — 𝔐. 𝔏 — 𝔚o = *Num exspectas.* CDHW — *Non exspectas — numeraverat.* T = *pro eius liberalitate.* G(s∾) — *eius.*

Cap. XXVIII.

num dubium est = G (s.m.) Naz. Mod. (Ep. 85.). G(p.m.) = *unum dubium est.* 𝔏 — 𝔚o = *num est dubium.* 𝔗 — 𝔚o = *non est dubium.* RVT = *non dubium est.* CDHW = *Post tot exempla constat beneficium domino dari a* [DW — *a*] *servo. neque persona rem minuit.* reliqua omittunt usque ad verbum *cohonestet.* G = *Eadem omnibus primaria.* TCDH Put. = *eadem origo* om. *que.*

altero nobilior, nisi cui rectius ingenium et artibus bonis aptius. Qui imagines in atrio exponunt et nomina familiae suae longo ordine ac multis stemmatum inligata flexuris in parte prima aedium collocant: non noti magis quam nobiles sunt? Unus 2
omnium parens mundus est: siue per splendidos siue per sordidos gradus ad hunc prima cuiusque origo perducitur. Non est quod te isti decipiant qui, cum maiores suos recensent, ubicumque nomen inlustre fuit, illo deum fingunt. Neminem despexeris, etiam si circa illum obsoleta sunt nomina et parum indulgente adiuta fortuna, siue libertini ante uos habentur siue serui siue exterarum gentium homines. Erigite audacter animos et 3
quicquid in medio sordidi iacet transilite: exspectat uos in summo magna nobilitas. Quid superbia in tantam uanitatem adtollimur, ut beneficia a seruis indignemur accipere et sortem eo-

CDHW + *nobilior est*. CDHW — *Qui imagines* — § 3. *obliti meritorum*. V = *ac multis scemmatum*. 𝔗𝔅 = *ac multis strictinatum*. Pinc. v. l. = *in parte summa aedium*. G = *in prima parte odium*. Rell. etiam Gr. ∾.

non noti magis quam nobiles? = RGV Naz. Col. duo Pall. (2. 3.) 𝔗𝔅. sed interrogationis notam ipse addidi. cf. Drkb. ad Liv. IV, 4, 5. T 𝔊1. — 𝔅o — *non* et? Cod. Hisp. = *annon magis*.

2. T — *origo*. Quidam codd. Ermi 𝔊2. — 𝔐 — *qui* ante *cum maiores* contra mstos etiam Gr. Lips. G = *maiores suos recessent*. 𝔗𝔅 = *recenset*. T = *recensissent*.

ubicumque nomen inlustre fuit, illo deum fingunt. Ita scribendum videbatur excussis codicum scripturis. R Col. = *ubicumque nomen illustre fecit illo deum fugiunt*. GV = *ubicunque nomen illustre fecit illo dm̃* [i. e. *dominum*] *fugiunt* (V = *fingunt*). T = *ubicunque nomen illustre fuit* [m Naz. =] *illo demum fugiunt*. Naz. = *ubicunque nomen illustre fecit illo deum fulgiunt* (al. m. *fulciunt*). P2. cod. Lips. = *ubic. nomen illustre fecit illo dominium* [cod. Lips. = *dominia*] *fingunt*. P3. = *ubic. nomen illustre fecit illo dominum fingunt*. Ex quoddam Pinc. = *fingunt*, unde Pinc. ci. = *ubic. nomen illustre fecit, illud domi pingunt*. 𝔗 — 𝔊1. = *ubic. fecit nomen illustre illo domini fugiunt* (m 𝔊1. = *fingunt*). 𝔊2. = *Ubicunque fecit nomen illustre, ilico deum fingunt*. Erm. Nonnulli, inquit, sic habebant, *illo dominum fugiant* [*fugiunt?*]. Alii, *illo deum fugiunt*. Rursus alii, *dominum fingunt*. Ex his divinare licet fuisse scriptum, *Ubi quenque nomen fecit illustrem ilico deum fingunt*. Nec displicet *ubicunque*, si legas *illustrem*, nec *illustre* displicet, si subaudias *aliquis*. Nisi forte pro *fecit* legendum est *stetit*. 𝔊𝔊 = *ubicunque fulsit* [= ci. Agric. atque idem legit Lat. Latin. B. P. p. 45.] *nomen illustre, illico deum fingunt*. 𝔐 — 𝔏4. = *ubicunque defecit nomen illustre, illico deum fingunt*. 𝔊ro — 𝔅o = *ubicunque illustre nomen defecit, illo deum infulciunt* ex ci. Salmas. quam Gron. vocat verissimam. Lips. ci. = *ubicunque nomen illustre defecit, in loco Deum fingunt* aut *Deum fulciunt*. G = *etiamsi citra illum oblecta* (m∾). T = *absoleta*. 𝔗 = *obseta*. 𝔅 = *obsita*. R = *parum indulgenter*. G = *parum indulgencie*. T = *parum adiuta indulgente fort*. 𝔗𝔅 = *adiuncta fortuna*. RG = *ante vos habent*.

3. V = *expcctat nos*. T = *a servis dignemur*.

rum spectemus obliti meritorum? Seruum tu quemquam uocas
libidinis et gulae seruus et adulterae, immo adulterarum com-
4 mune mancipium? Seruum uocas quemquam tu? Quo tandem
ab istis gerulis raperis cubile istud tuum circumferentibus? quo
te penulati isti in militum et quidem non uolgarem cultum sub-
ornati? quo, inquam, te isti efferunt? ad ostium alicuius ostia-
rii, ad hortos alicuius ne ordinarium quidem habentis officium.
5 Et deinde negas tibi a seruo tuo beneficium dari posse cui oscu-
lum alieni serui beneficium est. Quae est tanta animi discor-
dia? eodem tempore seruos despicis et colis, imperiosus intra
limen atque inpotens, humilis foris et tam contemptus quam con-
temnens. Neque enim ulli magis abiciunt animos quam qui in-
probe tollunt nullique ad calcandos alios paratiores quam qui con-
tumelias facere accipiendo didicerunt. XXIX. Dicenda haec
fuerunt ad contundendam insolentiam hominum ex fortuna pen-
dentium uindicandumque ius beneficii dandi seruis, ut filiis quo-
que uindicaretur. Quaeritur enim an aliquando liberi maiora
beneficia dare parentibus suis possint quam acceperint. Illud
conceditur multos filios maiores potentioresque exstitisse quam
2 parentes suos. aeque et illud meliores fuisse. Quod si constat,

RGT Naz. P3. Col. = *exspectemus*. Grut. ci. = *despectemus* aut certe *aspectemus*. 𝔐 = *spectamus*. CH = *Servum quis quemquam vocat?* DW = *Servus quis quemquam vocat?* V = *ac gulae*. G — *servus* post *gulae*. C — *adulterae* (sed sp. vac. relictum). CDHW — *Servum vocas* — § 4. *Et deinde*.

4. RG — *isti* post *penulati*. RGV𝔗 — 𝔊 — *et* ante *quidem*. G = *cultu subornati*. Lips. (Electt. I, 25.) ci. = *quo te isti ferunt* contra mstos etiam Gr. RGVT𝔗 — 𝔈1. = *hostium* et *hostiarii*. RGV𝔗 = *ad ortos alicuius*. G = *neo ordinarium quidem*. D = *alieni servuli offitium* (m = *osculum*). W = *alieni servi officium*.

5. V = *animi tanta discordia*. H = *tanti animi disc*. T — *tanta*. CH cod. Iur. = *eadem hora servos desp*. DW = *eosdem servos desp*. G = *servo despicis*. R = *inperiosus*. 𝔗𝔅 = *Imperiosos*. T𝔗𝔅 = *inter limen*. Cod. Iur. = *intus limen*. C = *intro limen*. D = *intra lumen*. CDHW quidam Pinc. — *et* ante *tam contemptus*. T = *et tam contempnens quam contempnis*. D = *quam contempnes*. R = *quam cuntempnis*. G𝔗 — 𝔈2. = *quam contemnis*. Rell. etiam quidam Pinc. ∾. C(m∾ partim) DHW — *Neque enim* — XXIX, 2. *nisi coepisset*. R = *Neque enim illi*. T = *obiciunt*. mC + *sunt paratiores*.

Cap. XXIX.

mC — *Dicenda haec* — *vindicaretur*. G(m∾) = *ad constituendam insolentiam*. T = *ad contudendam*. R = *iudicandumque*. T = *ros beneficii*.

dandi servis, ut filiis = 𝔏4. R = *dandi servis aut filiis*. GT + *dandi servis, ut a filiis*. V = *dandi servis aut a filiis*. 𝔗𝔅 = *dandi a servis et a filiis*. 𝔈1. — 𝔅o = (exc. 𝔏4.) + *dandi a servis, ut a filiis*. RGVT = *vindicarentur*. Pinc. v. l. = *Istud conceditur*. T — *suos* post *parentes*. 𝔗𝔅 = *eoque illud meliores*. 𝔈1.2. = *eoque illis meliores*. 𝔑 = *aeque et illos meliores*. P3. = *aeque illud conceditur meliores*. 𝔐 = *aeque illud mel*. om. *et*. Rell. etiam vet. Ermi Gr. ∾.

potest fieri ut meliora tribuerint, cum et fortuna illis maior es-
set et melior uoluntas. Quicquid, inquit, est quod det patri fi-
lius utique minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri
debet. Ita numquam beneficio uincitur cuius beneficium est
ipsum, quod uincitur. Primum quaedam initium ab aliis tra-
hunt et tamen initiis suis maiora sunt. Nec ideo aliquid non
est maius eo quo coepit, quia non potuisset in tantum procede-
re, nisi coepisset. Nulla non res principia sua magno gradu 3
transit. Semina omnium rerum causae sunt et tamen minimae
partes sunt eorum quae gignunt. Adspice Rhenum, adspice
Euphraten, omnes denique inclitos amnes: quid sunt, si illos
illic unde effluunt aestimes? Quicquid est quo timentur, quo
nominantur in processu parauerunt. Tolle radicem, nemora
non surgent nec tanti montes uestientur. Adspice trabes, siue 4
proceritatem aestimes, altissimas, siue crassitudinem spatium-
que ramorum, latissime fusas: quantulum est his conparatum
illud quod radix tenui fibra conplectitur? Innituntur fundamen-
tis suis templa et illa urbis moenia: tamen quae in firmamentum
totius operis iacta sunt latent. Idem in ceteris euenit: princi-
pia sua semper sequens magnitudo obruet. Non potuissem quic- 5
quam consequi, nisi parentum beneficium antecessisset: sed non

2. G(s∾) — *et* ante *fortuna*. T = *cum a fortuna*. mCGrut. ci. = *Quicquid inquis*.

quod det patri = RGVT𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *quod dat patri*. VmC — *utique*. T = *minus est utique*. mR = *pater ei debet*. 𝔏 — 𝔅o + *beneficio eius vincitur cuius* contra mstos. P2. — *cuius beneficium* — *vincitur*. 𝔗 — 𝔊 = *ipsum quod vincit* contra mstos etiam Pinc. Gr. VT𝔗 — 𝔈2. = *maius eo quod coepit*. Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅1. + *maius eo a quo coepit*. Rell. etiam ex. Fac. et Primit. Gr. ∾. V = *potuisset interim procedere*. TmC — *in tantum*.

3. C = *Non nulla res*. DW — *non*. TDW — *gradu*. R = *transsit*.

causae sunt = mss. 𝔗. — 𝔈2. 𝔊 — 𝔅o = *causa sunt*.

Euphraten = R𝔗. GVT𝔅 — 𝔅o = *Euphratem* (*Euphratẽ*). C(m∾) DHW — *omnes denique* — *aestimes*. 𝔐 = *in ditos amnes*. mC = *molitos annos*. W = *quo timetur*. R(cr.∾) = *quo nominentur*. CDHW — *Tolle radicem* — § *conplectitur*. T = *Tolle iudicem*.

4. m𝔍u = *Adspice arbores*. G = *sive crassitudines*. 𝔗𝔅 = *spatiumque rivorum*. R = *quantum est his conparatum*. T = *quantulum est istua his comparatum quod*. CDHW — *suis* ante *templa*. T Naz. — *moenia*. CDHW — *illa urbis moenia: tamen*. Grut. ci. = *et alia urbis: tamen*. nam *illa* ei semper suspectum fuerat. Rell. etiam Gr. ∾. 𝔗 — 𝔈2. = *tantum quae in firm*. T — *tamen*. Rell. etiam Pinc. ∾. T = *quae in fundamentum*. DW = *quae in fundamento*. CDHW = *iacta sunt patent*. CDHW + *Idem in ceteris principiis*. RGT = *praecipua sua*. T — *semper*. R = *frequens magnitudo*.

obruet = RG(s.m.) TCDHW Hisp. Scal. Verd. Tronc. 𝔗 — 𝔈1. G(p.m.) = *magnitudo eruet*. 𝔈2. — 𝔅o = *obruit*.

5. T = *antececisset*.

ideo quicquid consecutus sum minus est eo sine quo consecutus non essem. Nisi me nutrix aluisset infantem, nihil eorum quae consilio ac manu gero facere potuissem nec in hanc emergere nominis claritatem quam ciuili ac militari industria merui: numquid tamen ideo maximis operibus praeferes nutricis officium? aut quicquam interest, cum aeque sine patris beneficio quam sine nutricis non potueris ad ulteriora procedere? XXX. Quod si initio meo quicquid iam possum debeo: cogita non esse initium mei patrem nec auum quidem. Semper enim erit ulterius aliquid ex quo originis proximae origo descendat. Atqui nemo dicet me plus debere ignotis et ultra memoriam positis maioribus quam patri: plus autem debeo, si hoc ipsum quod genuit me pater meus maioribus debet.
2 Quicquid praestiti patri, etiam si magnum est, infra aestimationem paterni muneris est, quia non essem, si non genuisset. Isto modo, etiam si quis patrem meum aegrum ac moriturum sanauerit, nihil praestare ei potero quod non beneficio eius minus sit: non enim genuisset me pater, nisi sanatus esset. Sed uide ne illud uerius sit aestimari an id quod potui et id quod feci meum sit, mearum ui-

CDHW — *Nisi me nutrix — ad ulteriora procedere.* V = *operibus praefers.* T = *operibus praeferam.*

aut quicquam interest = R. G = *at quicquid interest.* VT𝔗 — 𝔅o = *At quid interest.* T = *cum certe sine patris.* 𝔗 — 𝔊𝔐u — 𝔅o + *quam sine nutricis fomento* contra mstos etiam Pinc. Gr. Ruhk. abiecta hac voce mancam esse orationem dicit. St. Steph. = *sine patris quam sine nutricis beneficio.* Pinc. ci. 𝔐 = *cum aeque sine nutricis beneficio quam sine patris.*

non potueris. ita emendavi scripturam RG *non potuerit.* Dal. = *nemo potuerit.* VT𝔗 — 𝔅o = *non potuerim.*

Cap. XXX.

DW = *Quid si initio.* D = *quicquid iam possem cogitem.* W — *iam et — debeo.* HW = *cogitem non esse initium.*

nec avum quidem = RGVC𝔗 — 𝔈1. DW = *non avum qu.* T = *nec annum quidem.* 𝔈2. — 𝔅o = *ne avum qu.* G(cr. ∾) = *Sepe enim erit.* R — *erit.* D(s∾.) W = *ex initio originis.* H = *originis primae.* CDW = *descendit.* R hic habet duas lineas erasas.

dicet me plus = Pinc. v. l. Naz. 𝔊ro — 𝔅o. 𝔗𝔅 = *Atque nemo dicit plus* om. *me.* 𝔈1. — 𝔐 = *Atqui nemo dicitur plus.* Rell. etiam Gr. 𝔏 — 𝔏4. = *nemo dicit me plus.* T — *debere.* T — *meus* post *pater.* VT𝔗 — 𝔏𝔍u + *maioribus suis.* C(s∾) DHW = *prioribus debet.* Rell. etiam ex. Fac. et Primit. Naz. P3. Hisp. Scal. ∾. Pinc. ci. 𝔖𝔊 = *debeo.*

2. CDHW — *Quicquid — si non genuisset.* R(s∾) = *praesti patri.* V — *est* post *muneris.* V = *quod non esset si non.* D(s∾) W = *aegrum aut mortuum.* D = *nil ei praestare.*

nisi sanutus esset = RGV. T = *ni natus esset.* CDmW ex. Francisc. ex. d. Mariae + *nisi beneficio eius sanatus esset.* Gr. 𝔗 — 𝔈2. = *nisi natus esset.* m𝔈2. 𝔖 — 𝔅o = *ni sanatus esset.* C(m∾) DHW — *Sed vide ne — § 3. communem materiam.* G(cr. ∾) VTmC omnia exx. Pinc. Gr. 𝔗 — 𝔈2. = *quod potuit et id quod fecit.* R Pinc. ci. 𝔖 — 𝔅o ∾.

rium, meae noluntatis. Illud quod natus sum per se intuere 3
quale sit: animaduertis exiguum et incertum et boni malique communem materiam, sine dubio primum ad omnia gradum, sed non ideo maiorem omnibus, quia primus est. Seruaui patrem et ad summam prouexi dignitatem et principem urbis suae feci. nec tantum rebus a me gestis nobilitaui, sed ipsi quoque gerendarum ingentem ac facilem nec tutam minus quam gloriosam dedi materiam. honores, opes, quicquid humanos ad se animos 4
rapit congessi: et cum supra omnes starem, infra illum steti. Dic nunc, Hoc ipsum, quod ista potuisti, patris munus est. Respondebo tibi, Est prorsus, si ad ista facienda nasci satis est, sed si ad bene uiuendum minima portio est uiuere et id tribuisti quod cum feris mihi et animalibus quibusdam minimis, quibusdam etiam foedissimis commune est: noli tibi adserere quod non 5
ex tuis beneficiis, etiam sine tuis oritur. Puta me uitam pro uita reddidisse. Sic quoque munus tuum uici, cum ego dederim sentienti, cum sentiens me dare, cum uitam tibi non uoluptatis meae causa aut certe per uoluptatem dederim: cum tanto maius sit retinere spiritum quam accipere quanto leuius mori ante mor-

3. Pinc. ci. = *prorsus intuere.* *animadvertis* = RGVT𝔗 — 𝔐. 𝔏 — 𝔅o = *animadvertes.* T = *mali communem* om. *que.* RGVTCDW𝔗 — 𝔈1. = *ad omnia gratum.* T = *sed non ideo est maiore omnibus.* V = *sed animo ideo maius omnibus.* CDHW vett. codd. Pinc. = *sed non ideo maius est omnibus.* Rell. etiam Gr. ∾.

quia primus est = Naz. (p.m.). St. Steph. Hisp. = *quia primus* om. *est.* GVTCDHW Pinc. Gr. (etiam Naz. s.m.) 𝔗 — 𝔈1. = *quia primum est.* R = *quia est primum.* 𝔈2. — 𝔅o = *quia primum* om. *est.* CDHW — *Servavi patrem* — § 4. *nasci satis est.* RG 𝔗 — 𝔈1. + *patrem meum.* R = *gerendarum.*

4. 𝔗 — 𝔈2. = *quicquid humanus ad se animus* contra mstos etiam Pinc. T — *quod* ante *ista potuisti.* 𝔗 — 𝔈2. = *Respondebo tibi et prorsus* contra mstos etiam Pinc. Quidam codd. Pinc. = *sed si ad bene faciendum.* Col. — *si.* P3. — *ad.* Rell. etiam Gr. ∾. V — *cum* ante *feris.* CDW = *et id quod tribuisti quod confers mihi et.* H = *et id contribuisti quod confers mihi cum animalibus.* T — *quibusdam* ante *etiam.*

5. W(m∾) = *noli tibi afferre.* DW — *non* ante *ex tuis beneficiis.*

etiam sine tuis = RGCD Naz. Col. P3. docet Seneca vitam non parentum esse beneficium, sed numinis: quod iam perspexit Grut. H = *et sine tuis.* VTsC P2. cod. Lips. 𝔗 — 𝔈2. + *sed etiam sine tuis.* Pinc. v. l. WP1. 𝔊 — 𝔅o + *etiam si non sine tuis.* 𝔈 + *etiam si sine tuis.* Lips. ci. = *sed et non sine tuis.* DW = *oriatur.* C(m∾) DHW — *Puta me* — XXXI, 2. *ratum facerent.* 𝔗𝔅 = *dederim sitienti.*

cum sentiens me dare = Naz. 𝔊ro — 𝔅o. RGP2. 𝔗𝔅 = *con sentiens me dare.* P3. = *con sentiens me darem.* V = *consenties me dare.* T mC = *consentirem me dare.* 𝔈1. — 𝔏4. — *cum.* Zinzerlingus (Promuls. c. 22.) ci. = *cum maxime sentiens me dare vel cum maxime sentiens* om. *me dare.* 𝔈1.2. — *certe.* V = *pro voluptate dederim.*

tis metum. XXXI. Ego uitam dedi statim illa usuro: tu nescituro an uiueret. ego uitam dedi mortem timenti: tu uitam dedisti, ut mori possem. ego uitam tibi dedi consummatam, perfectam: tu me expertem rationis genuisti, onus alienum. Uis scire quam non sit magnum beneficium uitam sic dare? ex-
2 posuisses: nempe iniuria erat genuisse. Quo quidem colligo minimum esse beneficium patris matrisque concubitum, nisi accesserint alia quae prosequerentur hoc initium muneris et aliis officiis ratum facerent. Non est bonum uiuere, sed bene uiuere. At bene uiuo, sed potui et male: ita hoc tantum est tuum,
3 quod uiuo. Si uitam inputas mihi per se, nudam, egentem consilii et id ut magnum bonum iactas: cogita te mihi inputare muscarum ac uermium bonum. Deinde ut nihil aliud dicam quam bonis artibus me studuisse, ut cursum ad rectum iter uitae dirigerem: in ipso beneficio tuo maius quam quod dederas recepisti. Tu enim me mihi rudem et inperitum dedisti: ego tibi filium qualem genuisse gauderes. XXXII. Aluit me pater. Si idem praesto, plus reddo, quia non tantum ali se, sed a filio ali gaudet et maiorem ex animo meo quam ex ipsa re percipit

Cap. XXXI.

T — *Ego vitam — an viveret.* G = *ill ā usuro.*

viveret = RGV Gr. 𝔗 — 𝔈1. 𝔑u — 𝔅o. 𝔈2. — 𝔅1. = *viverem.* mC = *nescit or ita vivere.*

exposuisses: nempe = Naz. Pinc. ci. 𝔊ro — 𝔅o. RG Pinc. Col. Scal. = *exposuisse est nempe.* P3. = *exposuisse nempe.* VT P2. 𝔈1.—𝔏4. + *si exposuisses, nempe.* 𝔗𝔅 = *si exposuissem, nempe.*

2. RG = *Quicquid colligo.* Cogitabam aliquando de hac scriptura recipienda: at proxima erant mutanda scribendo *beneficium est* et *concubitus.* mC = *quidem conlegio.* R = *quae per sequerentur.* D — *sed bene vivere.* 𝔗 — 𝔈2. = *Ita tamen hoc est* contra mstos etiam Pinc.

3. 𝔗 = *Sed vitam* et — *mihi.* D — *iactas — vitae dirigerem.* mD haec ita supplet: *iactas cogita te imputare mihi inusitatum ac summum bonum.* W = *ut magnum bonum imputas.* CDHW P1. — *Deinde ut — vitae dirigerem.* T — *me* ante *studuisse.* T = *ac rectum.* T = *iter vitae duxissem.* 𝔗𝔅 = *dirigentem.* 𝔈1. = *dirigere.* 𝔈1. — 𝔊 — *in* ante *ipso beneficio* contra mstos etiam Pinc. CD HW P1. quidam Pinc. + *Si bene vivo in ipso beneficio.* 𝔐 = *Si bene vivo, ipso beneficio.* Rell. etiam Gr. ∾. H = *maius quam dedisti.* CDW quidam Pinc. — *quod* ante *dederas.* 𝔗𝔅 = *quam quod delectat.* CDH W — *me* ante *mihi.* RVT — *et* ante *inperitum.* ut haec vox possit suspecta esse.

Cap. XXXII.

C(m∾ praeter *Aluit*) DHW — *Aluit me — pervenerunt.* G = *Aliud me patri.* RG𝔗 — 𝔈2. = *quia* [*non tantum aluisse, sed.* T = *quia non tantum ab se sed.* Vetustus cod. Ermi (idem profecto, quem alibi vetustissimum dicit) Naz. = *quia non tantum alisse sed.* alius addidit *u.* Hoc loco potissimum adducor, ut vetustissimum illum Ermi codicem eundem fuisse arbitrer atque Nazarianum: in aliis quoque ille quamvis rarius laudatus consentit cum hoc. VP2. ci. Agric. 𝔊 —

uoluptatem. Illius alimenta ad corpus tantum meum peruenenerunt. Quid si quis in tantum processit, ut aut eloquentia per gentes notesceret aut iustitia aut bellicis rebus et patri quoque ingentem circumfunderet famam tenebrasque natalium suorum clara luce discuteret: non inaestimabile in parentes suos beneficium contulit? An quisquam Aristonem et Gryllum nisi pro- 2
pter Xenophontem ac Platonem filios nosset? Sophroniscum Socrates exspirare non patitur. Ceteros enumerare longum est qui durant ob nullam aliam causam, quam quod illos liberorum eximia uirtus tradidit posteris. Utrum maius beneficium dedit M. Agrippae pater ne post Agrippam quidem notus, an patri dedit Agrippa nauali corona insignis unicum adeptus inter dona militaria decus? qui tot in urbe maxima opera excitauit, quae 3
et priorem magnificentiam uincerent et nulla postea uincerentur? Utrum Octauius maius ullum beneficium dedit filio an patri diuus Augustus, quamuis illum umbra adoptiui patris abscondit? Quantam cepisset uoluptatem, si illum post debellata arma ciuilia uidisset securae paci praesidentem non adgnoscens bonum suum nec satis credens, quotiens respexisset ad se, potuisse illum uirum in domo sua nasci? Quid nunc ceteros persequar 4
quos iam consumpsisset obliuio, nisi illos filiorum gloria e tenebris eruisset et adhuc in luce retineret? Deinde cum quaeramus non quis filius patri maiora beneficia reddiderit quam a

𝔅o ∾. RCH = *Quod si quis.* D = *Quod si aliquis.* W = *qui si quis.*

notesceret = RGVTCDHW𝔗 — — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *enolesceret.* St. Steph. Hisp. Scal. Tronc. = *innolesceret.* H — *non* ante *inaestimabile.*

2. R = *et Crillum.* GC = *et Orillum.* D = *et Orilium.* V = et *Cirillum* T = *et Cyrillum.* D = *et Orion.* R = *propter Xenofonte aut Pl.* T = *Ienophontem.* V = *et Platonem.* G(n.) + *filios suos noscet.* C (m∾ partim) DHW — *Sophronis cum* — § 4. *congesta superabunt.* G = *Sophronicum.* V = *Sofoniscum.* mC = *latitare non patitur.* mC addit ex XXXIV, 2. verba *si quis sapientiam consecutus* — *quod institutis liberalibus profeci.*

qui durant = RGV. T = *qui durauit.* 𝔗𝔅 = *qui dum ob nullam.* 𝔈1. — 𝔅o = *qui uiuunt ob nullam.* V — *dedit* ante *M. Agrippae.* T = *M. Agrippus patri ne primo Agrippa.* Grut. deletum voluit *dedit* post *an patri.*

3. R = *priorem magnitudinem.* T — *ullum* ante *beneficium.* T = *an pater divus.* R = *divus Aug˜.* T = *abscondat.* 𝔗 — 𝔈2. = *Quantam accepisset voluptatem* contra mstos etiam Piuc. T = *primo debellata.*

4. RV𝔗 — 𝔈1. = *prosequar.* GT = *gloria et tenebris.* R = *gloria a tenebris eripuisset.*

Deinde cum quaeramus non quis = GGr. ℜu — 𝔅o. probat Gron. RT Erf. = ∾ *num quis.* V = *Deinde conquiramus num quid filius.* 𝔗 — 𝔈1. = *Deinde quaeramus num quid filius.* 𝔈2. = *Deinde non quaeramus num quid.* Vet. cod. Ermi·𝔈 — 𝔅1. = *Deinde non quaerimus num quis.* R — *beneficia* ante *reddi-*

patre acceperat, sed an possit aliquis maiora reddere: etiam si
quae retuli exempla nondum satisfaciunt nec beneficia parentum
suorum superuincunt, capit tamen hoc natura quod nondum ulla
aetas tulit. Si singula paternorum meritorum magnitudinem
exsuperare non possunt, plura in unum congesta superabunt.
XXXIII. Seruauit in proelio patrem Scipio et praetextatus in
hostes equum concitauit: parum est, quod ut perueniret ad pa-
trem tot pericula maximos duces cum maxime prementia con-
tempsit, tot obpositas difficultates, quod ad primam pugnam exi-
turus tiro per ueteranorum corpora cucurrit, quod annos suos
2 **transiliuit. Adice ut idem patrem reum defendat et conspiratio-**
ni inimicorum potentium eripiat, ut alterum illi consulatum ac
tertium aliosque honores etiam consularibus concupiscendos con-
gerat, ut pauperi raptas belli iure opes tradat et, quod est mi-
litaribus uiris speciosissimum, diuitem illum spoliis etiam hosti-
3 **libus faciat. Si adhuc parum est, adice ut prouincias et ex-**
traordinaria imperia continuet. adice ut dirutis maximis urbi-
bus Romani imperii sine aemulo ad ortus occasusque uenturi de-
fensor et conditor maiorem nobilitatem nobili uiro adiciat. Dic
Scipionis patrem: dubium est, quin generandi uolgare benefi-

derit. R — *quam a patre* — *maiora reddere.* T = *acceperit.* T = *satisficiunt.*

supervincunt = V. R(p.m.) = *superinciunt.* R (s.m.) G Naz. P3. codd. Lips. = *superiniciunt.* P2. = *s'riniliunt.* Col. = *s'rinilium.* Salmas. (Exercc. Plin. p. 714. a. F.) ci. = *superiaciunt.* idem laudat ex hoc loco Gron. ad Liv. X, 30, 3. T = *parentum subter* [spat. vac.] *capit tamen.* 𝔗—𝔅o = *supermicant.* hoc certe non melioris est Latinitatis quam illud *supervincunt,* quod legitur etiam apud Tertull. adv. Gnost. c. 13. T + *Quodsi singula.*

Cap. XXXIII.

𝔗 — 𝔊1. = *Servavit in bello matrem.* 𝔊2.(m∾) — 𝔐 = *in bello patrem* contra mstos etiam Gr. Delb. R(cr.∾) = *praetaxtatus.* D = *praetaxatus.* W = *praestatus.* 𝔗𝔅 = *praetestatus.* T = *equum in hostẽ.* RGV 𝔗 — 𝔊 = *concitat.* de quo vide. Pinc. v. l. + *tot eum cum maxime prementia.* Cod. Iur. + *tot maximos duces tela cum maxime prementia.* 𝔊𝔊 + *tot cum maxime prementia.* 𝔐 + *tot maximos duces.* Rell. etiam Gr. ∾. T = *tum maxime.* CDHW — *cum maxime* — *contempsit.* T = *ad primam aciem.* D = *a prima aetate.* W = *prima aetate.* CH — *pugnam.* G = *per teranorum corpora.*

2. CDHW = *ut ille patrem.* CDHW — *consularibus.* 𝔗𝔅 = *raptus belli iure.* G)s∾) — *iure.* CD = *iure belli.* D(s∾) W = *opes tradidit.* V — *divitem.* TD(m∾) W = *etiam hostibus.* V = *hostilibus saciet.*

3. H — *imperia.* R(su) = *continet:* D = *continuit.* sD = *contineat.* V TD𝔗𝔅 = *diruptis.* D(n.) W + *turribus vel urbibus.* CW — *venturi.* D(s *que*) H — *que venturi.* CD(m∾) HWP1. — *Dic Scipionis patrem.* Naz. = *Dici Scip. p.* CH𝔗 — 𝔏4. 𝔚1. + *haud dubium est.* P2. + *aut dubium est.* DWP1. + *at dubium est.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. CDHW = *quin patris sui beneficium generandi* (W

cium uicerit eximia pietas et uirtus ipsi urbi nescio utrum maius
praesidium adferens an decus? XXXIV. Deinde, si hoc pa-
rum est, finge aliquem tormenta patris discussisse, finge in se
transtulisse. Licet tibi in quantum uelis extendere beneficia fi-
lii, cum paternum munus et simplex sit et facile. Sed danti uo-
luntarium. Quod necesse est ille multis dederit, etiam quibus
dedisse se nescit? in quo consortem habet, in quo spectauit le-
gem patriam, praemia patrum, domus ac familiae perpetuita-
tem, omnia potius quam eum cui dabat? Quid si quis sapien- 2
tiam consecutus hanc patri tradiderit, etiamnunc disputabimus
an maius aliquid dederit quam acceperat, cum uitam beatam pa-
tri reddiderit, acceperit tantum uitam? Sed patris, inquit, be-
neficium est quicquid facis, quicquid praestare illi potes. Et
praeceptoris mei, quod institutis liberalibus profeci. Ipsos ta- 3
men qui tradiderunt illa transcendimus, utique eos qui prima
elementa docuerunt. Et quamuis sine illis nemo quicquam ad-
sequi posset, non tamen quantumcumque quis adsecutus est in-
fra illos est. Multum inter prima ac maxima interest. nec ideo
prima maximorum instar sunt, quia sine primis maxima esse

= *grandi*). RG Naz. Col. = *vicerat.* P3. = *vincat.* Grut. hunc locum suspectum habet. T — *utrum.*

Cap. XXXIV.

CDHW — *Deinde* — § 2. *tantum vitam.* V = *aliqua tormenta.* T = *Licet enim quantum velis.*

Sed danti voluntarium. Quod necesse est ille multis dederit = RG VT Pinc. Gr. (Naz. p.m. = *dandi*) Erf. Sed interrogandi notam hic et in proximis ipse adieci. Verba *Sed danti voluntarium* sunt adversarii, quibus alibi Seneca inserere solet *inquit.* respondet hac sententia: *Num voluntarium est beneficium, quod necesse est pater multis dederit, etiam quibus dedisse se nescit?* etc. Cod. Hisp. Verd. + *Sed nec danti.* Scal. Verd. = *nec danti* ∾ *dedit.* *nec* pro *sed* libenter recepissem: at fidem Iugi minime esse habendam vel id docet, quod ex eodem Verd. diversas scripturas laudat. In Scal. (G) autem *nec* legitur *nec* nec *dedit.* 𝔗𝔅 = *sed danti voluntarium. Quid necesse est multis dederit.* 𝔊1. — 𝔏4. = *nec danti voluntarium. Quid necesse est multis? dedit etiam.* 𝔊ro — 𝔅1. = *Sed danti voluntarium. Quid necesse est? ille multis dederit* ex Lipsii sententia. Pinc. ci. ℜu — 𝔅o = *sed et danti voluptarium; quod necesse est, ille multis dederit.* probat et multis, sed frustra defendit Gron. RG = *quam eum quod dabat.*

2. T = *Quod si quis sapientiam.* R(cr. ∾) = *hanc patri reddiderit.* R = *accepit tantum vitam.* C = *Sed patris, inquis.* V = *Et praeceptoris mei quidem institutus.* Lips. *institutis*, inquit, haud mutem. aliquis tamen divinet *in studiis.*

3. CH + *utique etiam eos.* D = *utique etiam illos.* W = *utique et illos.* T = *sine eis nemo* ∾ *possit.* hoc probo. 𝔊ro — 𝔅o = *qui assecutus* ex librarii primum errore, ut puto. D(m ∾) — *infra illos est.* RGV 𝔗 — 𝔊1. = *intra illos est.* T = *et maxima.* D(s ∾) = *et maxima virtus est.* R(cr. ∾) = *maximarum instar.*

non possunt. XXXV. Iam tempus est quaedam ex nostra, ut ita dicam, moneta proferri. Qui id beneficium dedit quo est aliquid melius potest uinci. pater dedit filio uitam. est autem aliquid uita melius: ita pater uinci potest, quia dedit beneficium
2 quo est aliquid melius. Etiamnunc qui dedit alicui uitam, si semel et iterum liberatus est mortis periculo, maius accepit beneficium quam dedit. pater autem uitam dedit: potest ergo, si saepius periculo mortis liberatus a filio fuerit, maius beneficium acccipere quam dedit. Qui beneficium accipit maius accipit, quo magis eo indiget. magis autem indiget uita qui uiuit quam qui natus non est, ut qui ne indigere quidem omnino possit: maius
3 ergo beneficium accipit pater, si uitam a filio accipit, quam filius a patre, quod natus est. Patris beneficia uinci a filii beneficiis non possunt. quare? quia uitam accepit a patre: quam nisi accepisset, nulla dare beneficia potuisset. Hoc commune est patri cum omnibus qui uitam alicui dederunt: non potuissent enim referre gratiam, nisi uitam accepissent. Ergo nec medico in maius gratia referri potest: solet enim medicus uitam da-
4 re. nec nautae, si naufragum sustulit. Atqui et horum et aliorum qui aliquo modo nobis uitam dederunt beneficia uinci possunt: ergo et patrum possunt. Si quis mihi beneficium dedit

Cap. XXXV.

RG — *Iam tempus — moneta proferri.* CH = *aliquid ex nostra.* D = *aliquis ex natura ut ita dicam monetam aliquid proferamus.* W = *ut aliquid ex nostra ut ita dicam moneta aliquid proferamus.* Pinc. v. l. = *ut ex nostra* ∾ *aliquid proferamus.* CH St. Steph. = *proferre.* VTCDHW optimus Lips. 𝔗 — 𝔈1. post *proferri* addunt verba *Si quid* [C s.m. = *Quicquid*] *melius vita est et a patre sola* [TH = *solo*] *vita datur. potest* [H = *postea*] *beneficiis a filio vinci pater* (D = *beneficium est necesse a filio patris vinci.* W = *beneficium necesse est a filio patris vinci*). C(m∾ partim) DHW — *Qui ad beneficium* — XXXVII, 2. *tuto auderent.* R = *Quid beneficium.* T — *id.* 𝔅1. 𝔑u 𝔚o = *quo est aliud melius* contra mstos. mC — *pater dedit* — § 2. *Etiamnunc.*

2. 𝔈2. — 𝔅1. 𝔚o = *Etiamnum* contra mstos. T + *si et semel.* T mC = *liberatus est morte maius accepit.* Tronc. post *quam dedit* ponit verba *Iam tempus — proferri* § 1. 𝔗 — 𝔊 = *potest autem si saepius.* Pinc. v. l. + *a periculo mortis.*

accipit maius accipit = RGVTmC 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔊ro (exc. 𝔍u) = *accepit maius accipit.* 𝔍u 𝔅1. — 𝔚o = *accepit maius accepit.* RGT = *quo maius eo indiget.* G = *nec indigere quidem.*

a filio accipit = RGVTmC. 𝔗 — 𝔚o = *a filio accepit.* T = *a patre qui natus est.* 𝔗 — 𝔈2. + *eo quod natus est.*

3. Quidam codd. Pinc. + *Quid inquit? Patris beneficia.* mC — *quare? quia — accepisset.* G(s∾) = *quia vitam accipit.* T = *quia qui vitam accipit a patre nisi accepisset.* R = *nulla dare beficia.* T = *non potuerunt enim gratiam referre.* 𝔈2. — 𝔚o + *solet enim et medicus* contra mstos. GmC = *si naufragium.*

4. T — *ergo et patrum possunt.*

quod multorum beneficiis adiuuandum esset, ego autem illi be-
neficium dedi id quod nullius egeret adiutorio, maius dedi quam
accepi. pater filio uitam dedit perituram, nisi multa accessis-
sent quae illam tuerentur. filius patri si dedit uitam, dedit eam
quae nullius desideraret auxilium in hoc ut permaneret: ergo
maius beneficium accepit a filio pater qui uitam accepit quam
ipse illi dedit. XXXVI. Haec non destruunt parentum uene-
rationem nec deteriores illis liberos faciunt, immo etiam melio-
res: natura enim gloriosa uirtus est et anteire priores cupit.
Alacrior erit pietas, si ad reddenda beneficia cum uincendi spe
uenerit. Ipsis patribus id uolentibus laetisque contigerit, quon-
iam pleraque sunt in quibus nostro bono uincimur. Unde cer-
tamen tam optabile? unde tantam felicitatem parentibus, ut fa-
teantur se ipsos liberorum beneficiis inpares? Nisi hoc ita iu- 2
dicamus, excusationem damus liberis et illos segniores ad refe-
rendam gratiam facimus, quibus stimulos adicere debemus et di-
cere: Hoc agite, optimi iuuenes. proposita est inter parentes

G = *qui multorum beneficiis.* mC = *multorum auxiliis.*

id quod nullius = RGVT𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o — *id.* mC = *egeret adulterio.* GmC = *nisi multa accepissent.* T = *nisi multa accidissent.* G — *ut* ante *permaneret.* mC — *ergo maius* — XXXVI, 1. *etiam meliores.* T — *qui vitam accepit.* 𝔗 — 𝔈1. = *quam illi dederit* om. *ipse.* 𝔈2. — 𝔐 = *quam illi dederat.* 𝔏 — 𝔅o = *quam ipse illi dederat.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾.

Cap. XXXVI.

T = *Nec non destruunt.* R = *parentium.* T = *deteriores illos faciunt.* 𝔗 — 𝔊 — *est* post *virtus.* 𝔐 — 𝔅o = *est virtus* contra mstos etiam Pinc. T = *peiores cupit.* G = *macrior erit pietas.* RGV = *cum vincendis se venerit.* 𝔗𝔅 = *cum vincendis si venerit.* T = *beneficia cum cũpũgituris viderit.* mC = *beneficia cum convicturis se viderit.* 𝔈1. — 𝔅o ∾.

Ipsis patribus id volentibus laetisque = Leod. ℜu — 𝔅o. probat Gron. G(p.m.) = ∾ *legisque.* R G(s.m.) Naz. Col. = *Ipsi patribus id volentibus* [Col. = *nolentibus*] *legisque contigerit.* V = *et ipsis patribus idem volentibus letisque cont.* T = *Et ipsis patribus id volentibus legibusque contigerit.* P2. = *Id si a patribus id volentibus legibusque contigerit.* P3. sNaz. = *Ipsi patribus id volentibus letisque cont.* Cambron. = *Ipsi parentibus id volentibus legisque.* 𝔗𝔅 = *Id si patribus id volentibus legibusque cont.* (𝔗 = *contingerit*). 𝔈1. — 𝔊 = *Id si patribus idem volentibus legibusque cont.* Cod. vet. Ermi = *laetisque.* 𝔐 — 𝔏4. = *Id si patribus idem volentibus contigerit* om. *laetisque.* 𝔊ro — 𝔚1. = *Id si patribus idem volentibus laetisque contigerit.* Lips. voluit *volentibus laetisque* vel etiam *libentibusque.* G = *quam pleraque sunt.* R = *oblabile.* RG = *fateantur ipsos* om. *se.* quod fortasse imitandum. cf. ad Beneff. III, 11, 2.

liberorum beneficiis = RGV. T 𝔗 — 𝔅o = *filiorum beneficiis.*

2. 𝔗 — 𝔊 = *Nisi hic ita iudicamus.* T = *ita iudicaremus.* T = *ac dicere.*

proposita est = RT Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔐 𝔚1. — 𝔅o. GV = *praeposita est.* 𝔗 — 𝔈2. 𝔏 — 𝔊ro = *posita*

ac liberos honesta contentio dederint maiora an receperint. Non ideo uicerunt, quia occupauerunt. Sumite modo animum qualem decet et deficere nolite ut uincatis optantes. Nec desunt tam pulchro certamini duces qui ad similia uos cohortentur ac per uestigia sua ire ad uictoriam saepe iam paratam ex parentibus iubeant. XXXVII. Uicit Aeneas patrem, ipse eius in infantia leue tutumque gestamen, grauem senio per media hostium agmina et per cadentis circa se urbis ruinas ferens, cum conplexus sacra ac penates deos religiosus senex non simplici uadentem sarcina premeret. tulit illum per ignes, et (quid non pietas potest?) pertulit colendumque inter conditores Romani
2 imperii posuit. Uicere Siculi iuuenes: cum Aetna maiore ui peragitata in urbes, in agros, in magnam insulae partem effudisset incendium, uexerunt parentes suos. Discessisse creditum est ignes et utrimque flamma recedente limitem adapertum per quem transcurrerent iuuenes dignissimi qui magna tuto au-
3 derent. Uicit Antigonus: qui cum ingenti proelio superasset hostem, praemium belli ad patrem transtulit et imperium illi Cypri tradidit. Hoc est regnum nolle regnare, cum possis. Uicit patrem imperiosum quidem Manlius: qui cum ante ad tempus relegatus esset a patre ob adulescentiam brutam et hebetem, ad

est. T = *nolite ut vinc e tis optantes.* Naz. = *nolite. vinc e tis opt a tes* (al. m. = *optantes*). 𝔐 = *nolite. ut vincatis opt a te.* Rell. etiam Gr. Erf. ∾. Sed Gron. iungit *optantes* cum *deficere.*

saepe iam par a tam = RGVT. 𝔗 — 𝔈1. = *saepe iam p e r a c t a m.* 𝔈2. — 𝔅o = *saepe iam p a r t a m.*

Cap. XXXVII.

T = *ipse in s u a infantia eius.* 𝔗 — 𝔊 = *ipsè c u i u s infantia.* RGV Pinc. Gr. — *in* ante *infantia.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o ∾. R (s∾) — *ac* ante *penates.* T = *s a c e r na premeret.* G = *sarcin ã.*

2. RV = *Aet h na.* T = *in urbes m a g n a s, in magnam.* T = *v i c e-runt parentes suos.* 𝔗 = *dis c e d i sse creditum* est. 𝔅 𝔈1. = *d e s c e n disse cr. est.* 𝔈2. — 𝔏4. = *Dis s e d isse cr. est.* Lips. codd. = *d e cessisse cr. est.* Rell. etiam Gr. St. Steph. Tronc. Verd. ∾.

3. D = *Vi n cit* [= W] *Anti c h onus.* Lips. ci. = *Antigon i F.* i. e. *filius,* et intelligit *Demetrium.* T — *Cypri.* Grut. ci. = *Hoc est re g i um.* sed in Appendice retractat sententiam. CDHW — *Vicit patrem* — § 4. *in ordinem redigere.* T — *quidem* ante *Manlius* et = *Man i lius.* P3. = *quidem imperiosum Mar i lius.* 𝔐 = *imperiosum T. Manlius* om. *quidem.* 𝔏 — 𝔅o + *imperiosum quidem T. Manlius.* *T* nec in meis codd. legitur nec in Gr.

qui cum a n t e ad tempus = RGVT Naz. Col. P3. cod. Lips. Erf. 𝔗 — 𝔈2., 𝔑u — 𝔅o, Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔅1. — *ante.* P2. = *qui cum a n t e tempus.* 𝔅o = *qui cum ant e a ad tempus.* idem Gron. falso laudat ex Naz. Grut. ci. = *qui cum ante i n r u s relegatus.* Lips. (ad h. l.) ci. = *qui cum ante i d tempus.* Idem (Electt. II, 15.) coniecerat *qui cum ad c a m p o s relegatus.* Gron. ci. = *qui cum A n t i a t e i n r u s relegatus.* intelligit villam

tribunum plebis qui patri suo dixerat diem uenit petitoque tempore quod ille dederat sperans fore proditorem parentis inuisi 4
(et bene meruisse se de iuuene credebat cuius exilium pro grauissimo crimine inter alia Manlio obiciebat) nanctus adulescens secretum stringit occultatum sinu ferrum et, *Nisi iuras*, inquit, *te diem patri remissurum, hoc te gladio transfodiam. In tua potestate est utro modo pater meus accusatorem non habeat.* Iurauit tribunus. nec fefellit et causam actionis remissae concioni reddidit. Nulli alii licuit inpune tribunum in ordinem redigere. XXXVIII. Alia ex aliis exempla sunt eorum qui parentes suos periculis eripuerunt, qui ex infimo ad summa protulerunt et e plebe aceruoque ignobili numquam tacendos seculis dederunt. Nulla ui uerborum, nulla ingenii facultate exprimi potest quantum opus sit, quam laudabile quamque numquam a memoria hominum exiturum posse hoc dicere:
Parentibus meis parui, cessi. imperio eorum, siue aequum si- 2
ue iniquum ac durum fuit, obsequentem submissumque me praebui. ad hoc unum contumax fui, ne beneficiis uincerer. Certate, obsecro uos, et fessi quoque restituite aciem. Felices qui uicerint, felices qui uincentur. Quid eo adulescente praecla-

Manlii *Antiatem.* Lat. Latin. (Bibl. Prof. p. 45.) legit *qui cum ruri ad opus relegatus.* Ruhk. ci. = *qui cum ante a Republica relegatus.*

et hebetem = RGVT. 𝔗 — 𝔅o = *ac hebetem.*

4. T = *petito tempore* om. *que.* T = *proditorem patris.*

invisi = VT Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅o. Naz. = *imbiti.* RG rell. Gr. Delben. 𝔗 — 𝔈2. = *inviti.* Pinc. ci. etiam = *parentis in lite.* Ops. ci. = *immitis.* T = *inter alia Manilio.*

nanctus = RG. vide Ind. s. v. *Nanciscor.* VT 𝔗 — 𝔅o = *nactus.* T = *te idem patri remissurum.* R GV 𝔗 — 𝔈1. = *utrum pater meus.* T = *ut modo pater meus.* 𝔈1. = *accusatorem non debeat.* V P2. 3. (ut videbatur) 𝔗 — 𝔏 ℑu = *causam accusationis.* Rell. etiam Naz. Col. ∾. RGV 𝔗𝔅 = *emissae.* T = *amissae.* fortasse legendum *omissae.* R = *contioni.*

Cap. XXXVIII.

CDHW = *Exempla sunt multorum qui parentes.* Agric. ci. 𝔊 — 𝔅1. = *exempla subeunt* contra mstos etiam Gr. Grut. ci. = *exempla assunt.*

ad summa = R Hisp. Scal. G = *ad summã.* VT 𝔗 — 𝔅o = *ad summum.* C = *pertulerunt.* T = *et ephepe acerboque ignobili.* RG = *acerboque et ignobili.* D = *acerboque.* D (m∾) = *tacentes seculis.* C(m∾) DHW — *Nulla vi* — § 2. *restituite aciem.* T = *quamquam nunquam.* T — *ac* ante *durum.* 𝔗𝔅 = *iniquum fuit acturum.* 𝔈1. — 𝔏 ℑu — *ac durum* contra mstos etiam Pinc. Gr.

2. mC = *parui imperium eorum* om. *cessi.* T = *obsecutus sum. missum me praebui.* mC = *obsecutus sum. ad hoc unum* rell. om. mC — *Certate* — *restituite aciem.* T = *vinceret.*

et fessi quoque = RGVT 𝔗 — 𝔊. m𝔈2. 𝔐 — 𝔅o = *et fusi quoque.* T = *qui vicerunt.* CDEHW = *qui vincunt, felices qui vincuntur.* R — *Quid eo adulescente* — *beneficiis*

rius qui sibi ipsi dicere poterit (neque enim fas est alteri dicere): Patrem meum beneficiis uici? Quid eo fortunatius sene qui omnibus ubique praedicabit a filio suo se beneficiis uictum? Quid autem est felicius quam ibi cedere?

L. ANNAEI SENECAE
AD AEBUTIUM LIBERALEM
DE BENEFICIIS
LIBER IV.

I. Ex omnibus quae tractauimus, Aebuti Liberalis, potest uideri nihil tam necessarium aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum quam quod in manibus est: An beneficium dare et inuicem gratiam referre per se res expetendae sint. Inueniuntur qui honesta in mercedem colant quibusque non placeat uirtus gratuita: quae nihil habet in se magnificum, si quicquam
2 uenale. Quid enim est turpius quam aliquem conputare quanti uir bonus sit, cum uirtus nec lucro inuitet nec absterreat damno

vici? E = *sibi ipse dicere.* V 𝔏𝔍u = *dicere potuerit.* 𝔈𝔏. — 𝔐 = *dicere potuit.* Rell. etiam Gr. ∾. C DEHW = *alteri dicat.* CDHW — *meum* post *patrem.* V = *Quid autem fortunatius.* C(p.m.) DEHW — *Quid autem — cedere.* C (s. m.) = *Quid est felicius quam tibi credere?*

quam ibi cedere. RGV Gr. 𝔗 — 𝔊. i. e. in eiusmodi causa. non improbat Grut. T = *quam tibi cedere.* Cod. Lips. = *quam ibi occidere.* Lips. ci. = *quam sic cedere.* m𝔈𝔏. 𝔐 — 𝔙o = *quam sibi cedere.*

Cap. I.

In H liber V. legitur ante IV. E — *Ex omnibus* — X, 1. *cui dem, quemadmodum, quare.* D (m∾) = *tractamus.* V = *Aeburti.* TCDH = *Eburti.* W = *Eburci.* D = *nil tam necess.* C — *magis.* DW — *aut magis.* H = *aut maiori.* D (cr. ∾) = *ante beneficium.* D = *gratias referre.* W = *gratias ferre.* DW = *per se res expectandae sunt videndaeque.* Trist. = *mercede colant.* DW = *in mercedem collocant quibus et.* DW P1. = *sed quicquam venale.* P3. = *sed quicquid venale.* P2. Col. 𝔗 — 𝔏4. + *si quicquam habet venale.* Rell. etiam Naz. ∾.

2. V — *est* ante *turpius.* DW = *alicui computare.*

nec lucro invitet nec absterreat damno = α Pinc. v. l. 𝔏4. — 𝔙o. RG T Naz. Col. = *nec lucrum invitet* ∾. sNaz. = *nec ad lucrum invitet* ∾. V P2. 𝔗𝔙 = *nec lucrum invitet nec absterreatur* [𝔗 = *absterneatur*] *damno.* CW P1. 3. = *nec lucrum invitet nec absterreat damnum.* D = *nec lucrum invitat. Nec absterreat dampnum.* H 𝔈1. — 𝔊 = *cum virtutem nec lucrum invitet nec absterr-*

**adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut contra in-
pendere in se iubeat et saepius in ultro tributis sit? Calcatis
utilitatibus ad illam eundum est, quocumque uocauit, quocum-
que misit, sine respectu rei familiaris. interdum etiam sine ulla
sanguinis sui parsimonia uadendum nec umquam imperium eius
detractandum. Quid consequar, inquit, si hoc fortiter, si hoc** 3
**grate fecero? Quod feceris. Nihil tibi extra promittitur: si
quid forte obuenerit commodi, inter accessiones numerabis. Re-
rum honestarum pretium in ipsis est. Si honestum per se ex-
petendum est, beneficium autem honestum est, non potest alia
eius condicio esse, cum eadem natura sit. Per se autem expe-
tendum esse honestum saepe et abunde probatum est. II. In
hac parte nobis pugna est cum Epicureorum delicata et umbra-
tica turba in conuiuio suo philosophantium. apud quos uirtus
uoluptatum ministra est. Illis paret, illis deseruit, illas supra
se uidet. Non est, inquis, uoluptas sine uirtute. Sed quare
ante uirtutem est? De ordine putas disputationem esse? De
re tota et de potestate eius ambigitur. Non est uirtus, si sequi
potest. primae partes eius sunt: ducere debet, imperare, sum-** 2
**mo loco stare. Tu illam iubes signum petere. Quid, inquit,
tua refert? et ego sine uirtute nego beatam uitam posse con-**

reat damnum. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔏 𝔍u = *nec lucro invitetur nec absterreatur damno.* CDHW — *adeoque neminem* — §. 3. *inter accessiones numerabis.*

ut contra inpendere in se = RGVα. T — *in.* Pinc. v. l. Naz. P2. 3. Col. 𝔏 — 𝔅o = *ut contra in se impendere* (sed puto Pinc. et Grut. non respexisse ad ordinem verborum). 𝔗 — 𝔐 = *ut cuncta in se impendere.*

et saepius = RGVTα. 𝔗 — 𝔅o = *ac saepius.* Ex. Francisc. = *in multis tributis.* Rell. etiam Gr. ∾. *detr a ctandum* = RGVTα 𝔗𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *detre ctandum.*

3. T = *inquis.* α (s∾ eadem m.) — *fortiter si hoc.* P3. Col. Mod. = *quid feceris? nihil tibi.* 𝔈2. — 𝔊 + *quod si feceris.* Mod. (Ep. 85.) ci. = *si hoc grate fecero? quid? nihil tibi extra.* G (s∾) = *extra mittitur.* D = *expetendum est honestum.* R = *habunde.* D (cr. ∾) = *habundus.* W = *habendum.*

Cap. II.

RGTαCH = *cum Epicureis.* DW = *cum Epicuris.* V𝔗 — 𝔅o ∾. C = *tuba.* CDHW = *philosophantibus.* Rell. ∾. DW = *illis servit, illis patet.* CH = *illis servit, illis paret.* G = *illa supra se.*

Non est, inquis = RVTα Naz. Col. P3. mP2. ci. Steph. (Prood. II, 5.) 𝔅2. GP2. = *Non est iniquis.* 𝔗 — 𝔅o (exc. 𝔅2.) = *Non est, inquit.* CDHW — *Non est, inquis* — § 3. *postrema praeferre.* GVTα 𝔗𝔅 = *De ordine disputas?* 𝔈1. 2. = *De ordine disputas? Disputationem esse oportet de re tota.* V quidam Pinc. = *Disputatio est de re tota.* R Agric. ci. 𝔊 — 𝔅o ∾. Pinc. ci. = *et de parte eius ambigitur.*

2. GVα 𝔗𝔅 = *Primae partes eius sumus.* V = *Quid, inquis, tua.* quod praeferunt Steph. (l. l.) Grut.

stare. Ipsam uoluptatem quam sequor, cui me emancipaui remo-
ta illa inprobo et damno. De hoc uno disputatur utrum uirtus
3 summi boni causa sit an ipsa summum bonum. Ut hoc unum
quaeratur, ordinis tantum existimas mutationem? ista uero con-
fusio est et manifesta caecitas primis postrema praeferre. Non
indignor, quod post uoluptatem ponitur uirtus, sed quod omni-
no cum uoluptate conferatur contemptrix eius et hostis et longis-
sime ab illa resiliens, labori ac dolori familiarior, uirilibus in-
commodis, quam isti effeminato bono. III. Inserenda haec,
mi Liberalis, fuerunt, quia beneficium, de quo nunc agitur, da-
re uirtutis est et turpissimum id causa ullius alterius rei dare,
quam ut datum sit. Nam si recipiendi spe tribueremus, locu-
pletissimo cuique, non dignissimo daremus. nunc uero diuiti
inportuno pauperem praeferamus: non est beneficium quod ad
2 fortunam spectat. Praeterea, si ut prodessemus sola nos inui-
taret utilitas, minime beneficia distribuere deberent qui facillime
possent, locupletes et potentes et reges aliena ope non indigen-
tes. Di uero tot munera quae sine intermissione diebus ac no-
3 ctibus fundunt non darent: in omnia enim illis natura sua suffi-
cit plenosque et tutos et inuiolabiles praestat. Nulli ergo bene-
ficium dabunt, si una dandi causa est se intueri ac suum com-

R + *Quid, inquit, tu tua refert?* α = *ipsam voluntatem.* VT 𝔈1. — 𝔙o = *cui me mancipavi.* Rell. ∾. R (s∾) — *ipsa* ante *summum bonum.*

3. T — *vero* ante *confusio.* CDH W = *Non est indignum quod.* CH = *propter voluptatem.* D (s∾) W — *voluptatem.*

cum voluptate conferatur contemptrix eius et hostis et longissime = R GVTαCH P2. 3. Col. Mod. DW + ∾ *conferatur, cum sit contemptrix* ∾. 𝔗𝔅 = ∾. *Contemptrix cuius et hostis* ∾. 𝔈1. = ∾. *Contemptrix cuius et hostis est* ∾. 𝔈2. — 𝔙o = *cum voluptate confertur. Contemptrix eius et hostis est et long.* De Naz. Grut. nil prodit. T — *labori.* V P3. 𝔗 — 𝔏4. = [𝔈1. — 𝔐 + *magis*] *quam isti effeminato bono inserenda.* [Cap. III.] *Haec mi* [𝔐 — 𝔏4. — *mi*] *Liberalis dicenda fuerunt.* T = *effeminato bono inserenda. Nec mi Liberalis dicenda fuerunt. qui beneficium.* sCW + *bono magis inserenda.* H = *bono magis inferenda.* D = *bono magis miseranda* (tert. m. = *inserenda*) Rell. etiam Naz. Col. Mod. ∾. (sed RG = *inserenda. Haec.*)

Cap. III.

CDHW — *Haec, mi Lib.* — IV. ex. *cum se dedit.* T = *ita dare virtutis turpissimum est ut turpisssimum.* α = *illius alterius rei.*

praeferamus = RGα P3. Col. Naz. (p.m.) 𝔑u 𝔅2. Naz. (s.m.) = *praeferam.* quod sincerum putat Grut. VT P2. 𝔗 — 𝔅1. 𝔙o = *praeferimus.*

quod ad fortunam = RGVTα 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔙o = *quod fortunam* om. *ad.*

2. T = *qui facillime possunt.* G (s∾) — *enim* post *in omnia.* R = *inviolabiles reddit.*

3. RV 𝔗 — 𝔈1. — *dandi* post *si una.* T = *et suum commodum.*

modum. Istud non beneficium, sed fenus est circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quaestuosissime habeas, unde facillime tollas. Quod cum longe a dis remotum sit, sequitur uti liberales sint: nam si una beneficii dandi causa sit dantis utilitas (nulla autem ex nobis utilitas deo speranda est), nulla deo dandi beneficii causa est. IV. Scio quid hoc loco respondeatur. Itaque non dat deus beneficia, sed securus et neglegens nostri, auersus a mundo aliud agit aut, quae maxima Epicuro felicitas uidetur, nihil agit nec magis illum beneficia quam iniuriae tangunt. Hoc qui dicit non exaudit precantium uoces et undique 2
sublatis in coelum manibus uota facientium priuata ac publica. Quod profecto non fieret nec in hunc furorem omnes mortales consensissent adloquendi surda numina et inefficaces deos, nisi nossemus illorum beneficia nunc oblata ultro, nunc orantibus data, magna, tempestiua, ingentes minas interuentu suo soluentia. Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro 3
fato et in poenam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Ipsos illos conplorantes sortem suam et querulos circumspice: inuenies non ex toto beneficiorum coelestium expertes, neminem esse ad quem non aliquid ex illo benignissimo

T = *Istud beneficium non e s t, sed fenus est.* 𝔗 — 𝔏 𝔍u = *Istud non est benef., sed fenus.* Rell. etiam Gr. ∾.

sequitur u t i liberales sint = α. T 𝔈1. — 𝔚1. = *sequitur u t liberales sint.* RGV = *sequitur u t i n liberales sint.* Naz. P2. 3. 𝔗𝔚 = *sequitur u t i l liberales sint.* Col. ci. Grut. 𝔑u — 𝔚o = *sequitur u t i l l i liberales sint.*

sit d a n t i s utilitas = RTα Pinc. ci. 𝔏4. — 𝔚o. probat Grut. Naz. (p.m. ut videbatur) = *sit d a t i s utilitas.* G = *sit d a n d i utilitas.* Pinc. codd. Naz. (s.m.) Col. P3. partim = *sit d a t i* partim = *sit d a n d i utilitas.* VP2. 𝔗 — 𝔏 𝔍u — *dantis.* T = *deo p r e standa est.*

Cap. IV.

Pinc. ci. 𝔊 — 𝔐 = *U t i q u e non dat deus* contra mstos etiam Gr. G (cr. ∾) = *a d versus a mundo.*

2. Brissonius (de Form. l. I.) legit: *Hoc dicit qui non exaudit.* Lips. ci. = *n u m exaudit.* quod dicit robustius. RG = *p e c c antium voces.* 𝔗𝔚 = *p r a e d i c antium v o t i s.* 𝔈1. = *non exau d i p r a e d i c antium v o t a.* RGVα Pinc. Gr. Verd. Tronc. Scal. 𝔗𝔚 = *vota facient i b u s privata ac publica.* In vetustissimo Ermi et Naz. eadem manu adscriptum erat, *non attendit.* 𝔈1. = *vota facient i b u s privata g e r i ac publica* (*geri* non legitur in meis codd. aut Pinc. et Gr.). 𝔈2. = *vota facient i b u s privata g e r i t ac publica.* Erm. ci. = *vota facient i b u s f o r t u n a privata g e r i t ac publica.* Agric. ci. = *vota facien t i s.* T Erm. ci. 𝔊 — 𝔚o ∾. RG (n.) VTα 𝔗 — 𝔊 + *omnes p r o f e c t o mortales.* quod fortasse erat recipiendum. R = *a d a l l o quendi surda.*

nisi noss e m u s = RGVTα. 𝔗 — 𝔈1. = *nisi nosc e r e n t.* 𝔈2. — 𝔚o = *nisi noss e n t.* G (cr. ∾) = *e o rum beneficia.*

3. 𝔗𝔚 = *Quid est i t a tam miser.* 𝔈1. — 𝔐 = *Quis est i t a q u e tam miser.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾. T = *et in poen a genitus.* T = *ut non tam e n deorum.* G = *complor e ntes.*

fonte manauerit. Parum est autem id, quod nascentibus ex aequo distribuitur? Ut quae sequuntur inaequali dispensata mensura transeamus, parum dedit natura, cum se dedit? V. Non dat deus beneficia. Unde ergo ista quae possides? quae das? quae negas? quae seruas? quae rapis? unde haec innumerabilia oculos, aures, animum mulcentia? unde illa quoque luxuriam instruens copia? Neque enim necessitatibus tantummodo nostris prouisum est: usque in delicias amamur. Tot arbusta non uno modo frugifera, tot herbae salutares, tot uarietates ciborum per totum annum digestae, ut inerti quoque fortuita terrae alimenta praeberent. Iam animalia omnis generis, alia in sicco solidoque, alia in humido nascentia, alia per sublime dimissa, ut omnis rerum naturae pars tributum aliquod nobis conferret.
2 Flumina haec amoenissimis flexibus campos cingentia, illa praebitura commerciis uiam uasto et nauigabili cursu uadentia. ex quibus quaedam statis diebus mirabile incrementum trahunt, ut arida et feruenti subiecta coelo loca subita uis aestiui torrentis inriget. Quid medicatorum torrentium uenae? quid in ipsis litoribus aquarum calentium exundatio?

𝔗—𝔏4. = *Parum autem id* om. *est* contra mstos etiam Pinc. Gr. (Pinc. v. l. = *Parum autem est id.* mei et Gr. ∾.). T + *et ut quae sequuntur.* Gα = *se c untur.*

Cap. V.

DW = *Non dat deus beneficium.* D = *illa luxuriam quoque instruens copia. Unde haec innumerabilia oculos, aures animumque mulcentia.* T = *haec innumer a lia.* 𝔈1.—𝔅1. = *aur e i s.* C = *oculos animumque mulcentia* om. *aures.* H + *aures animumque.* 𝔗—𝔐 + *et animum.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔈2.—𝔙o = *illa luxuriam quoque.* RGVTα ∾. T — *enim* ante *necessitatibus.* CDHW = *tantum nostris* om. *modo.* D𝔗—𝔈2. = *usque in delicias a r·mamur.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. CDHW — *Tot arbusta* — VI, 6. *terminum ponens* T — *uno modo.* 𝔗—𝔈1. = *ut infecti quoque fortuitatem alimenta.* *in humido nascentia* = RGVTα. 𝔗—𝔙o = *in humido innascentia.* RGVTα St. Steph. Scal. 𝔗—𝔈1. = *demissa.*

2. Germ. = *campos rigantia.* Erm. ci. = *campos tingentia* i. e. irrigantia. 𝔗—𝔈1. = *campos, ingentia illa.*

praebitura commerciis viam vasto et navigabili = Erm. ci. 𝔊—𝔙o. Rα Naz. P2. 3. Col. 𝔗𝔙 = *praebitura commercia via vasto* ∾. G = *praebitura commercia via vast e t navigabili.* V = *praebitura commercia, illa vasto et navig.* T = *praebitura commercia in via vasto et navig.* Pinc. v. l. = *praebitura commercia mari, vasto et navig.* 𝔈1. 2. = *praebitura commercia, via vasta et navigabili.* Agric. ci. = *praebitura commercia, longa via, vasto et navig.* Grut. ci. = *praebitura commercia avia vasto et navig.* RGVTα 𝔗𝔙 = *aestatis* [*estatis*] *diebus.*

ut arida et ferventi = RG (G p.m. = *ferventia*) VTα Pinc. Gr. 𝔊ro — 𝔙o. 𝔗—𝔈1. = *trahunt: anhela et ferventi.* 𝔈2.—𝔏4. = *ut anhela et ferventi.* T + *coelo subiecta coelo loca.* Germ. = *subiecta imbrium loco subita vis.* V = *medicamentorum torrentium.* Lips. ante versus

Te, Luri maxime, teque,
Fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino.

VI. Si pauca quis tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium: inmensa terrarum late patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit et arcam tuam, quoniam id tibi magnum uidetur, inpleuerit, beneficium uocabis: tot metalla defodit, tot flumina emisit terra super quam decurrunt solum aurum uehentia. argenti, aeris, ferri inmane pondus omnibus locis obrutum cuius inuestigandi tibi facultatem dedit ac latentium diuitiarum in summa terra signa disposuit: negas te accepisse beneficium? Si domus tibi donetur in qua 2
marmoris aliquid resplendeat et tectum nitidius auro aut coloribus sparsum, non mediocre munus uocabis: ingens tibi domicilium sine ullo incendii aut ruinae metu struxit in quo uides non tenues crustas et ipsa qua secantur lamina graciliores, sed integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas uariae distinctaeque materiae cuius tu paruula frusta miraris, tectum uero aliter nocte, aliter interdiu fulgens: negas te ullum munus accepisse? Et cum ista quae habes magno aestimes, quod est ingrati homi- 3
nis, nulli debere te iudicas? Unde tibi istum quem trahis spi-

Virgil. (G. II, 159 sq.) quaedam excidisse putat. V = *Gelari maxime teque.* 𝔗 — 𝔈1. = *Gelati maxime.* T = *Telari maxime.* G = *fremitu consurgens.* V = *fremitu surgens.* ℜu = *marino?*

Cap. VI.

RV — *inmensa terrarum* — *negas esse beneficium.* T — *id* ante *magnum.* 𝔈2. — 𝔅o = *id tibi magnum.* Rell. ∾.

emisit terra super quam decurrunt solum aurum vehentia. Sic restituendus videtur locus corruptus. V ℜu = *emisit terra super quam* [ℜu = *quae*] *decurrunt sola aurum vehentia.* G = *emisit era super quae decurrunt sola aurum vehentia.* Naz. (s.m.) = *emisit aera super quae decurrunt solum aurum vehentia. solum* ab hoc recepi: nam *aurum* opponitur ceteris metallis, quae statim laudantur. Naz. (p.m.) = *tot flumine misitera super quae decurrunt sola aurum vehentia.* x ex. Fac. et Primit. = *emisit aeru super quae decurrunt sola aurum vehentia.* T = *transit in aera super quue decurrunt sola aurum vehentia.* R P2. 𝔗 — 𝔅1. 𝔅2. = *emisit in aera super quae decurrunt sola aurum vehentia.* P3. = *tot flumina era super quae decurrunt sola aurum vehentia.* Col. = *tot flumina emisit super era quae decurrant sola aurum vehentia.* Cod. Lips. = *emisit in archa.* Lips. ci. = *emisit, in arena.* Cod. Hisp. = *emisit super quae decurrunt sola aurum vehentia.* Pinc. ci. = *emisit arenas super quas decurrunt solidi auri vehentia.* Dalech. ci. = *emisit quae defluunt aurum vehentia.* 𝔅o = *emisit e terra super quae decurrunt sola aurum vehentia.*

2. T = *Si domus tibi datur.* G = *donaretur.* 𝔈2. — 𝔐 ℜu 𝔅o = *num mediocre munus* contra mstos etiam Gr. sR (al. m.) = *ipsa quae secantur.* GV 𝔗 = *parvula frustra.* V = *aliter die fulgens.* R = *interdiu flugens.*

ritum? unde istam per quam actus uitae tuae disponis atque or-
dinas lucem? unde sanguinem cuius cursu uitalis continetur ca-
lor? unde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra satieta-
tem lacessentia? unde haec inritamenta iam lassae uoluptatis?
4 unde ista quies in qua putrescis ac marces? Nonne, si gratus
es, dices,

Deus nobis haec otia fecit:
Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
Saepe tener nostris ab ouilibus inbuet agnus.
Ille meas errare boues, ut cernis, et ipsum
Ludere quae uellem calamo permisit agresti.

5 Ille deus est non qui paucas boues, sed qui per totum orbem
armenta dimisit, qui gregibus ubique passim uagantibus pabu-
lum praestat, qui pascua hibernis aestiua substituit, qui non ca-
lamo tantum cantare et agreste atque inconditum carmen ad
aliquam tamen obseruationem modulari docuit, sed tot artes,
tot uocum uarietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios ex-
6 terno cantus edituros commentus est. Neque enim nostra ista
quae inuenimus dixeris, non magis, quam quod crescimus,
quam quod ad constitutum temporum sua corpori officia respon-
dent. Nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem iam
aetatem et in robustiorem gradum transeuntem pubertas et ulti-
mus ille deus surgenti iuuentae terminum ponens. Insita sunt

3. Gα = *lacess a ntia.* R = *las c e- s c entia.* RGα = *iam lass a volupta- tis.* V = *iam lap s ae vol.* 𝔗𝔅 = *iam la x ae vol.*

4. T = *saepe ten e t nostris ab a - n ilibus.* G(s∾) = *ab o v i bus.* V = *meas a rare boves.* T = *e t cernis.* G Vα 𝔗𝔅 = *ut cernis, et i l l um.* R = *Ludere q u e m vellem.*

5. G = *pauc a boves.* Tm𝔍u = *armenta di v isit.*

ad aliquam t a m e n o b s e r v a t i o- nem = RGVTα Gr. Tronc. St. Steph. Scal. Erf. 𝔗 — 𝔈2. 𝔊ro 𝔅2. defen- dit Gron. *observationem* etiam Lips. probat. Cod. Lips. = *ad aliquan- t a m observationem* (*aliqua n t a m* Lips. coniecerat Epistt. Quaestt. II, 10.). m𝔈2. 𝔈 — 𝔏4. 𝔅1. = *ad aliquam t a n t u m ob l e c t a tionem.* Cod. Iur. ℜu 𝔅o = *ad aliquam tamen ob l e c t a- tionem.* Grut. ci. = *ad aliquam t a n- t ŭ m ob l e c t a tionem.*

6. *ad constitutum temp o r u m* = RGTα quatuor Gr. 𝔏 — 𝔊ro. vid. Gron. Obss. I, 1. p. 14 sq. ed. Platn. V𝔗 — 𝔐 𝔅1. — 𝔅o = *ad constitu- tum temp u s.* Grut. ci. — *temporum.* T = *a s s urgentem iam aetatem.* Gr. 𝔏𝔍u = *a d surgentem.* Grut. probat, sed subodoratur ulcus, aut potius hiatum. Lips. ci. = *adsurgen t e iam aeta t e* ∾ *transeun t e.*

ille d e n s s u r genti i u v e n tae = RGVTα cod. Delben. codd. Lips. Erf. Cambron. Leod. ℜu 𝔅2. probat Grut. Naz. = *ille dens surgenti i u- b i t e.* P2. Col. = *D e u s surgenti iu- ventae.* P3. = *dens surgenti iuve n- t u te.* 𝔗𝔅 = *d e u s surgenti v i v e n- t e.* 𝔈1. — 𝔏4. = *d i e s f u g i enti vi- tae term.* 𝔊ro — 𝔅1. 𝔅o = *dens ur- genti iuventae.* Pontanus ci. = *d i e s*

nobis omnium aetatum omniumque artium semina magisterque
ex occulto deus producit ingenia. VII. Natura, inquit, haec
mihi praestat. Non intellegis te, cum hoc dicis, mutare nomen
deo? Quid enim aliud est natura quam deus et diuina ratio toti
mundo partibusque eius inserta? Quotiens uoles, tibi licet ali-
ter hunc auctorem rerum nostrarum conpellare: et Iouem illum
optimum ac maximum rite dices et tonantem et statorem. qui 2
non, ut historici tradiderunt, ex eo quod post uotum susceptum
acies Romanorum fugientium stetit, sed quod stant beneficio
eius omnia, stator stabilitorque est. Hunc eumdem et fatum si
dixeris, non mentieris: nam, cum fatum nihil aliud sit quam
series inplexa causarum, ille est prima omnium causa ex qua
ceterae pendent. Quaecumque uoles illi nomina proprie aptabis
uim aliquam effectumque coelestium rerum continentia. Tot
adpellationes eius possunt esse quot munera. VIII. Hunc et
Liberum patrem et Herculem ac Mercurium nostri putant. Li-
berum patrem, quia omnium parens sit, quod ab eo primum in-
uenta semiuum uis est consultura per uoluptatem. Herculem,

vergenti iuventae. Io. Clericus (Silv. Phil. in ed. Aeschin. Socrat. p. 215.) ci. = *nobis omnium virtutum.* CD H = *omnium artium* om. *que.* DW = *produxit.*

Cap. VII.

VTD (tert. m.) Acidal. (ad Vell. II, 131. p. 1244. ed. Ruhnk.) ci. = *Natura, inquis.* D(cr. ∾) = *Non intelligas.* T — *te* post *intellegis.* CH = *haec dicis.* T = *ista dicis.* W = *tota mundo.*

partibusque eius = RGTαC. V = *eiusque partibus.* D (s∾) — *que.* 𝔗 — 𝔅o = *et partibus eius.* W = *et partibus* om. *eius.* TD = *volens tibi.* CHW — *aliter.* HW P3. = *actorem.* D (cr. ∾) = *auctoritatem.* Col. = *aliter habent auctorem rerum nostrarum.* D (m∾) — *nostrarum.* Libri vett. Lips. = *rerum naturarum.* Lips. ci. = *rerum naturae.* Acidal. (l. l. p. 1245.) laudat: *auctorem rerum compellare. Et naturam et Iovem.* CD = *maximum ac optimum.*

2. Grut. ci. = *fugientium stitit.* D (cr. ∾) = *fug. stet.* V (m∾) — *stant.* C = *sed costant.* T — *omnia.* T = *eundem etiam fatum.* C = *eundem et statum.* D = *eundem esse factum.* W = *eundem esse fatum.* RGα = *Nam quod fatum.* T + *Nam quod cum fatum.* V = *Quod vero fatum aliud est.* W = *Nam fatum nihil aliud est.* H = *Namque fatum nihil aliud est.* 𝔗𝔅 = *Namque fatum* ∾. D = *illa est prima omnium.* T = *ex qua cetera pendent.* T = *illi nomine proprie.* 𝔗 — 𝔈1. = *effectumque coelestium contin.* om. *rerum.* 𝔈2. — 𝔐 = *effectumque coelestem contin.* Mss. etiam Pinc. Gr. Put. ∾.

Cap. VIII.

RG St. Steph. Scal. — *et Herculem — Liberum patrem.* T = *et Mercurium.*

quod ab eo primum = vet. ex. Ermi ℭ — 𝔅o. RGVTαCDW Gr. Lips. 𝔗 — 𝔈2. — *ab eo.* Grut. ci. = *cui primum inventa:* nam putat primum scriptum fuisse *quoi*, deinde librarii lapsu *quot*, et hoc mutatum in *quod.* Lips. ci. = *quod per eum inventa.* quod probo. Cod. Iur. = *et consumpta per voluptatem.* CW = *per voluntatem.*

quia uis eius inuicta sit, quandoque lassata fuerit operibus editis, in ignem recessura. Mercurium, quia ratio penes illum
2 est numerusque et ordo et scientia. Quocumque te flexeris, ibi illum uidebis occurrentem tibi. nihil ab illo uacat: opus suum ipse inplet. Ergo nihil agis, ingratissime mortalium, qui te negas deo debere, sed naturae: quia nec natura sine deo est nec deus sine natura, sed idem est utrumque nec distat officio. Si quod a Seneca accepisses Annaeo te debere diceres uel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen: quoniam siue praenomen eius siue nomen dixisses siue cognomen, idem tamen ille
3 esset. Sic nunc naturam uoca, fatum, fortunam: omnia eiusdem dei nomina sunt uarie utentis sua potestate. Et iustitia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas unius animi bona sunt: quicquid horum tibi placuit, animus placet. IX. Sed ne aliam disputationem ex obliquo habeam, plurima beneficia ac maxima in nos deus confert sine spe recipiendi: quoniam nec ille collato eget nec nos ei quicquam conferre possumus. Ergo beneficium per se expetenda res est, una spectatur in eo accipientis utili-
2 tas: ad hanc accedamus sepositis commodis nostris. Dicitis,

W = *Herculemque vis eius.* 𝔈2. — 𝔐 = *quumque lassata.* P2. 3. Col. = *quando lassata* om. *que.* G 𝔗 — 𝔈1. = *quandoque laxata.* D = *operibus laxata editis fiunt.* Rell. etiam Naz. ∾. Gα = *Mercurius.* T = *Marcurium.* D = *Idem Meretium* [hoc cr. ∾] *quia.* Grut. ci. = *quia oratio penes illum* contra mstos etiam Gr. CDHW = *penes ipsum.* Cod. Lips. = *nostrisque et ordo.*

2. T = *tibi videbis illum.* T — *ipse* ante *inplet.* R = *qui negas debere deo scilicet naturae.*

nec distat officio. Si quod = RV T Col. Gα cod. Mod. (Ep. 85.) 𝔊ro — 𝔅o = *nec distat officio. Si quid.* Pinc. v. l. P3. = *nec distant officio. si quod.* W = *Distant officio. si quid* om. *nec.* CD Naz. Put. = *utrumque distat officio. si quid* (Naz. = *quod*). P2. 𝔗𝔅 = *nec distat: si quod* om. *officio.* 𝔈1. 2. = *nec distat officium. si quod.* 𝔊 — 𝔏4. = *nec distat. Officium si quod.* Cod. vet. Ermi = *nec differt.* DW + *an Annaeo.* D (m∾) = *te debere diceretur.* W = *dicerent.* CDHW = *an Lucio.* R = *Lutio.* CDHW = *sive nomen dicis.*

3. *Sic nunc naturam voca* = RG Vα 𝔗 — 𝔈2. T = *Sic nunc natura voca.* CDHW — *nunc.* et ipse libenter abiecerim. Agric. ci. 𝔊 — 𝔏4. = *Sic hunc* [i. e. deum] *naturam voca.* 𝔊ro — 𝔅o = *Sic hunc naturam vocas.* 𝔗 — 𝔐 + *fortunamque* contra mstos etiam Pinc. Gr. W = *varia utentis.* DW = *unius dei bona sunt.*

Cap. IX.

CDHW hoc caput omittunt.

Sed ne aliam disputationem ex obliquo habeam = Mss. etiam Pinc. Gr. 𝔗 — 𝔈2. 𝔊𝔑u — 𝔅o (𝔗 — 𝔈1. = *Haec ne aliam*). Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅1. = *Sed ne in aliam disput.* ∾ *abeam.* 𝔊 + *Sed ne in aliam disput.* ∾ *habeam.* Grut. ci. = ∾ *ex obliquo adeam.* Gα = *deus refert in spe recipiendi.* R = *deus refert nulla in spe rec.* VT 𝔗 — 𝔅o ∾. RGTα = *una expectatur.*

2. 𝔈1. — 𝔐 = *Dicis, inquit* contra mstos etiam Naz. Col. P2. 3.

inquit, diligenter eligendos quibus beneficia demus, quia ne
agricolae quidem semina arenis committant. Quod si uerum
est, nostram utilitatem in beneficiis dandis sequimur, quemad-
modum in arando serendoque: neque enim serere per se res ex-
petenda est. Praeterea quaeritis cui detis beneficium: quod
non esset faciendum, si per se beneficium dare expetenda res
esset. quae quocumque loco et quocumque modo daretur bene-
ficium erat. Honestum propter nullam aliam causam quam pro- 3
pter ipsum sequimur. Tamen etiam si nihil aliud sequendum
est, quaerimus quid faciamus et quando et quemadmodum: per
haec enim constat. Itaque cum eligo cui dem beneficium, id
ago ut quandoque beneficium sit: quia si turpi datur, nec hone-
stum esse potest nec beneficium. X. Depositum reddere per se
res expetenda est: non tamen semper reddam, nec quolibet lo-
co nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest utrum infitier
an palam reddam. Intuebor utilitatem eius cui redditurus sum
et nociturum illi depositum negabo. Idem in beneficio faciam:
uidebo quando dem, cui dem, quemadmodum, quare. Nihil 2

Mod. VT = *Dicitis, inquis.* RGVTα Mod. 𝔗 — 𝔖 = *quibus beneficia debeamus.*

ne agricolae quidem = Rα Mod. 𝔗 — 𝔐. GVT𝔏 — 𝔅o = *nec agric. q.*

committant = RGTα Naz. Col. P3. 𝔗 — 𝔖 𝔊ro — 𝔅o. P2. = *committent.* V 𝔐 — 𝔏4. = *committunt.* 𝔗 — 𝔈1. = *committant pro fructu est. Nostram utilitatem.* 𝔈2. — 𝔐 — *Quod si verum est.* G — *est* et = *humilitatem.* Rell. etiam Gr. Mod. ∾. Gron. ci. = *Propterea quaeritis.* Col. = *expetenda est. quae quocunque loco* rell. om.

quaeritis cui detis beneficium = vet. cod. Ermi 𝔊ro — 𝔅o. RGVTα Naz. P2. 3. 𝔗 — 𝔈2. — *cui detis.* 𝔈𝔊 = *quaeritis cui benef.* om. *detis.* 𝔐 — 𝔏4. = *quaeritis cui dandum sit benef.* Mur. ci. = *quaeritis quomodo detis benef.* Steph. (ad Dalech. Ep. 4.) ci. = *quaeritis ubi et qui dandum beneficium.* ut respiciatur ad proxima *quocumque loco et quocumque modo.*

quae quocumque = RGTα Pinc. v. l. P2. 𝔗𝔅 𝔑u 𝔅2. V P3. 𝔈1. — 𝔏4. — *quae.* Naz. (p.m. ut videbatur) = *qui enim quocunque.* Naz. (s.m.) = *quod enim quocunque.* Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔅o = *quia enim quocunque.* quod Gron. probare studet exemplis, quae ex poetis comicis collegit.

3. 𝔏 — 𝔏4. = . *Honestum.* nam putat Lips. hic quaedam perdita esse. R = *propter nulla aliam causam.* 𝔈𝔊 = *quam propter usum sequimur* contra mstos etiam Gr. Mod.

Tamen etiamsi = RGV 𝔗 — 𝔖. α = *Tam etiamsi.* T = *Tamen si nihil aliud etiam.* 𝔐 — 𝔅o = *Tamen etsi.* GVα𝔗𝔅 = *per hanc enim constat.* T = *per hoc enim.*

ut quandoque beneficium sit = RGVTα Gr. 𝔗 — 𝔖. 𝔐 — 𝔅o — *quandoque.*

Cap. X.

T = *non tamen reddendum nec quolibet* om. *semper.* R = *inficier.* 𝔗𝔅 = *interficiar.* 𝔈1. = *inficiarer.* D (s ∾) W Pinc. v. l. = *an parum reddam.* Lips. ci. = *palam an reddam.* α = *nosciturum.* V = *videbo cui dem, quando, quemadmodum.* CHW = *cui dem. quan-*

enim sine ratione faciendum est: non est autem beneficium nisi quod ratione datur, quoniam ratio omnis honesti comes est. Quam saepe hominum donationem suam inconsultam obiurgantium hanc exaudimus uocem, *Mallem perdidisse quam illi dedisse?* Turpissimum genus damni est inconsulta donatio multoque grauius male dedisse beneficium quam non recepisse.
3 Aliena enim culpa est, quod non recepimus: quod cui daremus non elegimus, nostra. In electione nihil minus quam hoc quod tu existimas spectabo, a quo recepturus sim: eligo enim eum qui gratus, non qui redditurus sit. Saepe autem et non redditurus gratus est et ingratus qui reddidit. Ad animum tendit ae-
4 stimatio mea. Ideo locupletem, sed indignum praeteribo: pauperi uiro bono dabo. Erit enim in summa inopia gratus et, cum omnia illi deerunt, supererit animus. Non lucrum ex beneficio capto, non uoluptatem, non gloriam. Uni placere contentus in hoc dabo, ut quod oportet faciam. Quod oportet autem non est sine electione: quae qualis futura sit interrogas?

do dem. quomodo. quare. D = *cui dem. quando dem. quomodo dem. quare enim* [tert. m. = *ymo dem*]. *Nichil est enim.* Etiam Put. = *cui dem, quando dem.* quem ordinem Opsop. commodiorem dicit. T + *quando quid dem.* α (s∾ ead. m.) — *cui dem.* Rell. etiam Gr. ∾.

2. EW — *enim* post *Nihil.* CH = *datur: ratio enim omnis honesti.* D W — *quoniam.* CDW verba *Turpissimum genus — quam non recepisse* collocant ante *Quam saepe hominem.*

exaudimus vocem = RGVTαCDE HW Jur. 𝔗𝔅. D (tert. m.) = *exaudivimus.* 𝔈1. — 𝔅o = *audimus vocem.* E — *Turpissimum genus* — § 4. ex. *interrogas.* H — *Turpissimum genus* — § 3 *a quo recepturus sim.*

Turpissimum genus damni est = C Mod. Naz. vet. Mur. Put. 𝔐 (ed. Paris. a. 1602. et hoc edi voluisse Muretum eius Scholia testantur.) — 𝔅o. TD = *Turp. damni genus est.* RGVα 𝔗 — 𝔊 = *Turp. genus dandi est.* 𝔐 (ed. Rom. et Commelin.) = *Turp. genus perdendi est.* D(m∾) = *Multos quia gravius mallem dedisse.*

3. CDW — *Aliena enim — recepturus sim.* R = *quod non recipimus.*

non elegimus = 𝔈1. — 𝔊 𝔐 (ed. Commelin.). RGVTα 𝔗𝔅 𝔐 (ed. Paris.) — 𝔅o = *non eligimus.* V (cr. ∾) = *nihilo minus.* 𝔗 — 𝔐 — *tu* ante *existimas* contra mstos etiam Pinc. Gr. T = *recepturus sum.* CD HW — *enim eum* post *eligo.* TCD HW — *qui* ante *redditurus sit.* CD HW — *Saepe autem — aestimatio mea.* RGα — *est et ingratus* ante *qui reddidit.* T = *non redditurus gratus qui ingratus reddidit.* 𝔗 — 𝔈2. — *est et* ante *ingratus.* Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔐 = *gratus et ingratus* om. *est.* V𝔏 — 𝔅o ∾. T = *At animum.*

4. CD (s.m.) HW = *Ideo praeterito locuplete pauperi viro.* D (p.m.) = *Ideo pretor locupletem pauper viro.* T + *sed non indignum.* RH = *bona dabo.* D (cr. ∾) = *In erit enim in summa.* D + *inopia mihi gratus.* W = *inopia ingratus.* DW — *illi* ante *deerunt.* T — *non voluptatem.* CDHW — *in hoc dabo.* R = *quid oportet autem.* T = *Quot oportet autem.* DW = *quae qualis futura sit dicam.*

XI. Eligam uirum integrum, simplicem, memorem, gratum, alieni abstinentem, sui non auare tenacem, beneuolum. Hunc ego cum elegero, licet nihil illi fortuna tribuat ex quo referre gratiam possit, ex sententia res gesta erit. Si utilitas me et sordida conputatio liberalem facit, si nulli prosum, nisi ut inuicem ille mihi prosit: non dabo beneficium proficiscenti in diuersas longinquasque regiones, non dabo afuturo semper, non dabo sic adfecto ut spes ei nulla sit conualescendi, non dabo ipse deficiens, non enim habeo recipiendi tempus. Atqui ut scias 2
rem per se expetendam esse benefacere, aduenis modo in nostrum delatis portum et statim abituris succurrimus. Ignoto naufrago nauem qua reuehatur et damus et struimus. Discedit ille uix satis noto salutis auctore et numquam amplius in conspectum nostrum reuersurus debitores nobis deos delegat precaturque illi pro se gratiam reddant: interim nos iuuat sterilis beneficii conscientia. Quid cum in ipso uitae fine constitimus, cum 3

Cap. XI.

E + *Eligam igitur virum.* CHW Put. + *virum bonum, integrum.* 𝔗 — 𝔐 = *sui non avarum, non tenacem* contra mstos etiam Pinc. Naz. P2. Col. Mod. Verd. St. Steph. Scal. R = *benivolum.*

Hunc ego cum = RTCDEHW Pinc. v. l. GV𝔗𝔅 = *Hunc ergo cum.* 𝔈1. = *Hunc nō cum.* 𝔈2. — 𝔙o = *Hunc vero cum.*

ex quo referre = RGVTCDE 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔙o — *ex.* C = *Sin utilitas me.* E — *Si utilitas* — XIII, 3. *pretio gratiam perdunt.* T = *sordida cumputatio alias comparatio.* CDHW — *si nulli prosum* — *ille mihi prosit.* T — *ille* post *invicem.* DW = *in diversas perficiens longinquas regiones.* G(s∾) Col. = *longinquas* om. *que.* T = *in longinquas diversasque.* RGCDHW Naz. P3. Mod. — *non dabo* ante *afuturo.* probat Mod. (Ep. 85.). Col. = *sed abfuturo.* Grut. ci. = *et abfuturo.* VT P2. 𝔗 — 𝔙o ∾. *afuturo* scripsi cum R et Mod. T = *semper affuturo.* G = *adfuturo.* V𝔗 — 𝔙o = *abfuturo.* idem videtur fuisse in Gr. CDHW = *futuro semper. non prae valitudine deficienti. Atqui* [DW = *Atque*] *ut scias* rell. om. R = *ipse adfecto.* V = *ita affecto.*

habeo recipiendi tempus = Naz. RGV plerique Gr. 𝔐 — 𝔙o = *habeo tempus recipiendi.* 𝔗 — 𝔊 = *dabo in tempus recipiendi.* T — *non enim* — *tempus.*

2. D = *res per se expetendae.* CDHW — *advenis modo* — *succurrimus.* T + *advenis et modo.* R = *abiturus.*

et damus et struimus = RGTCDW Naz. P2. 3. Col. 𝔗𝔛. V𝔈1. — 𝔛o = *damus et instruimus.* DW = *Descendit ille.* V = *vir satis noto.* W = *in conspectum meum.* H — *nobis* post *debitores.* T = *deos deligat.* V𝔗 — 𝔏 + *precaturque ut illi.* Rell. etiam Naz. P3. Col. ∾.

gratiam reddant = RGVT 𝔗 — 𝔈1. m𝔈1. 𝔈2. — 𝔙o = *gratiam referant.* CDHW — *interim nos iuvat* — XIII, 1. *nobis profutura.*

3. RG Col. 𝔗𝔅 = *Quid cum ipso vitae in fine constituimus.* 𝔈1. — 𝔐 = *Quid cum ipso vitae in fine constituti sumus.* V = *Quid cum in ipso termino vitae constitimus.* P3. — *in* ante *ipso.* probat Grut. P2. 𝔏 — 𝔊ro = ∾ *vitae in fine* ∾. T = *Quid cum ipso vitae fine consistimus* om. *in.* Naz. (p.m.) = *in ipso*

testamentum ordinamus, non beneficia nihil nobis profutura diuidimus? quantum temporis consumitur, quamdiu secreto agitur quantum et quibus demus? Quid enim interest quibus demus a nullo recepturi? Atqui numquam diligentius damus, numquam magis iudicia nostra torquemus, quam ubi remotis utilitatibus
4 solum ante oculos honestum stetit, tamdiu officiorum mali iudices quamdiu illa deprauat spes ac metus et inertissimum uitium, uoluptas. Ubi mors interclusit omnia et ad ferendam sententiam incorruptum iudicem misit, quaerimus dignissimos quibus nostra tradamus nec quicquam cura sanctiore conponimus quam quod ad nos non pertinet. XII. Ac mehercule tunc magna uoluptas subit cogitantem, Hunc ego locupletiorem faciam et huius dignitati adiectis opibus aliquid splendoris adfundam. Si non damus beneficia nisi recepturi, intestatis moriendum sit. Dicitis, inquit, beneficium creditum insolubile esse: creditum autem non est res per se expetenda. Cum creditum dicimus, ima-
2 gine et translatione utimur. Sic enim et legem scimus iusti iniustique regulam esse: et regula non est res per se expetenda. Ad haec uerba demonstrandae rei causa descendimus. Cum dico creditum, intellegitur tamquam creditum. Uis scire? adicio insolubile, cum creditum nullum non solui aut possit aut

vitae finem constitimus. Naz. (s.m.) = *cum in ipso vitae fine consistimus.* Etiam St. Steph. = *consistimus.* T = *nonne beneficia nihil profutura* om. *nobis.* St. Steph. = *num beneficia.* RG = *quantum et quibus debemus.* T = *qu. et qu. deberemus.* V — *Quid enim — quibus demus?* 𝔗 = *anulo recepturi.* RG — *numquam magis — torquemus.* T = *honestum stetur.*

4. *et inertissimum vitium* = RGT. V = *et ineptissimum vitium.* 𝔗 — 𝔐 = *ac incertissimum vitium.* 𝔏 — 𝔅o = *ac inertissimum vitium.* *inertissimum* legitur etiam in Gr. m𝔈2, m𝔊: sed utrum *ac* habuerint Gr. an *et*, non satis constat. V = *intercludit.* G — *et* ante *ferendam.* P3. = *quicquam cum sanctione componimus.* Mod. = *quicquam curatiores compon.* Grut. notat in Naz. vocem *sanctiore* compendio scribi *sciõre:* unde certe sequitur, ut ille liber inter antiquissimos non sit referendus.

Cap. XII.

Ac mehercule = RV Verd. Tronc. St. Steph. Scal. T = *At mehercule.* G = *Arme hercule.* 𝔗 (meum ex.) = *T mehercule.* 𝔅 — 𝔅o = *Et mehercule.*

et huius dignit. = RGVT 𝔗 — 𝔊 (T = *dignitatibus*). 𝔐 — 𝔅o — *et.* quod contra mstos tollere non audeo. T verba *Si non damus — res per se expetenda* collocat post *Sic enim et legem scimus* § 2. V = *moriendum est.* Rell. ∾. Dalech. tolli iubet *inquit.* T — *Cum creditum dicimus.*

2. *Sic enim et legem scimus* = RGVT 𝔗 — 𝔊. 𝔐 = *Sic enim et legem dicimus.* Muretus, Utrum, inquit, melius sit, neminem dubitaturum arbitror. 𝔏 — 𝔅o = *Sic et legem* om. *enim* et *scimus.* T — *iusti iniustique — res per se expetenda.* T = *Vis scire adeo insolubile.* T = *non solum aut possit aut debeat.*

debeat. Adeo beneficium utilitatis causa dandum non est, ut
saepe, quemadmodum dixi, cum damno aut periculo dandum
sit. Sic latronibus circumuentum defendo, ut tuto transire per- 3
mittatur. reum gratia laborantem tueor et hominum potentium
factionem in me conuerto quas illi detraxero sordes sub accu-
satoribus isdem fortasse sumpturus, cum abire in partem alte-
ram possim et securus spectare aliena certamina. spondeo pro
iudicato et suspensis amici bonis libellum deicio creditoribus eius
me obligaturus. ut possim seruare proscriptum, ipse proscri-
ptionis periculum adeo. Nemo Tusculanum aut Tiburtinum pa- 4
raturus salubritatis causa et aestiui secessus quoto anno emptu-
rus sit disputat: cum emerit, tuendum est. Eadem in benefi-
cio ratio est: nam cum interrogaueris quid reddat, respondebo,
bonam conscientiam. Quid reddit beneficium? Dic tu mihi
quid reddat iustitia, quid innocentia, quid magnitudo animi,
quid pudicitia, quid temperantia? si quicquam praeter ipsas,

aut periculo = V. G𝔗 — 𝔅o = *ac periculo.* RT = *et periculo.* G = *periculo dampnum sit.*

3. RGVT 𝔗 — 𝔊 = *Si latronibus.* Pinc. v. l. 𝔐 — 𝔅o ∾. V = *gratia laborante.* 𝔏 — 𝔊ro = *laborantem tutor* contra mstos. G = *factionem in me cõm'ito* i. e. *commerito.* RGV 𝔗 — 𝔈1. = *subtraxero sordes.* de quo vide. T 𝔈2. — 𝔅o ∾.

isdem = RG. V 𝔈2. — 𝔅o = *iisdem.* 𝔗 — 𝔈1. = *idem.* T = *hiisdem accusatoribus.* R = *fortasse subiturus.*

suspensis amici bonis = RGV Iur. m𝔈2. probat et illustrat Turneb. Advv. XII, 9. T𝔗 — 𝔅o = *suspensum amici bonis.* G = *meo obligaturus.* T = *seritare proscriptum.* G = *in se proscriptionis.*

4. *aut Tiburtinum* = Pinc. emendatiores codd. 𝔈 — 𝔅o. RGVT 𝔗 — 𝔈2. = *atque Tiburtinum.*

paraturus = mR Gron. ci. 𝔏4. — 𝔅1. 𝔅o. RG P3. Naz. Erf. = *paratus.* T P2. 𝔗 — 𝔏 𝔍u = *emere paratus.* Col. 𝔑u 𝔅2. = *comparaturus.* V = *emere pratum.* Burm. (ad Phaedr. IV, 4, 41.) ci. + *aere paraturus.*

quoto anno empturus = mss. 𝔗 — 𝔅o. Lips. ci. = *quota empturus aut quoto nummo empturus aut quoto anno disputat?* om. *empturus sit.* Gron. ci. = *quota annua empturus sit.* sed promptius fuit *quoto annuo.* cf. ad I, 9, 4. RG = *cum erit, tuendum est.*

in beneficio = RGVT. 𝔗 — 𝔅o = *in beneficiis.*

Quid reddit beneficium? = T P2. Mod. 𝔗 — 𝔅o. R = *quod reddit iustitia, quod innocentia, quod magn. animi, quod pud., quod temperantia.* GV Col. = *Quid reddat iustitia, quid innocentia* etc. rell. om. Ambigit Grut., num ea, quae absunt, pro adulterinis habere debeat. Naz. = *Quid reddat beneficium? dic tu mihi quid reddat* etc. hoc fortasse genuinum, ut mente suppleatur *Quaeris*, quod habet mNaz. P3. = *Quid reddit iustitia.* Grut. ci. = *Respondebo, bonam conscientiam. Quid reddit iustitia, quid innocentia* ∾ *si quicquam praeter ipsas non petis?*

temperantia? si quicquam praeter ipsas, ipsas non petis = Mod. ci. (Ep. 85.) 𝔊ro — 𝔅o. T = *si quicquam praeter illas non petis.* Rell. etiam Gr. Mod. Lips. 𝔗𝔅 = *si quicquam praeter ipsas non petis* om. *ipsas.* 𝔈1. — 𝔏4. = *si quicquam praeter ipsas petis?* om. *ipsas non.*

**ipsas non petis. XIII. In quid mundus uices suas absoluit? in
quid sol diem extendit et contrahit? Omnia ista beneficia sunt:
fiunt enim nobis profutura. Quomodo mundi officium est cir-
cumagere rerum ordinem, quomodo solis loca mutare ex quibus
oriatur, in quae cedat et haec salutaria nobis facere sine prae-
mio: ita uiri officium est inter alia et beneficium dare. Quare
2 ergo dat? ne non det, ne occasionem benefaciendi perdat. Uo-
bis uoluptas est inertis otii facere corpusculum et securitatem
sopitis simillimam adpetere et sub densa umbra latitare tenerri-
misque cogitationibus quas tranquillitatem uocatis animi marcentis
oblectare torporem et cibis potionibusque intra hortorum late-
bram corpora ignauia pallentia saginare: nobis uoluptas est dare
3 beneficia uel laboriosa, dum aliorum labores leuent. uel peri-
culosa, dum alios periculis extrahant. uel rationes nostras ad-
grauatura, dum aliorum necessitates et angustias laxent. Quid
mea interest an recipiam beneficia? etiam cum recepero, danda**

Cap. XIII.

In quid mundus = Naz. Mod. RG = *inquit mundus.* Col. + *in quis quid mundus.* V P2. = *Mundus inquit.* T𝔗 — 𝔅o = *Mundus in quid.* St. Steph. = *Mundus in quod.*

vices suas absolvit = Mod. 𝔊ro — 𝔅o. probat Lips. RT Naz. St. Steph. = *vices suas solvit.* inde ortum putat Grut., quod olim scriptum fuerit *vices suas assolvit*, et syllaba geminanda maiusculis expressa *vices suASsolvit.* G P2. 𝔗𝔅 = *incessu absolvit.* Cod. Lips. = *incessu* vel *vicessu absolvit.* V𝔈1. — 𝔏4. = *incessum absolvit.* Col. = *incessu, assolvit.* RGV = *inquit sol.* T = *sol in quid et extendit et extrahit.* CDHW — *rerum* ante *ordinem.* DW — *quomodo* ante *solis* (D = *solus*). 𝔈1. = *in quae caedat.* 𝔈2. — 𝔐 = *in quae cadat* contra mstos etiam Gr. R(cr. ∾) = *beneficia dare.* CDW + *viri boni officium.* CD — *est* post *officium.* G = *ne non detur.* Dalech. = *ne, si non det, occasionem.*

2. CmD (tert. m.) H = *Virilis voluptas est.* DW = *utilis voluptas est.* T = *voluptas es.* Cod. Lips. = *voluptates est.* voluit fortasse *voluptatis est.*

inertis otii facere corpusculum = RGVT vetustiss. Ermi Naz. Col. P2. 3. cod. Lips. 𝔗𝔅 𝔊ro — 𝔅o. 𝔈1. — 𝔊 = *inertis otii facere crepusculum.* St. Steph. = *inerti otio farcire corpusculum* (etiam in vet. Ermi pro *facere* annotatum erat *farcire*). Pinc. ci. 𝔐 — 𝔏4. = *inerti otio assuefacere corp.* Lips. ci. = *inertis otii iacēre corp.* Burm. (ad Phaedr. III, 7, 5.) ci. = *inerti otio facere corp.* CDHW — *inertis otii* — *nobis voluptas est.* Agric. ci. 𝔊 — 𝔏 𝔍u = *soporis simillimam* contra mstos etiam Gr. Verd. Tronc. St. Steph. 𝔗 — 𝔈2. (m𝔈2. ∾) = *sub depressa umbra.* T — *latitare.* R (s∾) = *tenerrimis* om. *que.* T = *tenerrimusque contignationibus.* T = *oblectare tēporem.* VT = *intra ortorum.* Pinc. antiquum ex. + *virilis nobis voluptas est.* CDHW = *beneficium dare vel laboriosa* ∾ *levet.*

3. *periculis extrahant* = RCDHW P3. 𝔅2. (CDH = *extrahat*). probat Grut. VT𝔗 — 𝔅o + *a periculis extrahant.* G Naz. Col. = *aliorum periculis extrahant.* D = *aggravaturas.* CDHW = *necessitudines.* 𝔗𝔅 = *lassent.* CDW = *laxet.* CDW — *etiam* ante *cum recepero.* 𝔑u 𝔅o + *cum non recepero* contra mstos

sunt. Beneficium eius commodum spectat cui praestatur, non nostrum: alioquin nobis illud damus. Itaque multa quae summam utilitatem aliis adferunt pretio gratiam perdunt. Mercator urbibus prodest, medicus aegris, mango uenalibus: sed omnes isti, quia ad alienum commodum pro suo ueniunt, non obligant eos quibus prosunt. XIV. Non est beneficium quod in quaestum mittitur. Hoc dabo et hoc recipiam: auctio est. Non dicam pudicam quae amatorem ut incenderet repulit, quae aut legem aut uirum timuit, ut ait Ouidius:

Quae, quia non licuit, non dedit illa dedit.

Non inmerito in numerum peccantium refertur quae pudicitiam timori praestitit, non sibi. Eodem modo qui beneficium ut reciperet dedit non dedit. Ergo et nos beneficium damus anima- 2
libus quae aut usui aut alimento futura nutrimus? beneficium damus arbustis quae colimus, ne siccitate aut inmoti et neglecti soli duritia laborent? Nemo ad agrum colendum ex aequo et bono uenit nec ad ullam rem cuius extra ipsam fructus est. Ad 3
beneficium dandum non adducit cogitatio auara nec sordida, sed humana, liberalis, cupiens dare etiam cum dederit et augere nouis ac recentibus uetera, unum habens propositum quanto ei

et apertam Senecae mentem. RGT CH Iur. = *commodum expectat.* T = *alioquin non illud damus.* DW aliquot codd. Pinc. 𝔐 — 𝔏 𝔍u = *alioquin nobis, non illi damus.* Rell. etiam quatuor Gr. ∾. CDHW — *Itaque multa — gratiam perdunt.* T — *multa.* T = *qui ad alienum commodum.* 𝔊ro — 𝔑u 𝔅o = *nec obligant* contra mstos.

Cap. XIV.

et hoc recipiam = RGVT Scal. 𝔗 — 𝔅o — *et.* CDEW = *Haec dabo et haec recipiam.* RCD sEW = *actio est.* H = *accusatio est.* E — *Non dicam — non dedit illa dedit.* CsW = *ut incederet.* D (cr. ∾) = *incedetur.* W = *ut incideret.* T + *Et ut ait Ovidius* CDHW P1. + *Ut enim ait Ov.* C — *non dedit.* D (m∾ sec. m.) W(m∾) — *illa dedit.* TC = *in numero refertur.* DW = *non enim in numero peccantium merito.* E = *Num in numero peccantium* om. *inmerito.* E = *qui pudicitiam.* T + *pudicitiam pudori alias timori.* 𝔏 — 𝔊ro + *et non sibi* contra mstos. Grut. ci. = *praestitit, non fidei.*

2. CDEHW — *Ergo et nos — fructus est.* T = *animalibus quae ut usui nobis sint nutrimus.* R(cr. ∾) = *quae aut visui.* G = *ut siccitate.* T(s∾) = *nec ullam rem* om. *ac.*

3. St. Steph. = *Ad beneficium dandum non ducat.* E + *sed liberalis, sed cupiens.* E — *et augere novis* — XX, 2. ex. *vacat cogitare.* CDHW — *et augere — futura sit: alioquin.* Iidem proximis (*humile est, sine laude* — XX, 2. *vacat cogitare.*) praeponunt verba XX, 3. *faciat licet omnia* — XXI, 1. *propositi sui capitur.* R = *novis accrescentibus.*

unum habens propositum quanto ei cui praestat = ci. Grut. 𝔏4. — 𝔅o. Naz. = *num habens prop.* ∾. RGV T (P2.) 𝔗 — 𝔊 = *non habens prop.* ∾. P3. = *non habentes prop.* ∾. Col. = *non habens propositum nisi quanto.* 𝔐 — 𝔏 𝔍u = *et non*

cui praestat bono futura sit: alioquiu humile est, sine laude,
2 sine gloria prodesse, quia expedit. Quid magnifici est se
amare, sibi parcere, sibi acquirere? Ab omnibus istis uera
beneficii dandi cupido auocat: ad detrimentum iniecta manu trahit et utilitates relinquit ipso benefaciendi opere laetissima.
XV. Numquid dubium est, quin contraria sit beneficio iniuria? Quomodo iniuriam facere per se uitanda ac fugienda res est, sic beneficium dare per se expetenda. Illic turpitudo contra omnia praemia in scelus hortantia ualet: ad hoc inuitat honesti per se
2 efficax species. Non mentiar, si dixero neminem non amare beneficia sua, neminem non ita conpositum animo, ut libentius eum uideat in quem multa congessit, cui non causa sit iterum dandi beneficii semel dedisse. quod non accideret, nisi nos
3 ipsa delectarent beneficia. Quam saepe dicentem audias: Non sustineo illum deserere cui dedi uitam, quem periculo eripui. Rogat me ut causam suam contra homines gratiosos agam. Nolo: sed quid faciam? iam illi semel iterumque adfui. Non uides inesse isti rei propriam quamdam uim quae nos dare bene-
4 ficia cogit? primum quia oportet, deinde quia dedimus. Cui initio ratio non fuisset praestandi, aliquid ei praestamus ob hoc, quia praestitimus. Adeoque ad beneficia nos non inpellit utili-

bens prop. quanto ei qui pr. Grut. olim ci. = *non habens prop. quam quanto* ∾. G = *bono futuro sit.*

4. 𝔗𝔅 = *Quid magnifice est.* R = *aquirere.* C = *vera bona dandi cupiendo advocat.* DHW = *vero bona dandi* [D p.m. = *danda*] *cupido advocat.* VT 𝔗 — 𝔅 = *advocat* (𝔅 = *dandi cupio*). CDW = *invecta manu.*

Cap. XV.

DW = *quin beneficia contraria sint munera.* G (*re* n.) = *ac refugienda.* Trist. + *beneficium bene dare.* C = *si bene dare per se expetenda.* 𝔈2. — 𝔐 = *per se expetendum.* D (cr. ∾) = *illuc turpitudo.* T = *in celus hort.* C = *valent.* CDHW — *Non mentiar — congessit*, sed in eorum locum substituunt haec: *Quis non* [D p.m. et W — *non*] *beneficia sua amet?* 𝔗 — 𝔈1. = *in quem multa concessit.* T = *ita oppositum animo.* 𝔈2. — 𝔐 (ed. R om. et Commelin.: nam Paris. et Scholia Mur. ∾) + *ut non libentias videat.* VT = *dandi beneficium.* CDHW = *dandi beneficia.* CDHW — *quod non accideret — beneficia.*

3. T = *dicentem audies.*

quem periculo = RCDHW. sRC sDVT 𝔗 — 𝔅o + *quem e periculo.* C = *contra hos gratiosos.* DW — *homines.* R = *iam illi semel utrumque.* CDW — *Non vides — beneficia cogit.* RGVT Gr. 𝔗𝔅 = *proximam* [Naz. p.m. = *proxima*] *quamdam vim.*

4. CD + *Cui in initio.* T = *ab hoc quia ei praestitimus.* CDHW — *Adeoque ad* — XVII, 1. *natura cavisset.*

Adeoque ad beneficia nos non inpellit = RVT. Naz. + *Adeoque quod ad beneficia* ∾. P3. Col. = *Adeoque quod ad beneficia non impellit* om. *nos.* P2. 𝔈2. — 𝔅o = *Adeoque nos ad beneficia non impellit.* 𝔗 — 𝔈1. = *Adeoque nos ad beneficia impellit*

tas, ut et inutilia tueri ac fouere perseueremus sola beneficii ca-
ritate. cui etiam infeliciter dato indulgere tam naturale quam
liberis paruis. XVI. Iidem isti gratiam referre ipsos fatentur,
non quia honestum est, sed quia utile. quod non esse ita mi-
nore opera probandum est: quia quibus argumentis collegimus
beneficium dare per se rem expetendam esse isdem etiam hoc
collegimus. Fixum est illud a quo in cetera probationes nostrae
exeunt honestum ob nullam aliam causam, quam quia honestum
sit, coli. Quis ergo controuersiam facere audebit an gratum 2
esse honestum sit? Quis non ingratum detestetur hominem sibi
ipsi inutilem? Quid autem, cum tibi narratur aduersus summa
beneficia amici sui ingratus esse, quomodo id fecerit, utrum
tamquam rem turpem fecerit an tamquam rem utilem sibi et pro-
futuram omiserit? Puto, nequam hominem existimas cui poe- 3
na, non cui curatore opus sit. quod non accideret, nisi gra-
tum esse per se expetendum honestumque esset. Alia fortasse
minus dignitatem suam praeferunt et an sint honesta interprete
egent: hoc expositum est pulchriusque, quam ut spendor eius
dubie ac parum luceat. Quid tam laudabile, quid tam aequali-

om. *non.* G Verd. Tronc. — *non.* Dalechampio videtur ita per ironiam dictum. Grut. ci. = *Adeoque q u i d e m ad beneficia non impellit.* V𝔗𝔅 — *ut* ante *et inutilia.* T — *et* ante *inutilia.* 𝔗 — 𝔐 — *est* post *naturale* contra mstos etiam Pinc. Gr.

quam liberis p a r v i s = RGV Pinc. v. l. Gr. Lat. Latin. (B. Pr. p. 45.) Verd. Scal. 𝔗𝔅. probat ms Ruhk. T = *quam liberis p l u s.* 𝔈1. — 𝔅o = *quam liberis p r a v i s.*

Cap. XVI.

RGT 𝔗 — 𝔈1. = *I d em isti.* quod debebat recipi nón minus quam *isdem.* V = *Isti i dem.* R (s u) = *Q i a quibus.* T = *argumentis coll i g i mus.* 𝔈1. = *coll i g e mus.*

i s dem etiam = RG. V𝔗𝔅 = *h i s dem etiam.* 𝔈1. = *h i i sdem etiam.* T 𝔈2. — 𝔅o = *i i s dem etiam.*

hoc coll e g i mus = RGV Naz. P2. Col. 𝔗 — 𝔊. T = *hoc coll i gimus.* P3. = *hoc i n t e l ligimus.* Pinc. v. l. 𝔐 — 𝔅o = *hoc col l i g e mus.*

2. R + *honestum sit c o l i.* G = *sibi ips u m inutilem.* VT P2. 𝔗 — 𝔈1. + *Quid autem t i b i v i d e t u r, cum tibi.*

cum tibi narratur adversus summa beneficia amici sui ingratus e s s e. quomodo id fe c e r i t, utrum tamquam = R. *narratur* spectat ad *ingratum hominem* et repetitur ante *quomodo id fecerit.* G — *esse.* quod abesse poterat. V𝔗 — 𝔊 = *cum tibi narratur d e e o q u i adversus* [= P2.] *ingratus e s t* ∾ (𝔗 — 𝔈1. = *tanquam t u n c turpem*). T = *cum tibi narratur d e e o q u i adv.* ∾ *ingratus e s t. quomodo id fecerit. i t e rum tanquam rem.* Naz. P3. Col. = *cum tibi narratur* [sNaz. + *q u i* sec. m.] *adversus.* Iidem cum Pinc. v. l. P2. = *fecerit* [Naz. p.m. = *feceri s*] *utrum.* Pinc ci. 𝔐 = *cum tibi narratur d e e o q u i adversus* ∾ *ingratus e s t, quomodo id f e r e s?* 𝔏 — 𝔅o = *cum tibi narratur d e e o q u i adv.* ∾ *ingratus e s t, quomodo id f e r s?* 𝔗 — 𝔈2. = *profuturam c o m miserit.*

3. T = *interprete e g e r e t.* R = *dubie ac p a r t i m luceat.* quod fortasse verum est. Cod. Lips. = *tam*

ter in omnium animos receptum quam referre bene meritis gratiam? XVII. Ad hoc, dic mihi, quae causa nos perducit? Lucrum? quod qui non contemnit ingratus est. Ambitio? et quae iactatio est soluisse quod debebas? Metus? nullus ingrato: huic enim uni rei non posuimus legem, tamquam satis natura cauisset. quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis
2 iubet: superuacuum est enim in quod imus inpelli. Quemadmodum nemo in amorem sui cohortandus est quem adeo dum nascitur trahit, ita ne ad hoc quidem, ut honesta per se petat. Placent suapte natura adeoque gratiosa uirtus est, ut insitum sit etiam malis probare meliora. Quis est qui non beneficus uideri uelit? qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis adfectet? qui non ipsis quae inpotentissime fecit speciem aliquam induat recti? uelit quoque etiam his uideri beneficium dedisse
3 quos laesit? Gratias itaque agi sibi ab his quos adflixere patiuntur bonosque se ac liberales fingunt, quia praestare non

aequaliter in omnium a d o m n e s receptum. Lips. ci. = *tam aequaliter a d o m n e s receptum.*

Cap. XVII.

quod debe b a s = 𝔈2. — 𝔅o. R GVT 𝔗 — 𝔈1. = *quod deb e a s.* RG = *Men i s ullus ingrato.* G Scal. — *uni* ante *rei.* T = *non pos s u mus legem.* RG = *natura ca r u issel.* V = *Quomodo nulla r e s.*

supervacuum est enim in quod imus inpelli = RGT Naz. P2. Put. 𝔏 — 𝔅o. Quaedam exx. Pinc. — *enim.* P3. Col. = ∾ *in quod u n u s impelli.* V = *supervacuum est enim in quod u n u s q u i s q u e n a t u r a p r o n u s e s t l e g e impelli.* 𝔗𝔅 = *supervacuum est i n q u i t i n h u i u s impelli.* 𝔈1. — 𝔖 = *supervacuum est i n q u i t i n n a t u r a e i u s impelli.* Pinc. alia exx. + ∾ *in quod n a t u r a imus impelli.*

2. *quem a d e o d u m nascitur trahit* = St. Steph. ci. Mod. (Ep. 85.) 𝔊ro — 𝔅o. RG Naz. Col. P3. Mod. = *quem a d m o d u m nascitur trahit.* T P2. 𝔗𝔅 = *quem a d m o d u m q u o d nascitur trahit.* V = *quem s e c u m e x q u o nascitur trahit.* 𝔈1. — 𝔏4. = *quem c u m nascitur trahit.* Grut. ci. = *quem a d m o d u m dum nascitur trahit.* Fortasse ex V scribendum *quem e x q u o nascitur trahit.* CHW — *quem* — *trahit.* D — *quem* — *ita ne.* G = *n e c ad hoc quidem.* W = *n e c ad hoc* om. *quidem.* RCDH — *quidem.*

Plac e n t suapte natura = RG Pinc. v. l. Gr. 𝔊𝔖 𝔅2. V 𝔗 — 𝔈2. 𝔐 — ℜu 𝔅o = *Plac e t suapte natura.* T = *Plac e t sua p a r t e* [*ple*] *natura.* W = *Plac e t sua a p e r t e* [*er* n.] *natura.* H = *Plac e t sua p e r s e natura.* D = *Adeo* om. *que.* D = *insit u s.* T — *etiam* ante *malis.* R = *qui non beneficus e s s e velit.* G(m∾) = *qui non benefic i i s* [sp. vc.] *velit.* VT 𝔗𝔅 = *qui non benefic i i s videri velit.* CDW = *q u i s non inter.* CD HW = *q u i s non ipsis.* St. Steph. = *quae imp u d e n tissime.* Quidam codd. Pinc. = *indu c at recti.* Col. = *aliquam recti f e c i t a u t induat.*

velit quoque e t i a m h i s videri = RGVCD (D = *h i i s*) omnes Pinc. Gr. H = ∾ *e t his videri.* T = ∾ *etiam i s videri.* Erf. = ∾ *etiam i i s* [an *his?*] *videri.* 𝔗 — 𝔈2. — *etiam.* 𝔈 — 𝔐 = *velit quoque i i s videri.* 𝔏 — 𝔅1. = *velit quoque e t i i s videri.* Gron. ci. ℜu — 𝔅o = *velitq u e etiam i i s videri.* T = *q u i laesit.*

3. CDHW — *Gratias itaque* — *pudorique est.* V = *ab i i s quos.* G = *quos afflix e r i t.* G = *se a d libera-*

possunt. Quod non facerent, nisi illos honesti et per se expetendi amor cogeret moribus suis opinionem contrariam quaerere et nequitiam abdere cuius fructus concupiscitur: ipsa uero odio pudorique est. nec quisquam tantum a naturali lege desciuit et hominem exuit, ut animi causa malus sit. Dic enim cuilibet 4
ex istis qui rapto uiuunt an ad illa quae latrociniis et furtis consequuntur malint ratione bona peruenire? Optabit ille cui grassari et transeuntes percutere quaestus est potius illa inuenire quam eripere. Neminem reperies qui non nequitiae praemiis sine nequitia frui malit. Maximum hoc habemus naturae meritum, quod uirtus in omnium animos lumen suum permittit: etiam qui non sequuntur illam uident. XVIII. Ut scias per se expetendam esse grati animi adfectionem, per se fugienda res est ingratum esse, quoniam nihil aeque concordiam humani generis dissociat ac distrahit quam hoc uitium. Nam quo alio tuti sumus, quam quod mutuis iuuamur officiis? hoc uno instructior uita contraque incursiones subitas munitior est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? praeda animalium et uictimae ac bellissimus et facillimus sanguis. Quoniam cete- 2
ris animalibus in tutelam sui satis uirium est, quaecumque uaga nascebantur et actura uitam segregem armata sunt: hominem

les. St. Steph. + *opinionem bonitatis contrariam.* T = *pudori est* om. *que.* C = *ne quisquam tantum.* TC = *a nature lege.* H = *a lege nature.* D = *a lege sue nature* om. *tantum.* W = *tamen a lege sue nature.* R = *et hominem exivit.* Quaedam exx. Pinc. = *ut enim causa malus sit.* Pinc. ci. = *ut inani causa malus sit.* Mss. etiam Gr. ∾.

4. CDHW — *Dic enim* — *bona pervenire.* 𝔗 — 𝔐 = *Dic ergo cuilibet* contra mstos etiam Pinc. Gr. RG = *conseeuntur.* G = *cui crassari.* C = *cui cessaret et transeuntes.* Libri Lips. = *et pervenire percutere.* CDHW = *Neminem invenies qui non.* CDHW — *Maximum hoc* — XVIII, 3. *tuto licet? Denique.* V = *hoc hñs* [i. e. *habens*] *naturae.* 𝔊 — 𝔏4. = *lumen suum praemittit* contra mstos etiam Gr. G = *secuntur.*

Cap. XVIII.

𝔗 — 𝔊2. = *expetendum esse.* sed correctum voluit Erm. T = *gratam animi affectionem.* V = *quod mutuis vivamus.* T = *Hoc uno instructiores commercio* rell. om. 𝔗𝔅 = *incisiones.* T = *Fac nos singules.* T = *ac victimae.*

victimae ac bellissimus = Naz. P2. (3?) vet. Mur. (s.m.) 𝔗 — 𝔊. R (s.m.) GV + *victimae delectabilis ac bellissimus.* Illud olim adscriptum est, ut hoc explicaret. R (p.m.) + *victimae delectabiles ac bellissimus.* P2. (3?) = *victimae delectabilis ac bellicissimus.* Col. = *ac becillissimus.* T = *victimae ac imbecillus.* T = *victimae debilis ac vilissimus.* Vet. Mur. = *victimae ac bilissimus.* 𝔐 — 𝔏4. = *victimae ac vilissimus.* Dal. = *victimae ac imbecillimus.* 𝔊ro — 𝔅o = *victimae ac imbecillissimus.* male: nam Seneca *ac* non posuit ante voces a Vocali incipientes.

2. T — *sui* post *tutelam.*

vaga nascebantur = RGVT Naz.

inbecillitas cingit. non unguium uis, non dentium terribilem ceteris fecit: nudum et infirmum societas munit. Duas res dedit quae illum obnoxium ualidissimum facerent, rationem et societatem. Itaque qui par esse nulli posset, si seduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit. societas terris genitum in alienae naturae transmisit imperium et dominari etiam in mari iussit. Haec morborum inpetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit. haec fortes non facit, quod licet contra fortunam aduocare. Hanc societatem tolle et unitatem generis humani qua uita sustinetur scindes. tolletur autem, si efficis ut ingratus animus non per se uitandus sit, sed quia aliquid illi timendum est. Quam multi enim sunt quibus ingratis esse tuto licet? Denique ingratum uoco quisquis metu gratus est. XIX. Deos nemo sanus timet: furor est enim metuere salutaria nec quisquam amat quos timet. Tu denique, Epicure, deum inermem facis: omnia

(p.m.) P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔈2. Vet. cod. Ermi Naz. (s.m.) 𝔊 — 𝔅o = *vaga nascuntur*. Sed opinor etiam in vet. Ermi positum fuisse a sec. m. vid. ad III, 32, 1. V = *et habitura vita segregem*. RG Naz. P3. Col. = *imbecilla cingit*. T P2. 𝔗 — 𝔈1. = *imbecilla vis cingit*. V = *imbecilla cingit vis*. Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅1. = *imbellia cingit*. quod laudat Forcellinus in Lexico. s Naz. 𝔈2. — 𝔏4. 𝔑u — 𝔅o ∾. at vix puto sanum esse.

quae illum obnoxium validissimum = 𝔊ro — 𝔅o. Gron. ait minus difficultatis fore, si Vérbum *facerent* interpositum esset inter duo Adiectiva. Naz. (p.m.) = *quae illum obnoxiom val.* RGV alter Ermi Naz. (s.m.) P 2. Col. cod. Lips. = *illum obnoxio val.* Col. = *illum obnoxio validissimi*. 𝔗 — 𝔈1. = *illum obnoxio quolibet validissimum*. m𝔈1. = forte. *obnoxio cuilibet*. T unus Ermi 𝔈2. — 𝔏4. + *illum obnoxium ceteris validissimum*. Pinc. ci. = *quae illum a noxio quamlibet valido securum facerent*. Grut. ci. = *quae illi obnoxium validissimum*. Lips. ci. = *quae illum ex obnoxio validissimum*. Cod. Iur. = *si per se niteretur, rerum potitur*. 𝔐 — 𝔏𝔍u = *si diduceretur r. p.* contra mstos etiam Gr. 𝔗 — 𝔈1. — *rerum potitur*. Mss. etiam Anglic. et Basil. Ermi Gr. ∾. R = *dominium omnium animalium fecit*. recte, opinor. RG = *societas terris gentium*. St. Steph. Scal. 𝔗 — 𝔈2. = *societas terras gentium*. VT ex. schol. Salmant. 𝔊 — 𝔅o ∾.

3. RVT = *Hoc morborum impetus*. RT 𝔗𝔅 = *impetus arguit*. G = *arguis*. Lat. Latin. (Bibl. Prof. p. 45.) ci. = *quam licet contra fortunam advocare*.

Hanc societatem tolle = RGVT 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o — *societatem*. V = *tolles autem, si*.

si efficis = RGVT. 𝔗 — 𝔅o = *si efficies*.

quia aliquid illi timendum est = RGV (V = *timendus est*) T Pinc. v. l. Gr. St. Steph. Scal. Lat. Latin. (l. l.). 𝔗 — 𝔅o = *quia aliud illi* ∾. Grut. ci. = *quia aliud quid illi* ∾. Dal. = *vitandum est*. 𝔗 — 𝔅o = *quam multi sunt enim* contra mstos. VT 𝔗 — 𝔊 = *ingratos esse*. 𝔗𝔅 = *tute licet*. D = *metus gratus est*.

Cap. XIX.

CDW — *furor est enim* — § 3. *id est honestum*.

illi tela, omnem detraxisti potentiam et, ne cuiquam metuendus esset, proiecisti illum extra metum. Hunc igitur inseptum ingenti quidem et inexplicabili muro diuisumque a contactu et a conspectu mortalium non habes quare uerearis: nulla ibi nec tribuendi nec nocendi materia est. In medio interuallo huius 2
et alterius coeli desertus, sine animali, sine homine, sine re ruinas mundorum supra se circaque se cadentium euitat non exaudiens uota nec nostri curiosus. Atqui hunc uis uideri colere non aliter quam parentem grato, ut opinor, animo: aut si non uis uideri gratus, quia nullum habes illius beneficium, sed te atomi et istae micae tuae forte ac temere conglobauerunt, cur colis? Propter maiestatem, inquis, eius eximiam singularem- 3
que naturam. Ut concedam tibi, nempe hoc facis nullo pretio inductus, nulla spe. Est ergo aliquid per se expetendum cuius te ipsa dignitas ducit: id est honestum. Quid est autem honestius quam gratum esse? huius uirtutis materia tam late patet quam uita. XX. Sed inest, inquit, huic bono etiam utilitas aliqua: cui enim uirtuti non inest? sed id propter se expeti dicitur quod, quamuis habeat aliqua extra commoda, sepositis quoque illis ac remotis placet. Prodest gratum esse: ero tamen gratus, etiam si nocet. Gratus est: quid sequitur? Ut haec

R(s∾) — *ne* ante *cuiquam*. VT = *proiecisti eum*. 𝔈1. — 𝔏4. = *proiecisti ipsum*. Rell. etiam Pinc. v. l. ∾.

extra metum = RGVT Gr. 𝔗 — 𝔊 𝔏 — 𝔏4. Muret. ci. 𝔐𝔑u 𝔅o = *extra mundum*. 𝔊ro — 𝔅1. = *extra motum*. quod nescio an sit librario assignandum. Lips. ci. 𝔅2. = *extra metam*. Ruhkopfius, ut solet admodum negligenter laudare scripturas Pinc. et Grut., omnes codices et editiones habere *extra motum* scripsit: quod cum crederet verum esse Goerenzius (Progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 11.) coniectura restituit veram scripturam atque sic explicavit: *ne deus*, inquit, *reformidandus esset ab hominibus, relegasti eum illum in locum, unde nullus ab eo ad homines pervenire metus possit.*

inseptum = RG Naz. P3. Col. 𝔊ro — 𝔅o. VT 𝔗 — 𝔏4. = *septum*.

ingenti quidem = RGV 𝔗 — 𝔊. T — *quidem*. 𝔐 — 𝔅o = *ingenti quodam*.

nulla ibi nec tribuendi = RG Scal. Verd. Tronc. VT 𝔈1. — 𝔅o = *nulla illi nec trib.* 𝔗𝔅 = *nulli illi*. Dal. = *iuvandi nec nocendi*.

2. T — *se* ante *cadentium*. V = *Atque hunc vis*. 𝔗𝔅 = *Atqui tunc vis*.

3. T = *Propter maiestatem eius inquit ac singularem nat.*

nullo pretio inductus, nulla spe = RGVT quatuor Gr. 𝔗 — 𝔅o = *nulla spe, nullo pretio inductus*. 𝔗 — 𝔐 — *ergo* ante *aliquid per se expetendum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V + *huius autem virtutis*. D — *materia*.

Cap. XX.

DW = *propter se expetitur quod*. 𝔈1. — 𝔅o + *extra se commoda* contra mstos. Iunge *extra* cum *habeat* et cf. Caes. B. C. III, 69, 4. CDH W — *illis* ante *remotis*. DW = *placeat*.

etiam si nocet = RGVTCDW 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *etiamsi noceat*.

2 **res illi alios amicos, alia beneficia conciliet. Quid ergo, si quis
sibi offensas concitaturus est? si quis intellegit adeo per hoc se
nihil consecuturum, ut multa etiam ex reposito acquisitoque per-
denda sint? Non libens in detrimenta descendit. Ingratus est
qui in referenda gratia secundum datum uidet, qui sperat cum
reddit. Ingratum uoco qui aegro adsedit, quia testamentum fa-
3 cturus est, cui de hereditate aut de legato uacat cogitare. Fa-
ciat licet omnia quae facere bonus amicus et memor officii de-
bet, si animo eius obuersatur spes, si lucri captator est et ha-
mum iacit: ut aues quae laceratione corporum aluntur lassa
morbo pecora et casura e proximo speculantur, ita hic inminet
morti et circa cadauer uolat. XXI. Gratus animus ipsa uir-
tute propositi sui capitur. Uis scire hoc ita esse nec illum uti-
litate corrumpi? Duo genera sunt grati hominis. Dicitur gra-
tus qui aliquid pro eo quod acceperat reddit. Hic fortasse osten-
tare se potest: habet quod iactet, quod proferat. Dicitur gra-
tus qui bono animo accepit beneficium, bono debet. Hic intra
conscientiam clusus est. quae illi contingere potest utilitas ex**

Gratus est: quid sequitur? = GVT P2. 3. Col. Verd. St. Steph. Scal. 𝔗𝔅. R = ∾ *qui id sequitur.* V = ∾ *qui sequitur.* Naz. (p.m. ut videbatur) = *Gratus quid sequitur?* om. *est.* Naz. (s.m.) = *Gratum esse quid sequitur?* ℭ1. — 𝔅o + *Qui gratus est, quid sequitur?* CDHW — *Gratus est* — § 2. ex. *vacat cogitare.* R + *et alia beneficia.* T = *concilies.*

2. 𝔗𝔅 = *ex opposito acquisitoque.* ℭ1. 2. = *ex apposito acq.* Mss. etiam Pinc. ∾.

non libens in detrimenta descendit = RGVT 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *num libens in detr. descendet?*

qui aegro adsedit = RG. VT 𝔗 — 𝔅o = *qui aegro assidet.*

3. De CDHW cf. ad XIV, 3. R — *facere* ante *bonus amicus.* sed rell. ∾. DW — *et memor officii.* VEW (m∾) = *observatur spes.* C = *adversatur spes.*

si lucri captator est = RGVTC sDEHW Delben. quatuor Gr. 𝔗 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅2. probat Gron. D = *si lucri captoris.* 𝔐 — 𝔏4. — *lucri.* Grut. ci. = *spes lucri, captator est.* assentitur Lips. 𝔅o = *opes, lucri captator est* om. *si.* CDW = *si iacit hamum. morti imminet.* [XXI.] *Gratus animus ipsa virtute propositi* [D (s∾) — *propositi*] *sui* [DW + *imminet vel*] *capitur. Humile est* (D = *humilem enim sine*) rell. om. E = *Si iacit hamum. morti imminet.* reliqua omittit usque ad XXVI, 1. *insidiosa capiamur.* G quidam Pinc. = *laxa morbo.* 𝔗 — 𝔊 = *lapsa morbo* contra mstos etiam Pinc. G (n.) + *morbo corpora pecora.*

Cap. XXI.

H — *Gratus animus* — *proferat.* C DW — *Vis scire* — *quod proferat.* R = *nec ullum utilitate.* V — *ostentare se.* D = *qui bono accipit animo.* T = *bono videt. Hic intra.* 𝔗 — ℭ2. = *bono dedit. Hic intra.* Rell. etiam Pinc. ∾.

intra conscientium clusus est = RGT Pinc. Gr. 𝔏 — 𝔅o. VC Verd. Tronc. St. Steph. = *intra consc. clausus est.* DW = *inter consc. clausus est.* H = *intra scientiam clausus est.* 𝔗𝔅 = *intra consc. obusus est.* ℭ1. — 𝔐 = *intra consc. occlusus est.*

adfectu latenti? Atque hic, etiam si ultra facere nil potest, 2
gratus est: amat, debet, referre gratiam cupit. Quicquid ultra desideras non ipsi deest. Artifex est etiam cui ad exercendam artem instrumenta non suppetunt, nec minus canendi peritus cuius uocem exaudiri fremitus obstrepentium non sinit. Uolo referre gratiam: post hoc aliquid superest mihi, non ut gratus, sed ut solutus sim. Saepe enim et qui gratiam retulit ingratus 3
est et qui non retulit gratus. Nam ut omnium aliarum uirtutum ita huius ad animum tota aestimatio redit. Hic si in officio est, quicquid defuit fortuna peccat. Quomodo est disertus etiam qui tacet, fortis etiam qui conpressis manibus uel etiam adligatis, quomodo gubernator etiam qui in sicco est, quia consummatae scientiae nihil deest, etiam si quid obstat quo minus se utatur: ita gratus est etiam qui uult tantum nec habet huius uo- 4
luntatis suae ullum alium quam se testem. Immo amplius adiciam: est aliquando gratus etiam qui ingratus uidetur, quem mala interpres opinio in contrarium tradidit. Hic quid aliud sequitur quam ipsam conscientiam? quae etiam obruta delectat, quae concioni ac famae reclamat et in se omnia reponit, et cum ingentem ex altera parte turbam contra sentientium adspexit,

CDHW — *quae illi* — § 2. *gratus est.* RG = *latente.*

2. *Atque hic* = RGVT Gr. 𝔗 — 𝔈2. Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅o = *Atqui hic.* *facere nil potest* = RGV 𝔗 — 𝔖. 𝔐 — 𝔅o = *facere nihil potest.* T = *nihil facere potest.* CDHW — *debet.* Dal. = *nunc ipsi deest.* CDHW — *Artifex* — *ut solutus sim.* T = *obstrepentium non sunt.* R 𝔗𝔅 = *post haec aliquid.* T = *post hic aliquid.* 𝔈1. — *hoc.* R (s∾) — *superest.* 𝔗 — 𝔐 — *mihi* post *superest* contra mstos etiam Gr.

3. CH — *enim.* DW — *enim et.* RG — *et* ante *qui non retulit.* TCDHW — *omnium* ante *aliarum virtutum.* DW = *existimatio ad animum reddit tota.* DW = *sine officio est.* Nonnulli Pinc. = *quicquid deficit fortuna peccat.* Mei codd. et Gr. ∾. CDHW = *fortissimus etiam qui.* W = *pressis manibus.* *vel etiam adligatis* = RGVT 𝔗 — 𝔐. 𝔏 — 𝔅o = *vel et alligatis.* CH = *licet alligatis.* D = *manibus obligatur.* W = *manibus alligatur.* W = *consummatae conscientiae.* R (del.) + *si quid est obstat.*

4. C = *ita et gratus est qui etiam vult.* DW + *ita et gratus* ∾. CDHW — *Immo amplius adiciam.* *in contrarium tradidit* = RGVT CDHW Naz. (s.m.) P2. 3. Col. Verd. Tronc. Scal. 𝔗 — 𝔈2. Naz. (p.m.) — *in.* Vet. cod. Ermi 𝔊 — 𝔅2. 𝔅o = *in contrarium traducit.* Alia exx. Pinc. = *in contrarium vertit.* 𝔑u = *contrarium traducit* om. *in.* DW = *sequitur aliud nisi.* CHW = *etiam dirula delectat.* D(p.m.) = *durata delectat.* D (tert. m.) = *divina delectat.* D + *quae etiam in* [*in* n.] *concioni.* H + *quae et concioni.* W + *quae etiam concioni.* CDHW — *et cum ingentem* — XXII, 1. *bona conscientia stillet.* Sed in eorum locum substituunt haec: *Bene conscio* [HW = *concio*] *homini si cor bona* [DW = *bonum*] *conscientia plenum stillet* (H = *stillat*). T — *turbam.* V = *turbam ɔsciam*

non numerat suffragia, sed una sententia uincit. Si uero bonam fidem perfidiae suppliciis adfici uidet, non descendit e fastigio, sed supra poenam suam consistit. XXII. Habeo, inquit, quod uolui, quod petii: nec poenitet nec poenitebit nec ulla iniquitate me eo fortuna perducet, ut hanc uocem audiam, Quid mihi uolui? quid nunc mihi prodest bona uoluntas? Prodest et in eculeo, prodest et in igne. qui si singulis membris admoueatur et paulatim uiuum corpus circumeat, licet ipsum corpus plenum bona conscientia stillet: placebit illi ignis per quem bona
2 fides conlucebit. Nunc illud quoque argumentum quamuis dictum iam reducatur. Quid est quare grati uelimus esse, cum morimur? quare singulorum perpendamus officia? quare id agamus in omnem uitam nostram memoria decernente, ne cuius officii uideamur obliti? Nihil iam superest quo spes porrigatur: in illo tamen cardine positi abire e rebus humanis quam gratis-
3 simi uolumus. Est uidelicet magna in ipso opere merces rei et ad adliciendas mentes hominum ingens honesti potentia. cuius pulchritudo animos circumfundit et delinitos admiratione luminis

[i. e. *conscientiam*] *aspexit*. R — *una ante sententia*. Naz. P3. = *perfidiae supplicis*. Col. = *perf. supplicio*. T = *et supra poenam*.

Cap. XXII.

R = *inquid*.

nec poenitet = RGVT. 𝔗 — 𝔚o = *Non poenitet*. T = *vocem audiant*. Lips. ci. = *vocem audiat*. ut ad fortunam referatur. T = *bona voluntatis*. V = *prodest* ante *et in igne*. V = *Quid si singulis*. R = *circueat*. Lips. vocem *corpus* dicit redundare, Gron. mendosam esse. Gron. ci. = *ipsum cor* (quod est in CDHW [vide ad XXI, 4.] et nonnullis Pinc.) aut *pectus*. Nihil ego quidem mutaverim: nam *stillare* de *corpore* tantum dici potuit, quod *ignis circumit*. Nonnulli Pinc. = *Bene conscio homini si cor bonum plenum bona conscientia stillet*. CDHW Pinc. v. l. P1. = *bona conscientia collucebit* (Pinc. v. l. = *lucebit*).

2. R(m∾) — *Nunc illud quoque* — *reducatur*. V Lat. Latin. (Bibl. Prof. p. 45.) = *Huc illud quoque*. 𝔗𝔚 — *illud*. 𝔊l. — 𝔚o = *Nunc quoque illud* contra mstos etiam Pinc. D (cr.∾) = *illum* et — *quamvis dictum iam*. GV quidam codd. Pinc. Naz. P2. Col. 𝔗𝔚 = *quamvis ductum iam* (Pinc. — *iam*). mCol. ad *ductum* habet *id est disputatum*. C sDHW Pinc. v. l. P1. = *argumentum supra dictum*. DW P1. = *repetatur*. mRT P3. 𝔊l. — 𝔚o ∾. G (s∾) T = *grati volumus esse*. CDHW — *quare singulorum* — *videamur obliti*. T = *Quia id agamus*.

memoria decernente = RGV quatuor Gr. 𝔗 — 𝔊 𝔊ro — 𝔚o. defendit Gron. T = *memoria decurrento*. 𝔐 — 𝔏 4. = *memoria decurrente*. T = *videatur*. D (s∾) W = *Nihil iam semper est*. D (p.m.) = *in illo tamen oridine*. D (s.m.) HW Trist. = *in illo tamen ordine*. T = *abire est rebus humanis*. CD = *a rebus humanis*. T = *qui gratissimi*. CDHW = *quam gratissime*.

3. CH = *magna potentia in ipso opere et virtus honesti. cuius pulchritudo* rell. om. DW = *in isto opere magna potentia et virtus honesti. cuius pulchr.* CDHW — *et delinitos* — § 4. ex. *iturus*. RV = *et*

ac fulgoris sui rapit. At multa hoc commoda oriuntur: et tutior est uita melioribus amorque et secundum bonorum iudicium aetasque securior quam innocentia, quam grata mens prosequitur. Fuisset enim iniquissima rerum natura, si hoc tantum bo- 4
num miserum et anceps et sterile fecisset. Sed illud intuere an ad istam uirtutem quae saepe e tuto ac facili aditur etiam per saxa et rupes et feris ac serpentibus obsessum iter fueris iturus.

XXIII. Non ideo per se non est expetendum cui aliquid extra quoque emolumenti adhaeret: fere enim pulcherrima quaeque multis et aduenticiis comitata sunt dotibus, sed illas trahunt, ipsa praecedunt. Num dubium est quin hoc humani generis domicilium circuitus solis ac lunae uicibus suis temperet? quin alterius calore alantur corpora, terrae relaxentur, inmodici humores conprimantur, adligantis omnia hiemis tristitia frangatur: alterius tepore efficaci et penetrabili regatur maturitas frugum? 2
quin ad huius cursum fecunditas humana respondeat? quin ille annum obseruabilem fecerit circumactu suo, haec mensem minoribus se spatiis flectens? Ut tamen detrahas ista, non erat

delinitos admiratio. V (cr. ∾) = *fulguris sui.* RGT = *fulgoris vi.* 𝔗 — 𝔈1. = *ac multa h. comm.*

hoc commoda = RG Naz. Col. + *ex hoc commoda.* T = *huic commoda.* VP2. 𝔗 — 𝔅o = *hinc commoda.* 𝔅 = *melioribus am arque et secundum.* 𝔈 1. = *melioribus amatque et sec.* 𝔈2. — 𝔊 = *melioribus atque secundum bonorum.* 𝔐 = *Et tutior est vita melioribus et securior innocentia quam grata* rell. om. Erm. ci. = *At multa h. c. oriuntur et tutior est vita melioribus atque sec. bonorum iudicium etiam securior quam innocentia.* Mss. etiam Gr. ∾.

4. *quae saepe e tuto ac facili aditur* = vet. cod. Ermi 𝔑u — 𝔅o. R = *quae saepe tuto ac facili datura viam.* G Naz. (p.m.) P3. = *quae saepe* [Naz. — *saepe?*] *tuta ac facili daturus.* VT P2. 𝔗 — 𝔈2. = *quae saepe tuto ac facili* [T = *facile*] *datur etiam.* Col. = *an ad istam virtutem conspexit qui saepe tuta ac facili daturus etiam* ∾ *fuerit.* Etiam ex. Fac. et Prim. = *tuta.* unde Pinc. ci. = *quae saepe tuta ac facili aditur,* et intelligi iubet *via.* Naz. (s.m.) 𝔈 — 𝔅 1. = *quae saepe tuto* ∾ om. *e.* T = *ac rupes.*

Cap. XXIII.

H = *expetenda.* W (m∾) = *credendum.* V = *emolumentis.* C + *et adventiciis rebus.* DW = *adventus* [D p.m. = *adventitiis*] *rerum* om. *et.* H + *et adventiciis rerum.* D (m∾) = *communicata.* GDW = *si illa trahunt.* R = *ipsa procedunt.* RVT Pinc. v. l. P3. vet. cod. Rom. Lat. Latin. (B. P. p. 45.) = *Non dubium est.* G Naz. Col. P2. 𝔗 = 𝔅o ∾. V = *immodi humores.* T = *reprimantur.*

2. RGVT 𝔗𝔅 = *alterius tempore.* Verd. Scal. = *alterius temperie.* R — *et* ante *penetrabili.*

regatur = RGVT Verd. Tronc. Scal. (idem videtur in Gr. fuisse: nam *rigatur,* quod exstat in Gruteri Animadversionibus, assigno librario alucinanti). 𝔗𝔅 = *rogatur.* 𝔈1. — 𝔅o = *rigetur.* G (n.) + *frugum cursum fecunditas.* V = *hoc mensem.* *se* ante *spatiis* in V notatum est. V + *spatiis spere flectens.* T = *spatiis se flectens.* 𝔗 — 𝔊 = *mi-*

ipse sol idoneum oculis spectaculum dignusque adorari, si tan-
tum praeteriret? non erat digna suspectu luna, etiam si otiosum
3 sidus transcurreret? Ipse mundus, quotiens per noctem ignes
suos fudit et tantum stellarum innumerabilium refulsit, quem non
intentum in se tenet? quis sibi illa tunc cum miratur prodesse
cogitat? Adspice ista tanto superne coetu labentia, quemadmo-
dum uelocitatem suam sub specie stantis atque inmoti operis abs-
condant. Quantum ista nocte quam tu in numerum ac discri-
men dierum obseruas agitur? quanta rerum turba sub hoc silen-
4 tio euoluitur? quantam fatorum seriem certus limes educit? Ista
quae tu non aliter quam in decorem sparsa consideras singula in
opere sunt. Nec enim est quod existimes septem sola discur-
rere, cetera haerere: paucorum motus conprehendimus, innu-
merabiles uero longiusque a conspectu [nostro] seducti di eunt
redeuntque. Et ex his qui oculos nostros patiuntur plerique
obscuro gradu pergunt et per occultum aguntur. Quid er-
go? non caperis tantae molis adspectu, etiam si te non tegat,
non custodiat, non foueat generetque ac spiritu suo riget?

noribus sphaerae [*spaerae*] *spatiis fl.* R = *non erit ipse sol.* T — *oculis.*

3. TW = *per noctes.* T = *ioves suos fudit.* CDW = *fundit.* V = *refulxit.* V = *quam non intatum.* D = *quae non intenta.* 𝔗𝔅 = *intentu.* W = *qui sibi illa.* D — *sibi.* TCH 𝔐 — *tunc.* D = *illa comiratur.* W — *tunc cum.* CDHW — *Adspice ista — observas agitur?* Lat. Latin. (l. l.) ci. = *Adspice astra.*

tanto superne coetu = RGV libri Lips. Verd. Tronc. Trist. Scal. 𝔗 — 𝔈2. T = *tanto coetu superne.* sed idem saepius mutat verborum ordinem. Grut. ex suis libris nihil laudat nisi *coetu.* Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅o = *tacito superne coelo* propter versum Virgil. (A. III, 515.) *Sidera cuncta notat tacito labentia coelo.* Gron. ci. = *tacito succentu labentia* „elegantissimo oxymoro.“ (idem male laudat ex Pinc. *tacito sub coetu*). RG Naz. P3. = *Quantus ista nocte.* RGVT Naz. P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔈1. = *quantum in numerum.* T = *et discrimen.* 𝔗 — 𝔐 = *discrimen demum* contra mstos etiam Ermi ex. Francisc. et schol. Salmant. Gr. Lat. Latin. (l. l.). Ern. *demum* accipit pro *tantum.* T — *observas.* RV 𝔗 — 𝔈1. = *igitur.* GT Ermi codd. ∾. Vet. Hisp. = *Quantus ista nocte splendor? quanta in numerum aut discrimen dierum observantia agitur?* G = *evolvatur.*

limes educit = VTC Naz. (s.m.) P1. 3. Verd. Tronc. Scal. 𝔊ro — 𝔅o. RGH Pinc. v. l. Naz. (p.m.) P2. Col. veteres Lips. = *limes educet.* D = *limes eduxit.* 𝔗𝔅 = *limes adducet.* sD 𝔈1. — 𝔈4. = *limes adducit.*

4. RG 𝔗𝔅 = *in decore sparsa.* T Gr. = *indecore sparsa.* Cod. Iur. = *sparsim consideras.* CDW = *paucorum motu.* Cod. Iur. = *inenumerabiles.* RGCH — *nostro* post *conspectu.* quamobrem uncos circumdedi. DW = *longius aspectus.* V — *di.* quod Grutero suspectum. T = *seducti dum essent redeuntque.* Col. = *dum eunt redeuntque.* 𝔈 1. Lat. Latin. (B. Pr. p. 45.) ci. = *seducti discedunt redeuntque.* Mss. etiam Ermi rell. Gr. ∾. R — *Et* ante *ex his qui.* GW = *At ex his qui.* CDHW — *Quid ergo? — suo riget.* T — *te* post *etiam si.*

non tegat = RGVT Naz. P3. Col. 𝔗 — 𝔅c = *non regat.*

XXIV. Quemadmodum haec cum primum usum habeant et necessaria uitaliaque sint, maiestas tamen eorum totam mentem occupat: ita omnis illa uirtus et in primis grati animi multum quidem praestat, sed non uult ob hoc diligi. amplius quiddam in se habet nec satis ab eo intellegitur a quo inter utilia numeratur. Gratus est, quia expedit? ergo et quantum expedit. Non 2
recipit sordidum uirtus amatorem: soluto ad illam sinu ueniendum est. Ingratus hoc cogitat: Volebam gratiam referre, sed timeo inpensam, timeo periculum, uereor offensam. faciam potius quod expedit. Non potest eadem ratio et gratum facere et ingratum. Ut diuersa illorum opera, ita diuersa inter se proposita sunt. Ille ingratus est, quamuis non oporteat, quia expedit: hic gratus est, quamuis non expediat, quia oportet.

XXV. Propositum est nobis secundum rerum naturam uiuere et deorum exemplum sequi: di autem quodcumque faciunt in eo quid praeter ipsam faciendi rationem sequuntur? nisi forte illos existimas fructum operum suorum ex fumo extorum et turis odore percipere. Uide quanta cotidie moliantur, quanta distribuant, quantis terras fructibus inpleant, quam opportunis et in omnes 2
oras ferentibus uentis maria permoueant, quantis imbribus repente deiectis solum molliant uenasque fontium arentes redintegrent et infuso per occulta nutrimento nouent. Omnia ista sine

Cap. XXIV.

T = *Quemadmodum his.* Quidam codd. Pinc. Trist. = *utiliaque sint.* C = *viriliaque.* D (m∾) = *Iuliaque.* W = *viliaque.* R = *mayestas.*

omnis illa virtus et inprimis grati animi = RGVTCDHW Gr. 𝔗 — 𝔊. Ex. Fac. et Primit. = *omnis virtus illa* ∾. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔏4. = *omnis virtus et inprimis illa grati animi.* 𝔊ro — 𝔅o — *illa.* R = *vultum quidem.* CH = *multum quidem parat.* G sD = *amplius quidam.* DW = *amplius quidem.* C sD = *inter vitalia numeratur.* CDHW — *Gratus est* — § 2. *potius quod expedit.*

2. RG = *Non recepit.* quod videtur Senecae esse. 𝔗 — 𝔐 = *timeo inpensae* contra mstos etiam Gr. T — *et* ante *gratum.* CH + *et ut diversa illorum.* D = *ut et dimissa illarum.* W = *et ut dimissa illorum.* D = *dimissa inter se sicut* CDHW = *hic ingratus est.* D (m∾) W — *quia oportet.*

Cap. XXV.

VH = *deorum exempla.* CDHW — *di autem* — § 2. ex. *habemus deos.*

quid praeter ipsam = Pinc. v. l. Naz. P 3. Col. 𝔊ro — 𝔅o. RG = = *quod praeter ipsam.* V P2. 𝔗 — 𝔏4. = *nihil praeter ipsam.* T = *nihil in eo praeter ipsam.* RG — *forte* post *nisi.* quod vide num suspectum esse debeat. G (m∾) = *ex fumo* [sp. vc.] *et turis odore percipe.* G = *quantis ñras* [i. e. *nostras*] *fructibus.*

2. R = *quam optimus et in omnes.* VT = *in omnes horas.* R (m∾) — *quantis imbribus* — *molliant.*

nutrimento novent = GT Naz. Erf. 𝔑u — 𝔅c (idem Gron. falso laudat ex R). probat Gron. R = *nu-*

mercede, sine ullo ad ipsos perueniente commodo faciunt. Hoc nostra quoque ratio, si ab exemplari suo non aberrat, seruet, ne ad res honestas conducta ueniat. Pudeat ullum uenale esse beneficium: gratuitos habemus deos. XXVI. Si deos, inquit, imitaris, da et ingratis beneficia: nam et sceleratis sol oritur et piratis patent maria. Hoc loco interrogant an uir bonus daturus sit beneficium ingrato sciens ingratum esse. Permitte mihi aliquid interloqui, ne interrogatione insidiosa capiamur. Duos ex constitutione Stoica accipe ingratos: alter est ingratus, quia stultus est. stultus etiam malus est. quia malus est, nullo ui-
2 tio caret: ergo et ingratus est. Sic omnes malos dicimus, intemperantes, auaros, luxuriosos, malignos, non quia omnia ista singulis magna et nota uitia sunt, sed quia esse possunt: et sunt, etiam si latent. Alter est ingratus qui uolgo dicitur in hoc uitium natura propensus. Illi ingrato qui sic hac culpa non

trimenta novent. VP2. 𝔗—𝔚1. = *nutrimento renovent.* Col. = *nutrimento innovent.* P3. = *per occulta fovent* om. *nutrimento.* G = *Omnia ista sunt mercede.*

Hoc nostra quoque = RGT. V = *Hoc quoque nostra.* 𝔗—𝔚o = *Haec quoque nostra.* G = *non oberrat* (prius r n). G = *nec ad honestas.* VT = *Pudeat illum.* R = *gratuitos habeamus deos.* V = *cum gratuitos habeamus deos.*

Cap. XXVI.

T = *Sed deos.* V = *inquis.* CDH — *inquit.* CD — *da ingratis* om. *et.* H = *da gratis.* G = *Nam et sceleritatis.* CDHW = *patent maria. Quaeritur* [H = *Quare*] *dandumne sit beneficium ingrato. Quis scitur* [C = *scit*] *ingratus esse? Permitte mihi.* G (cr.∾) = *aut bonus.* R = *beneficia.* D = *loqui aliquid intra.* W = *interrogatione invidiosa.* D = *capiatur.* E = *ex constit. Stoici.* R = *acipe.*

alter est ingratus = RGVTCDH W Pinc. v. l. 𝔗𝔚. E + *alter enim est ingr.* 𝔈1. — 𝔚o — *est.* C post *quia stultus est* ex § 2. addit verba: *alter est ingratus quia vulgo dicitur natura propensior in hoc vitium.* V = *stultus enim malus est.* 𝔈1. 2. + *Qui stultus, etiam malus est.* Cod. Iur. = *quia stultus alter quia malus est: Stultus enim malus est. Quia malus est, nullo vitio caret.* DEHW — *Stultus etiam* — § 2. *etiam si latent.*

quia malus est = RmG Naz. (p. m.) P2. 3. GT 𝔗—𝔚o = *qui malus est.* VC Naz. (s.m.) Col. = *qui autem malus est.* R — *est. Sic omnes — malignos.*

2. VTC 𝔗—𝔈1. = *malos intemperantes dicimus.* C — *non quia omnia ista* — XXVII, 1. *Camillus desertor.* Cod. Iur. — *malignos.* 𝔗—𝔈1. = *vitia sint* ∾ *possunt.* 𝔈2. — 𝔚o = *vitia sint* ∾ *possint.* RGVT ∾.

qui volgo dicitur = RGVT Gr. 𝔗—𝔚o + *qui a vulgo dicitur.* W = *quia a vulgo dicitur.*

natura propensus = RGVTE Pinc. v. l. Naz. P3. 𝔊—𝔐. Col. = *naturaliter propensus.* P2. 𝔗—𝔈2. 𝔏—𝔚o + *natura pronus et propensus.* D (s.m.) H = *in hoc vitium natura propensior* (de C vide ad § 1.). D (p.m.) = *natura est propensius.* W = *natura est propensior.* DH W — *Illi ingrato* — XXVII, 1. *Camillus desertor.* sed pro his habet H ex §§ 1. 2. *Stultus etiam malus est. qui autem malus est.* ∾ *omnes malos intemperantes dicimus.* ∾ *malignos.* Eadem fere repetit W. D scribit:

caret, quomodo nulla caret, dabit beneficium uir bonus: nulli enim dare poterit, si tales homines submouerit. Huic ingrato qui beneficiorum fraudator est et in hanc partem procubuit animo non magis dabit beneficium quam coctori pecuniam credit aut depositum committet ei qui iam pluribus abnegauit. Timidus dicitur aliquis, quia stultus est: et hoc malos sequitur quos indiscreta et uniuersa uitia circumstant. dicitur timidus proprie natura etiam ad inanes sonos pauidus. Stultus omnia uitia habet, sed non in omnia natura pronus est: alius in auaritiam, alius in luxuriam, alius in petulantiam inclinatur. XXVII. Itaque errant illi qui interrogant Stoicos: Quid ergo? Achilles timidus est? Quid ergo? Aristides cui iustitia nomen dedit iniustus est? Quid ergo? et Fabius qui *cunctando restituit rem* temerarius est? Quid ergo? Decius mortem timet? Mucius proditor est? Camillus desertor? Non hoc dicimus sic omnia uitia esse in omnibus, quomodo in quibusdam singula eminent: sed malum ac stultum nullo uitio uacare. ne audacem quidem timoris absoluimus. ne prodigum quidem auaritia libe-

Stultus etiam malus est. nullo vitio caret. ergo et ingratus est. Si omnes malos intemperatos dicimus ∾ *malignos.* E — *Illi ingrato* — XXX, 2. ex. *uxor tenet.* T = *quia sic hac culpa.* 𝔊1. 2. — *sic* contra mstos etiam Pinc.

3. 𝔗 — 𝔊2. = *defraudator est* contra mstos etiam Pinc. Gr.

quam coctori pecuniam = R G Naz. P2. *m𝔊2. coctorem* dixisse videtur pro *decoctore:* eadem est Pinciani sententia ad Ep. 81, 2. Assentior: nam argentea aetate Romanos scriptores saepissime vocabula simplicia pro compositis posuisse cum satis constat ex aliis, tum ipse Seneca probat. Neque ambigam, si quis Ep. 81, 2. pro *coactor* ex PPr.b optimis libris *coctor* legendum esse cum Pinciano censuerit. T = *quam inpostori pecuniam.* Col = *quam creditori pecuniam.* P3. = *quam scortori pecuniam.* V = *quam captatori qui pecuniam.* 𝔗 — 𝔊1. = *quam captatori quis pecuniam.* 𝔊2. + *quam captatori. Quis coctori pecuniam.* Pinc. ci. 𝔊 — 𝔐 = *quam captatori. Quis decoctori pecuniam.* (putat enim Pinc. *de* syllabam a *decoctori* male translatam esse ad *fraudator*). Grut. ci. 𝔏 — 𝔅o = *quam decoctori pecuniam.*

credit = RGV Naz. P2. Col. 𝔗 — 𝔊1. T = *credat.* P3. = *credidit.* 𝔊2. — 𝔅o = *credet* propter Fut. *committet.*

et hoc malos sequitur = P3. probat Grut. RG ex. Fac. et Primit. Naz. Col. = *et hoc malus sequitur.* V ex. Francisc. P2. 𝔗𝔅 + *et ob hoc quia malos sequitur.* T = *et ob hoc quia sequitur malus.* 𝔊1. — 𝔊 + *et ob hoc quidem malos sequitur.* 𝔐 — 𝔅o + *et hoc quidem malos sequitur.* V = *quamvis non in omnia natura pronus sit.* P3. = *inclinatus.* 𝔐 = *inclinat.* 𝔏 — 𝔊ro = *inclinantur.* Rell. mss. etiam Gr. et Vincent. Bell. (Sp. H. VI, 28.) ∾.

Cap. XXVII.

V — *est* post *timidus.* T — *et* ante *Fabius* et = *restituit rẽp.* R = *Milcius proditor est.* G = *Mincius.* C DW + *quomodo sicut in quibusdam.* H + *quomodo suo in quibusdam.*

ne audacem quidem = VCH. R GTDW 𝔗 — 𝔅o = *nec aud. qu.*

ne prodigum [illegible] VTCH 𝔊ro

2 ramus. Quomodo homo omnes sensus habet nec ideo tamen
omnes homines aciem habent Lynceo similem, sic qui stultus
est non tam acria et concitata habet omnia quam quidam quae-
dam. Omnia in omnibus uitia sunt, sed non omnia in singulis
exstant. Hunc natura ad auaritiam inpellit. hic uino, hic libi-
dini deditus est aut, si nondum deditus, ita formatus ut in hoc
3 illum mores sui ferant. Itaque ut ad propositum reuertar, ne-
mo non ingratus est qui malus: habet enim omnia nequitiae se-
mina. tamen proprie ingratus adpellatur qui ad hoc uitium uer-
git: huic ergo beneficium non dabo. Quomodo male filiae suae
consulit qui illam contumelioso et saepe repudiato conlocauit.
4 quomodo malus pater familiae habebitur qui negotiorum gestorum
damnato patrimonii sui curam mandauerit. quomodo dementis-
sime testabitur qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliato-
rem: sic pessime beneficia dare dicetur quicumque ingratos eli-
git in quos peritura conferat. XXVIII. Di quoque, inquit,
multa ingratis tribuunt. Sed illa bonis parauerunt: contingunt
etiam malis, quia separari non possunt. Satius est autem prod-
esse etiam malis propter bonos quam bonis deesse propter ma-

— 𝔅o. RGDW 𝔗 — 𝔏4. = *nec prod. qu.*

2. W = *non ideo.* DW — *homines.* D (cr. ∾) = *habebunt.* G — *habent* post *aciem.* T = *habent linci similem.*

non tam acria = VTHW Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅o. R (p.m.) G omnes Pinc. P2. Naz. Col. 𝔈1. 2. — *non.* 𝔗𝔅 = *tamen acria.* R (s.m.) P1. 3. = *tam acria et concitata non habet.* C = *tamen acria et concitata non habet.* D = *tam atria et citata non habet.* R = *quam quidem quaedam.* D = *si in omnia in singulis.* R = *hoc* [*h'*] *natura ad avaritiam.* CDHW — *Hunc natura — mores sui ferant.*

hic vino, hic libidini = RGVT. 𝔗 — 𝔅o = *hic libidini, hic vino.* R = *aut si non deditus.* T + *nondum deditus est.*

3. CH Trist. = *Itaque* [C = *Ita*] *nemo ut ad propositum revertar magis ingratus est.* D = *revertamur etiam* [s.m. = *magis*] *ingr. est.* W = *revertamur* et — *nemo non.* 𝔗 — 𝔈1. + *nemo non sine ingratitudine est: id est ingratus est.*

qui malus = RG Gr. VT 𝔗 — 𝔅o + *qui malus est.* CDHW Trist. = *quam malus.* CDHW — *quomodo male* — § 4. ex. *conferat.*

filiae suae = RGVT Gr. 𝔗𝔅. 𝔈1. — 𝔅o — *suae.* T = *consuluit.*

4. G — *quomodo.* 𝔈1. — 𝔅o = *pater familias* contra mstos. 𝔗 = *quomodo claementissime.* 𝔅 = *clementissime.*

Cap. XXVIII.

R (s∾) CDH — *quoque.* W = *Dii ergo.* V = *inquis.* T = *multa inquit.* CDHW — *multa.* H = *gratis.* T = *ingratis conferunt.*

paraverunt = RGVT 𝔗 — 𝔈1. CDHW = *paravere.* 𝔈2. — 𝔅o = *paraverant.*

contingunt etiam malis = RGV. 𝔗 — 𝔈1. = *contingunt autem malis.* T = *contingit autem etiam malis.* 𝔈2. — 𝔅o + *contingunt autem etiam malis.* CDHW — *contingunt — non possunt.* CW 𝔗 — 𝔈2. = *Sanctius est autem.* Rell. etiam Pinc. ∾.

los. Ita quae refers diem, solem, hiemis aestatisque cursus et
media ueris autumnique temperamenta, imbres et fontium hau-
stus, uentorum statos flatus pro uniuersis inuenerunt: excerpe-
re singulos non potuerunt. Rex honores dignis dat, congiarium
et indignis. Frumentum publicum tam fur quam periurus et
adulter accipiunt et sine delectu morum quisquis incisus est:
quicquid aliud est quod tamquam ciui, non tamquam bono datur
ex aequo boni ac mali ferunt. Deus quoque quaedam munera 2
uniuerso humano generi dedit a quibus excluditur nemo. nec
enim poterat fieri ut uentus bonis uiris secundus esset, contra-
rius malis: communi autem bono erat patere commercium maris
et regnum humani generis relaxari. Nec poterat lex casuris
imbribus dici, ne in malorum improborumque rura defluerent.
Quaedam in medio ponuntur. Tam bonis quam malis condun- 3
tur urbes. monumenta ingeniorum et ad indignos peruentura
publicauit editio. medicina etiam sceleratis opem monstrat. con-
positiones remediorum salutarium nemo subpressit, ne sanaren-

RV 𝔗 — 𝔈1. = *Itaque refers.* T = *Itaque diem* om. *refers.* CDHW — *Ita quae — non potuerunt.* R = *aetatisque.* Dal. = *aestatisque exitus.* 𝔗 — 𝔐 = *autumnique tempora* contra mstos etiam Pinc. Gr. Lat. Latin. (B. P. p. 45.). V = *statutos flatus.* T = *status et flatus.* Tronc. Verd. = *excipere singulos.* 𝔗 — 𝔈1. + *dignis dat. Donatio Imperatoris est.* CDW — *et* ante *indignis.* T = *Frumenti publicum.* D (cr. ∾) = *publicis.* H = *publice.* R (cr. ∾) G Scal. = *quam periturus et adulter.* DW = *adulter percipiunt.* CDHW — *et sine delectu* — § 3. *ne sanarentur indigni.* R (s.m.) G (s ∾) = *delictu.*

quisquis incisus est = RG omnes Pinc. Naz. P3. 𝔊ro — 𝔅o. Col. = *quisquis inscisus est.* V = *quisque civis est.* P2. libri Lips. 𝔗 — 𝔏4. = *quisquis civis est.* T = *quisquis scriptus est.* Pinc. ci. = *quisquis in censu* [hoc probat Opsop.] sive *census est.* 𝔗𝔅 = *quidquid aliquid est quod.* 𝔈1. — 𝔏 𝔍u = *cum aliquid est quod tanquam.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾.

2. *quaedam munera universo humano generi* = RGVT Pinc. v. l. Naz. P3. Col. 𝔗 — 𝔈1. = *quaedam in universo h. g.* quod ortum est ex scripturae compendio. 𝔈2. — 𝔏4. = *quaedam in universum humano generi.* 𝔊ro — 𝔅o = *quaedam munera in universum humano generi.* T = *bonis vitis.*

communi autem bono erat. ita scripsi facili emendatione: nam RV Naz. P2. Col. 𝔗 — 𝔈1. = *commune autem bono erat.* quod Grut. pro Ablativo accipit et probat. Gron. putat ortum esse ex *commune autem bonom.* G = *commune autem erat* om. *bono.* T = *commune autem bono et malo erat.* P3. 𝔈2. — 𝔅o = *commune autem bonum erat.* mNaz. = *et rebus humani generis relaxari.* G = *nec in malorum.*

3. T = *monimenta ingeniorum.* 𝔗 — 𝔈1. = *ingenuorum.* 𝔗𝔅 = *Medicina enim sceleratis.* 𝔈1. — 𝔏4. = *medicina et sceleratis.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾.

opem monstrat = GVT Pinc. v. l. Gr. Verd. Scal. Tronc. codd. Lips. Erf. 𝔊ro — 𝔅o. multis exemplis probat Gron. R 𝔗 — 𝔏4. = *opem ministrat.* T = *nemo sumpsit ne sal-*

tur indigni. In his exige censuram et personarum aestimationem quae separatim tamquam digno dantur, non in his quae
4 promiscue turbam admittunt. Multum enim refert utrum aliquem non excludas an eligas. Ius et furi dicitur. pace etiam homicidae fruuntur. sua repetunt etiam qui aliena rapuerunt. Percussores et domi ferrum exercentes murus ab hoste defendit. legum praesidio qui plurimum in illas peccauerunt proteguntur. Quaedam non poterant ceteris contingere, nisi uniuersis darentur. Non est itaque quod de istis disputes ad quae publice inuitati sumus: illud quod iudicio meo ad aliquem peruenire debebit ei quem ingratum sciam non dabo. XXIX. Ergo, inquit, nec consilium deliberanti dabis ingrato nec aquam haurire permittes? nec uiam erranti monstrabis ingrato? an haec quidem facies, sed nihil donabis? Distinguam istud, certe temptabo distinguere. Beneficium est opera utilis, sed non omnis opera utilis beneficium est. Quaedam enim tam exigua sunt, ut beneficii nomen non occupent. Duae res coire debent quae beneficium efficiant. Primum rei magnitudo: quaedam enim sunt
2 infra huius nominis mensuram. Quis beneficium dixit quadram panis aut stipem aeris abiecti aut ignis accendendi factam potestatem? et interdum ista plus prosunt quam maxima: sed tamen uilitas sua illis, etiam ubi temporis necessitate facta sunt neces-

varentur. T = *personarum acceptionem.* HW = *existimationem.* V = *non in iis quae promiscue.* 𝔗 — 𝔈2. — *in* ante *his quae* contra mstos etiam Pinc. CDW = *utrum aliquando.*

4. RG 𝔗 — 𝔈1. = *aut eligas.*

Ius et furi dicitur = V cii. C laud. Putean. Grut. 𝔊ro — 𝔅o. ṘGT Pinc. v. l. P3. Col. = *Ius et fori dicitur.* P2. 𝔗𝔅 = *Ius et fori omnibus dicitur.* 𝔈1. — 𝔏4. = *Ius fori omnibus dicitur.* m𝔍u = *ius in foro omnibus dicitur.* CDHW — *Ius et furi* — XXIX, 1. *temptabo distinguere.* RT = *pace et homicidae.* RGVT Gr. Scal. 𝔗 — 𝔈1. = *Persecutores et domi ferrum.* T = *in illis peccaverunt.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔏4. = *certis contingere* contra mstos etiam Gr.

pervenire debebit = RGVT 𝔗 — 𝔈1. 𝔐. 𝔈2. — 𝔊 = *pervenire debebat.* 𝔏 — 𝔅o = *pervenire debet.*

Cap. XXIX.

erranti monstrabis ingrato = RG V 𝔗 — 𝔊. T = *monstrabis erranti* om. *ingrato.* 𝔐 — 𝔅o — *ingrato.* V = *un hoc quidem.* V + *certe et templabo.* R = *distingere.* quod abesse posse censet Lips. T — *est* ante *opera utilis.* D (m∾) W — *sed non omnis* — *beneficium est.* C = *Beneficia enim quaedam tam exigua.* D (s∾) W — *Quaedam.* H — *enim.* C DHW = *quae hoc acceptum efficiant* (D p.m. = *officiant*). C = *inter huius nominis.* DW = *intra huius nominis.* T = *infra huius rei mensuram.*

2. C + *Quis haec dixit beneficium.* DW + *Quis hoc dixit benef.* CDH W — *aut stipem* — *detrahit pretium.* R(s∾) — *aeris.* V = *datam potestatem.* 𝔗 — 𝔈2. — *et* ante *interdum* contra mstos etiam Pinc.

ubi temporis necessitate facta sunt = RGVT Gr. 𝔗 — 𝔊 m𝔍u.

saria, detrahit pretium. Deinde hoc quod potissimum est oportet accedat, ut eius causa faciam ad quem uolebam peruenire beneficium dignumque eum iudicem et libens id tribuam percipiensque ex munere meo gaudium. quorum nihil est in istis de quibus loquebamur. Non enim tamquam dignis illa tribuimus, sed neglegenter tamquam parua. et non homini damus, sed humanitati. XXX. Aliquando daturum me etiam indignis quaedam non negauerim in honorem aliorum, sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industriis, sed nouis praetulit non sine ratione: sacra est magnarum uirtutum memoria et esse plures bonos iuuat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quae res consulem fecit nisi pater? Cinnam nuper quae res ad consulatum recepit ex hostium castris? quae Sextum Pompeium aliosque Pompeios nisi unius uiri magnitudo? tanta quondam, ut satis alte omnes suos etiam ruina
eius adtolleret. Quid nuper Fabium Persicum cuius osculum et- 2
iam inpediret uiri uota boni sacerdotem non in uno collegio fecit nisi Uerrucosi et Allobrogici et illi trecenti qui hostium incur-

𝔐 — 𝔅o = *ubi tempore facta sunt.* *Deinde hoc quod* = RGVT Gr. fere cuncti. 𝔗 — 𝔅o — *hoc.* VCDHW Naz. P1. 2. 3. Col. Verd. Trist. 𝔗 — 𝔈2. = *quod potentissimum est.* probat Grut. RGT vet. Ermi ∾. T + *oportet aceeptet accedat.*

ad quem volebam = RGVTCDH W Gr. Naz. (s.m.) 𝔗 — 𝔏4. Naz. (p.m.) 𝔊ro — 𝔅o = *ad quem volam.* a librario omissae videntur duae litterae. C = *et liberis id tribuam.* H — *id.* DW = *et libens attribuam* [D = *atr.*] *percipiamque.* CDHW — *quorum nihil est* — XXXII, 4. *rationes dispunguntur.*

Cap. XXX.

T = *turpissimos utilitas.* 𝔗 — 𝔈1. = *turpissimos utilitas: alios nobilitas industriis praetulit.* *Sed nobis.* Etiam RGVT = *sed nobis.* 𝔈2. 𝔐 — 𝔅1. = *Non sine ratione sacra est.* Ex. schol. Salmant. Col. P2. 3. ∾. V Pinc. v. l. Col. = *Ciceronis filium.* 𝔗 — 𝔈1. = *Cirinam nuper quae res.* R = *quae st˜ Ponpeium alios* [*que* al. m.] *Pompeios.* G = *etiam Pompeium.* 𝔗 — 𝔏4. = *tanta quidem ut satis* contra mstos etiam Pinc. Gr. Verd. Tronc. Scal.

2. *cuius osculum etiam inpediret viri vota boni* = V quidam Lips. 𝔗 — 𝔖 𝔑u 𝔅2. (𝔗𝔅 = *nota*), probant Erm. Grut. (Suspicc. XVII, 10.). RG Naz. Put. = *cuius osculum etiam inpodiri devota boni.* T Col. = *cuius osculum etiam impediri denota* [Col. = *devota*] *boni.* P3. = *cuius osculum etiam inrodiri devota bona.* Unus Lips. = *etiam impodici devitabam.* Lips. ci. = *etiam impudici devitabant* [probat hoc Pitisc. ad Suet. Gramm. 23.] aut *ut podicem devitabant* aut *cuius osculi, etiam impudici, virus vitabant.* P. Scriver. ci. = *cuius osculum etiam podicidae vitabant.* Agricola ci. = *cuius osculum etiam impenderet* [Erm. malebat *impingeret*] *viro notam bono.* Pincianus Varie, inquit, in variis legitur exemplaribus, in nullo recte. Posset non obscure sic forte legi: *cuius osculum etiam impuri viri vitabant.* 𝔐 — 𝔅1. 𝔅o = *cuius osculum etiam impuri vitabant.* T = *collegio secum nisi.* V

sioni pro republica unam domum obiecerant? Hoc debemus uir-
tutibus, ut non praesentes solum illas, sed etiam ablatas e con-
3 spectu colamus. Quomodo illae id egerunt, ut non in unam
aetatem prodessent, sed beneficia sua etiam post ipsas relinque-
rent: ita nos non una aetate grati sumus. Hic magnos uiros
genuit. dignus est beneficiis qualiscumque est: dignos dedit.
Hic egregiis maioribus ortus est: qualiscumque est sub umbra
suorum lateat. Ut loca sordida repercussu solis inlustrantur,
ita inertes maiorum suorum luce resplendeant. XXXI. Excu-
sare hoc loco, mi Liberalis, deos uolo. Interdum enim sole-
mus dicere: Quid sibi uoluit prouidentia quae Aridaeum regno
inposuit? Illi putas hoc datum? patri eius datum est et fratri.
Quare Caesarem orbi terrarum praefecit, hominem humani san-
guinis auidissimum quem non aliter fluere in conspectu suo iu-
2 bebat, quam si ore excepturus esset? Quid? ergo tu hoc illi
datum existimas? patri eius Germanico datum, auo proauoque
et ante hos aliis non minus claris uiris, etiam si priuati paresque
aliis uitam exegerunt. Quid tu, cum Mamercum Scaurum con-
sulem ſaceres, ignorabas ancillarum suarum menstruum ore [ſil-

= *Allobr o i ci.* T = *obiecer u nt.* 𝔗 — 𝔐 = *Haec debemus virtutibus* contra mstos etiam Gr.

3. *Quomodo ill a e id egerunt* = R GVT Naz. P2. 𝔈2. 𝔏 — 𝔊ro. Col. — *id.* 𝔗𝔅 = *Quomodo ill i i d e m egerunt.* 𝔈1. = *Quom. ill e i d e m egerunt.* Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔐 = *Quom. ill i i i d e m egerunt.* P3. Erm. ci. 𝔅1. — 𝔅o = *Quomodo ill i id egerunt.*

etiam post ips a s = RGV cuncti Gr. 𝔗 — 𝔈2. 𝔏 — 𝔊ro. T — *etiam.* Pinc. v. l. Erm. ci. 𝔈 — 𝔐 𝔅1. — 𝔅o = *etiam post ips o s.*

ita nos non una aetate grati s u-mus = RGVT. 𝔗𝔅 + *ita e t nos* ∾. 𝔈1. — 𝔅o = *ita e t nos* ∾ *s i-mus.* R — *est* ante *dignos dedit.* T = *repercu r su solis.* R = *ita m i n o-r e s maiorum suorum.* V = *ita m e r-c e s maiorum s. luce resplend e a t.*

Cap. XXXI.

T + *Excusare t i b i hoc loco.* Naz. 𝔅2. + *hoc loco t i b i.* RV = *Arr h i-daeum.* T = *Ar r id e um.* G𝔗 — 𝔈1. = *A r c h i d e um.* 𝔈2. — 𝔊 = *Ar-r h i d e um.* Libri Lips. = *e x a r c h i-daeum.*

Quare Caesarem = RGV 𝔗 — 𝔊. T + *Quare G. Caesarem.* 𝔐 — 𝔅o + *Quare C. Caesarem.* Dal. ci. = *non aliter f u n dere.* Verd. = *a c c e-plurus est.*

2. RGT 𝔗𝔅 = *datum a e stimas.* 𝔈1. — 𝔅o + *datum, d a t u m avo* contra mstos. GV = *vit a exegerunt.* V = *cum Ma v ercum.* Cod. Iur. = *Mamer t um.* 𝔗 = *Ma n ercum.* 𝔅 = *Ma t ercum.* 𝔈1. = *Ma t e r n um.* 𝔗𝔅 = *h e r o s ſaceres.* 𝔈1. = *h e r o a ſa-ceres.* Lips. ci. = *Quid t u m ? cum* ∾ *ſacere t.* quod refert ad providen-tiam. ℜu 𝔅2. = ∾ *ſacer e t.* Mss. ∾. et defendit vulgatam censor ed. ℜu in Diario Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 411. Sed Ruhk. se perstare in scriptura illa adscripsit exemplari suo. Naz. + *ancillarum suarum i l-l u m menstruum* („auctior est Naz.“ sed suspicor eum Pronomen ibi o-mittere, ubi habet vulgata.). R = *menstruum* [p.m. = *menstr u m*] *illum*

lum] hiante exceptare? Numquid enim ipse dissimulabat? num-
quid purus uideri uolebat? Referam dictum eius in se quod cir- 3
cumferri memini et ipso praesente laudari. Pollioni amico ia-
centi obscoeno uerbo usus dixerat se facturum id quod pati ma-
lebat. et cum Pollionis adtractiorem uidisset frontem, *Quic-
quid,* inquit, *mali dixi mihi et capiti meo.* Hoc dictum suum
ipse narrabat. Hominem tam palam obscoenum ad fasces et
ad tribunal admisisti? nempe dum ueterem illum Scaurum
senatus principem cogitas, indigne fers sobolem eius iacere.
XXXII. Deos uerisimile est ut alios indulgentius tractent pro-
pter parentes auosque, alios propter futuram nepotum pronepo-
tumque ac longe sequentium posterorum indolem. Nota enim
illis est operis sui series omniumque illis rerum suas per manus
iturarum scientia in aperto semper est: nobis ex abdito subit.
et quae repentina putamus illis prouisa ueniunt ac familiaria.
Sint hi reges, quia maiores eorum non fuerunt, quia pro sum- 2
mo imperio habuerunt iustitiam, abstinentiam, quia non rem-
publicam sibi, sed se reipublicae dicauerunt. Regnent hi, quia
uir bonus quidam proauus eorum fuit qui animum supra fortu-

ore. T = *illum ancillarum suarum menstr.* Pron. sedis diversitate suspectum est, ideoque uncis circumdedi. RGV 𝔗 — 𝔈1. = *hiante expectare?* T = *hiante excipere?* Tronc. = *nunquam enim ipse.*

3. 𝔈1. 2. + *Referam hoc dictum eius in se.* RGV 𝔗𝔅 + *Referam dictum eius tibi in se.* T + *Referam tibi dictum eius in se.* 𝔏 — 𝔅o + *Referam dictum tibi eius in se.* Pinc. v. l. 𝔖 — 𝔐 ∾.

Pollioni amico = T. RG 𝔗 — 𝔈2. = *Pollioni annio (A.).* V = *Pollioni anio.* Pinc. ci. 𝔖 — 𝔅o = *Pollioni Asinio.* Cod. Iur. = *contractiorem vidisset.* R — *palam* ante *obscoenum.* GV 𝔗 — 𝔈2. = *cogitasset, indigne fert.* videtur ex copula *et* (*cogitas et ind.*) ortum, quam adscripserat librarius quidam. T = *senatus cogitat, indigne fert sobolem eius tacere.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾.

Cap. XXXII.

Deos verisimile est ut alios = RGV codd. Ermi Gr. Lips. 𝔗 — 𝔊 𝔊ro — 𝔏o. Gron. explicat: *Verisimile est ut dii* ∾ *tractent* aut *deos tractare,* et multis illustrat. cf. etiam Krüger Untersuchungen III. p. 174. T = *Deos verisimile est alios indulgentius tractare.* 𝔐 — 𝔏4. = *Deos est videre ut* ex Mur. ing. Lips. ci. = *Deos tueris? simile est ut* vel *Deos videre. similiter est ut.* V + *facere alios propter futuram.* V = *a longe sequentium.* 𝔗 — 𝔊 = *posteram indolem.* 𝔗 — 𝔅o = *Nota est enim illis* contra mstos. 𝔈1. — 𝔏4. = *omnium illis rerum* om. *que* contra mstos etiam Gr. V = *in parato semper est.* 𝔗 — 𝔈1. = *in apertis semper est.*

2. R = *Sint hii reges.* V = *ii.* Dal. = *quamvis maiores eorum.* V — *non* ante *fuerunt.* Grut. ci. = *qui pro summo* ∾ *qui non remp.* probat Lips. Mss. ∾. R — *imperio.* V = *Regnent ii quia.* RGV + *quidam ante proavus.* 𝔗𝔅 + *quidam autem proavus.* T — *eorum.* 𝔗 — 𝔈2. — *qui* [illegible] *supra* contra mstos [illegible] T — *supra.*

nam gessit, qui in dissensione ciuili, quoniam ita expediebat
3 reipublicae, uinci quam uincere maluit. Referri illi gratia tam longo spatio non potuit: in illius respectum iste populo praesideat, non quia scit aut potest, sed quia alius pro illo meruit. Hic corpore deformis est, adspectu foedus et ornamenta sua traducturus. iam me homines accusabunt, caecum et temerarium dicent, nescientem quo loco quae summis atque excellentissimis debentur ponam. At ego scio alii me istud dare, alii
4 olim debitum soluere. Unde isti norunt illum quondam gloriae sequentis fugacissimum, eo uoltu ad pericula euntem quo alii e periculo redeunt? numquam bonum suum a publico distinguentem? Ubi, inquis, iste aut quis est? unde noscitis? apud me istae expensorum acceptorumque rationes dispunguntur. Ego quid cui debeam scio. aliis post longam diem repono, aliis in antecessum ac prout occasio et reipublicae meae facultas tulit. **XXXIII.** Ingrato ergo aliquando quaedam, sed non propter ipsum dabo. Quid si, inquit, nescis utrum ingratus sit an gratus? exspectabis donec scias an dandi beneficii tempus non amittes? Exspectare longum est: nam, ut ait Platon, *difficilis*

Cod. Iur. = *in disceptatione civili.* Cod. Iur. = *mori quam vincere.*

3. 𝔗 — 𝔈2. = *Referre illis gratiam* contra mstos etiam Pinc. G = *in illius respectu.*

alius pro illo meruit = RGVT. 𝔗 — 𝔅o = *alius pro eo meruit.* 𝔗 — 𝔈1. = *et ornamenta sua traditurus* contra mstos. R = *a c usabunt.* V = *a c temerarium.* T = *et caecum ac tem.*

atque excellentissimis = RGV. 𝔗 — 𝔅o = *ac excellentissimis.* T Scal. = *ac excelsissimis.* RGV Gr. 𝔗 — 𝔊 = *alio me istud dare, alio olim.* placet Grutero. T = *me alio istud dare, alio olim.* Pinc. v. l. ∾.

4. *illum quondam* = RGVT. 𝔗𝔅 = *illum quidam.* 𝔈1. — 𝔐 — *quondam.* 𝔏 — 𝔅o = *illum quemdam.* T = *eos vultu.*

e periculo = RGV. G𝔗 — 𝔅o = *ex periculo.*

unde noscitis? ita scribendum videtur. G cod. Lips. = *unde nos scitis?* RVT Naz. P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔊 = *unde vos scitis?* Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o = *unde? nescitis.* 𝔐 — 𝔏4. haec omittunt. 𝔈1. 2. = *rationes disponuntur* contra mstos etiam duo Ermi. T = *alias post longam* ∾ *alius in antecessum est.* CDW + *aliisque post.* H = *post longum diem.* V codd. Lips. + *in antecessum est.* DW P1. 𝔈1. — 𝔊 = *aut prout.* probat Grut. 𝔗𝔅 = *at prout.* Gr. = *ac* vel *at.* 𝔐 — *ac.* RG VT ∾. R = *ocasio.* CDHW P1. Verd. Tronc. Trist. = *rei privatae meae.* placet Ermo. Cod. Iur. Lips. ci. = *rei meae* om. *publicae.* 𝔐 = *reip. meae utilitas* contra mstos etiam Gr.

Cap. XXXIII.

𝔗 = 𝔈2. = *ingrato ego.* T — *ergo* et — *non.* V = *inquis.* 𝔈1. — 𝔅o = *utrum gratus sit an ingratus* contra mstos. CDHW — *beneficii.* G = *beneficium.* CDHW — *non* ante *amittes.*

ut ait Platon = RG Iur. quam scripturam multis locis exstare in membranis annotat Iuretus. VT 𝔗 — 𝔈1. = *ut ait Plato.* 𝔈2. — 𝔅o = *ut Pla-*

humani animi coniectura est, non exspectare temerarium est. Huic respondebimus numquam exspectare nos certissimam 2
rerum conprehensionem, quoniam in arduo est ueri exploratio, sed ea ire qua ducit ueri similitudo. Omne hac uia procedit officium. sic serimus, sic nauigamus, sic militamus, sic uxores ducimus, sic liberos tollimus: cum omnium horum incertus sit euentus. Ad ea accedimus de quibus bene sperandum esse cre- 3
dimus. Quis enim pollicetur serenti prouentum, nauiganti portum, militanti uictoriam, marito pudicam uxorem, patri pios liberos? Sequimur qua ratio, non qua ueritas trahit. Exspecta, ut nisi bene cessura non facias et nisi conperta ueritate nihil moueris: relicto omni actu uita consistit. Cum uerisimilia me in hoc aut in illud inpellant, non uera, ei beneficium dabo quem uerisimile erit gratum esse. XXXIV. Multa, inquit, interuenient propter quae et malus pro bono subrepat et bonus pro malo displiceat: fallaces enim sunt rerum species quibus credimus. Quis negat? sed nihil aliud inuenio per quod cogita-

to ait. T = *humani iudicii.* W = *humanitas iactum coniectura est.*

2. CDW — *numquam.* V + *numquam expectare longum est. nam ut ait pla. nos certissimam.* CDW = *rerum conpensationem.* CDHW — *sed ea ire — sit eventus.* GV𝔗𝔅 = *sed ea re qua ducit.* T𝔈1. = *sed eo ire qua.* 𝔗𝔅 = *Sic servimus, sic navigamus.* RGV𝔗𝔅 = *liberos extollimus.*

omnium horum incertus sit eventus = Naz. 𝔏 — 𝔙o. RGVT P2. 3. Col. Scal. = *omnium rerum inc. s. ev.* 𝔗 — 𝔐 — *horum.*

3. 𝔗𝔅 = *et credimus.* sR (al. m.) T = *credidimus.* T = *polliscetur.* T + *Sequimur non qua.* DW = *Sequuntur qua* [W = *quam*] *vitia* [W = *vitio*], *non qua veritas.* V — *non* ante *qua veritas.* CsD = *traxit.* D = *trasit. Expectat.* 𝔗𝔅 = *Specta ut nisi.* W = *bene censura.* C = *non facias et non comparata virtute.* DHW = *et nisi comparata* [sD ∾] *virtute.* V𝔗 — 𝔈1. = *nihil noveris.* RV P2. 3. Col. Iur. 𝔗 — 𝔈1. = *relicta omni actu.* Grut. probat et explicat per *destituta omni actu.* CH Put. = *Sic relicta omnia* [Put. = *omni*] *actu.* DW P1. = *Sic recta omni actu.* Naz. T 𝔈2. — 𝔙o ∾. Cod. Iur. = *consistet.*

Cum verisimilia = RGVT Iur. (Erf. Cambr. Leod.? nam Gron. *Dum* etiam ex R male laudat) 𝔗 — 𝔙o = *Dum verisimilia.* CDHW — *Cum verisimilia — ingratum esse.* Iur. 𝔏 — 𝔊ro — *in* ante *illud inpellant.* R = *aut in aliud inpellant.*

non vera, ei beneficium = Gron. ci. 𝔑u — 𝔙o. RGT Gr. Erf. Cambron. Leod. = *non vere ei benef.* 𝔗𝔅 = *non vere enim beneficium dabo ei.* 𝔈1. — 𝔅1. = *non verebor beneficium dare ei.* Lips. ci. = *numero beneficium dabo* (i. e. *statim, sine alia mora*) aut *non temere beneficium dabo.* V = *nonne ei benef. dabo.* quod perquam placet.

Cap. XXXIV.

V = *inquis.*

propter quae = RGVT 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔙o = *per quae.* CW = *intervenient ut etiam malus.* DH = *intervenient ut et malus.* CH — *enim* et — *rerum.* D = *fallaces autem* [mD = *rerum*] *species.* GVT Naz. P2. 3. = *quibus credidimus.* [illegible] etiam Col. ∾. R = *Quid* [illegible] T = *si nihil aliud.* D = *n*[illegible]

tionem regam. His ueritas mihi uestigiis sequenda est: certiora non habeo. Haec ut quam diligentissime aestimem operam
2 dabo nec cito illis adsentiar. Sic enim in proelio potest accidere, ut telum meum in conmilitonem manus dirigat aliquo errore decepta et hosti tamquam meo parcam. Sed hoc et raro accidet et non uitio meo. cuius propositum est hostem ferire, ciuem defendere. Si sciam ingratum esse, non dabo beneficium. At obrepsit, at inposuit. Nulla hic culpa tribuentis est,
3 quia tamquam grato dedi. Si promiseris, inquit, te daturum beneficium et postea ingratum scieris esse, dabis an non? Si facis, sciens peccas: das enim cui non debes dare. si uegas, et hoc modo peccas, quia non das ei cui promisisti. Constantia uestra hoc loco titubat et illud superbum promissum numquam sapientem facti sui poenitere nec umquam emendare quod
4 fecerit nec mutare consilium. Non mutat sapiens consilium omnibus his manentibus quae erant, cum sumeret. Ideo numquam illum poenitentia subit, quia nihil melius illo tempore fieri potuit quam quod factum est, nihil melius constitui quam quod constitutum est. Ceterum ad omnia cum exceptione uenit. Si nihil inciderit quod inpediat: ideo omnia illi succedere dicimus

H = *cogitationes.* H = *existimem.* D = *assentiam.*

2. CDHW — *Sic in proelio* — *grato dedi.* T — *aliquo.* Cod. Iur. + *tanquam civi meo.* R(s∾ al. m.) — *hoc* ante *et raro.*

cuius propositum est = RVT Naz. P2. 3. 𝔗 — 𝔊 𝔅2. G — *cuius.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *cui propositum est.* G = *At oppressit, at imposuit.* V = *grato dedit.*

3. V = *inquis.* CDW = *inquam.* CDH = *beneficia.* RGVTHW P2. Col. Verd. Tronc. Scal. Trist. 𝔗 — 𝔈1. = *Si facies sciens peccas.* D = *Sic faciens sciens peccas.* P3. = *Si facies sciens peniteas.* Naz. ∾. R(s∾) — *cui* post *das enim.*

cui non debes dare = RGVT 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o — *dare.* C = *si non das, et hoc modo peccas.* D = *si non das, et hic peccas.* D (m∾ praeter *quia*) W — *quia non das ei.* C — *quia.* T = *dum non das ei cui.*

Constantia vestra = Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o. RGV Pinc. v. l. = *Conscientia vestra.* T 𝔗 — 𝔊 Vinc. Bellov. (Sp. H. VI, 31.) = *Conscientia nostra.* Gr. = *Conscientia vestra* aut *nostra.* Muret. ci. = *Scientia vestra.* 𝔐 — 𝔏4. = *Secta vestra.* quod unde sumptum sit, non constat. Ops. ci = *Constitutio v.* CDHW — *Constantia* — *mutare consilium.* Vinc. Bell. (l. l.) = *hoc modo titubat* et mox *sapientem consiliis suis poenitere.* V + *et ob illud superbum.*

4. D = *cum sumerent.* T = *cum promitteret.* CDHW = *de eo. Nunquam illum.* DH = *quia nihil* [D = *nil*] *melius constitui quam quod constitutum est* rell. om. T + *Ceterum ad omnia quae.*

cum exceptione vexit = RGVT Gr. 𝔗 — 𝔈2. CDHW = *c. enc. venitur.* 𝔈 — 𝔅o = *cum exceptione veniet* (sumptum ex Ermi Appendice Annott., ubi legitur „Alias *veniet.*“). Cod. Iur. = *cum hac exceptione veniet, si nihil acciderit.* R — *si.* C DHW = *si nihil acciderit.*

et nihil contra opinionem accidere, quia praesumit animo posse
aliquid interuenire quod destinata prohibeat. Inprudentium ista 5
fiducia est fortunam sibi spondere: sapiens utramque partem eius
cogitat. scit quantum liceat errori, quam incerta sint humana,
quam multa consiliis obstent. ancipitem rerum ac lubricam sortem suspensus sequitur et consiliis certis incertos euentus. Exceptio autem sine qua nihil destinat, nihil ingreditur et hic illum tuetur. **XXXV.** Promisi beneficium, nisi si quid incidisset quare non deberem dare. Quid enim, si quod illi pollicitus sum patria sibi dare iusserit? Si lex lata erit, ne id quisquam faciat quod ego me amico meo facturum promiseram? Promisi tibi filiam in matrimonium. postea peregrinus adparuisti: non est mihi cum externo conubium. Eadem res me defendit quae uetat. Tunc fidem fallam, tunc inconstantiae crimen audiam, si, 2
cum omnia eadem sint quae erant promittente me, non praestitero promissum: alioquin quicquid mutatur libertatem facit de integro consulendi et me fide liberat. Promisi aduocationem: postea adparuit per illam causam praeiudicium in patrem meum

D = *supra opinionem*. R = *contra opin. accedere*. D(m∾)W — *accidere*. W = *quae praesumit*. DmW = *praesumuntur*. T = *aliquit intervenire*. C = *aliquot interv*. CW = *quae destinata prohibeant*. R(b n.) = *prohibebat*.

5. DW = *sibi respondere*. CH + *Sapiens est qui utramque*. DW + *Sapiens qui utramque*. G + *Sapiens enim*. Cod. Iur. = *partem eius spectat*. D = *quam incerta sciẽtie* [m = *scientia*] *humana*. W = *sunt humana*. T = *conciliis*. D (m∾) W = *obstant*. G (cr. ∾) = *accipientem rerum*. D(m∾) W = *et dubiam sortem*. Cod. Iur. + *sortem novit, suspensus sequitur*. C W = *sequatur*. D = *sequetur*. RC DW — *et* ante *consiliis*. sNaz. (eadem m. ut videbatur) + *incertos eventus expendit*. CDHW — *Exceptio autem* — XXXV, 2. ex. *uxor tenet*. G (cr. ∾) = *nihil interrogat greditur*. m𝔈2. 𝔐 — 𝔏4. = *aggreditur* contra mstos etiam Gr. Erf. T = *etiam hic illum tuetur*.

Cap. XXXV.

VT = *nisi quid* om. *si*. G = *nisi si quod*. R = *contra patriam sibi dare* [*si*] *usserit*. G Gr. (exc. P2.) = *patriam sibi dare iusserit*. V = *patria sibi dare iussit*. T = *patria non dare iusserit*. Quidam codd. Pinc. Lips. P2. 𝔗𝔅 + *patria sibi non dare*. Lips. ci. + *patria sibi nos dare*. 𝔈1. — 𝔅o + *patria sibi me dare*. Delevi *me*, cum eius in mstis certa vestigia non apparerent. R — *meo* post *amico*. G (s m) = *facturus*. G = *Promisit tibi*. Optimus Lipś. = *filiam in verum* vel *nerum* ambigua littera. Lips. ci. = *in nurum* aut *in torum*. R = *aparuisti*. V 𝔗 — 𝔏 𝔍u = *cum extraneo*. Rell. etiam meliores Gr. ∾. Cod. Iur. = *cum externo contubernium*. 𝔐 — 𝔏4. = *Eadem lex me defendit* contra mstos etiam Gr.

2. V (cr. ∾) = *fidem fallant*. T 𝔗𝔅 = *crimen audiant*. Dal. = *crimen adeam*. T = *cum eadem omnia sunt*.

et me fide liberat = GVT Gr. Tronc. Verd. Scal. 𝔗 — 𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o. R = *et ne fide liberat*. m𝔈2. 𝔊 — 𝔏4. = *et meam fidem liberat*.

quaeri. promisi me peregre una exiturum: sed iter infestari latrociniis nuntiatur. in rem praesentem uenturus fui: sed ae-
3 ger filius et puerpera uxor tenet. Omnia esse debent quae fuerunt cum promitterem, ut promittentis fidem teneas. Quae autem maior fieri mutatio potest, quam si te malum uirum et ingratum conperi? quod tamquam digno dabam indigno negabo et irascendi quoque causam habebo deceptus. XXXVI. Inspiciam tamen et quantum sit de quo agitur: dabit mihi consilium promissae rei modus. Si exiguum est, dabo, non quia dignus es, sed quia promisi. nec tamquam munus dabo, sed uerba mea redimam et aurem mihi peruellam. damno castigabo promittentis temeritatem. Ecce ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus, linguarium dabo. Si maius erit, non committam, quemadmodum Maecenas ait, *ut sestertio centies*
2 *obiurgatus sim*. Inter sese enim utrumque conparabo. Est aliquid in eo quod promiseris perseuerare. est rursus multum

R = *unā exiturum*. T = *via exiturum*. T — *iter*. 𝔗 — 𝔈1. + *sed iter aeger filius*.

et puerpera uxor = RGVT 𝔗 — 𝔖. 𝔐 — 𝔅o = *sed puerpera uxor*. Tronc. + *uxor tenet me*.

3. *Omnia esse debent quae fuerunt* = RGVT Gr. (exc. Naz.?) 𝔗 — 𝔈1. DW + *Omnia eadem esse debent q. f.* CH Naz. (?) 𝔈2. — 𝔅o + *Omnia esse debent eadem quae fuerunt*. C = *cum promittes*. DHW Put. = *cum promitteres*. probat Opsop. E = *cum promitterentur*. E = *fide teneas*. 𝔗 — 𝔈1. = *fidem teneam* contra mstos etiam vetustiss. Ermi Gr. T = *fieri melior mutatio*. DW — *maior*. D = *imitatio*. T — *si* ante *te malum*. VCDEW P3. Put. + *ingratum comperi. quem prius bonum et gratum putabam* (E = *putaveram*) DW = *nascendi causam*. E — *et irascendi* — *deceptus*. HW = *causam habeo*. T = *causam non habeo*.

Cap. XXXVI.

D (s∾) = *Inspiciam tantum*. T — *et* ante *quantum*. D = *de quo agatur*. CD Put. = *dignus est*. 𝔐 — *mea* post *verba* contra mstos etiam Gr. Put. H + *aurem meam mihi*. V = *aurem mihi puellam*. 𝔐 — 𝔏4. = *promittendi temeritatem* contra mstos etiam Gr. CDHW = *temeritatem. Si magnum est non* [D = *quod*] *tantum quod* [D — *quod*] *temere promisi retinebo. sed* [D = *sicut*] *quod non* [D = *cum*. s∾] *recte dedi repetam. Demens est qui fidem praestat errori. Ecce ut doleat*. sed verba *Non tantum* — *errori* suo loco § 2. omittunt. E — *Ecce ut* — *linguarium dabo*.

ut doleat tibi, ut = RGVTCDHW potiores Gr. 𝔗 — 𝔖 𝔅2. 𝔐 — 𝔅o (ex. 𝔅2.) — *tibi*. T = *solemus* [sp. vc.] *dabo*. Selectior liber Lips. = *linguari iuri dabo*. 𝔗𝔅 = *lignarium dabo*. 𝔈1. — 𝔖 = *Ignarium dabo*. Scriver. ci. = *ut postea consideratius loquar, HS, quod dicere solemus, linguari iuri dabo*. nec tamen reiicit idem *linguarium*. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. CDHW — *Si maius erit* — § 2. *rubori futurum*. RGVT = *Si malus erit*. E = *Si magnum est*. E — *non committam* — § 2. *verba laxentur*.

obiurgatus sim = RGV Gr. 𝔗 — 𝔖. T = *obiurgatus sit*. 𝔐 — 𝔅o = *obiurgandus sim*.

2. RG 𝔗 — 𝔈2. = *Inter esse enim*. VT = *Inter se enim*.

in eo ne indigno beneficium des. Hoc tamen quantum est? si leue, conniueamus: si uero magno mihi aut detrimento aut rubori futurum, malo semel excusare quare negauerim quam semper quare dederim. Totum, inquam, in eo est quanti promissi mei uerba taxentur. Non tantum quod temere promisi retinebo, sed quod non recte dedi repetam. Demens est qui fidem praestat errori. XXXVII. Philippus Macedonum rex habebat militem manu fortem cuius in multis expeditionibus utilem expertus operam subinde ex praeda aliquid illi uirtutis causa donauerat et hominem uenalis animae crebris auctoramentis accendebat. Hic naufragus in possessiones cuiusdam Macedonis expulsus est. quod ut nuntiatum est, accucurrit, spiritum eius recollegit, in uillam illum suam transtulit, lectulo suo cessit, adfectum semianimemque recreauit, diebus triginta inpensa sua curauit, refecit, uiatico instruxit, subinde dicentem, *Gra-* 2
tiam tibi referam: uidere tantum mihi imperatorem meum contingat. Narrauit Philippo naufragium suum, auxilium ta-

ne indigno beneficium des = VT P2. 𝔗 — 𝔚o. RG rell. Gr. = *ne inde benef. des.*

Hoc tamen quantum est? si leve = RGT Gr. (exc. P2.). V 𝔗 — 𝔊 + *Hoc tamen quantum est attendendum. si leve est.* P2. + *Hoc tamen quantum est attendendus. si leve est.* 𝔐 — 𝔚o = *Hoc tamen quantum sit attendendum. si leve est.* Grut. subodoratur hiatum aliquem. RV = *coniveamus.* 𝔗𝔚 = *connibeamus.* T = *convincamus.* D(s∾) = *malum semel excusare.* W(m∾) = *semper excusare.* CDHW — *Totum, inquam — praestat errori:* sed pars supra legitur § 1. RG Tronc. Verd. Scal. = *quantum promissi* [G = *promisi*] *mei verba taxentur.* de quo vide. V = *quantum promis mea verba taxentur.* T 𝔗𝔚 = *quantum promisi mea verba taxentur.* 𝔈1. = *quando promisi mea verba taxentur.* Ermi ex. Longobard. ∾. T unus Ermi + *taxentur. Si magnum est.* T = *non tamen quod.* 𝔗𝔚 + *repetam. Errori fidem non esse praestandum.* 𝔗 — 𝔈2. — *fidem* ante *praestat* (hi sunt veteres libri, quos laudat Mur.) contra mstos etiam vetustiss. Ermi. 𝔐 = *qui perstat in errore* ex ci. Mur.

Cap. XXXVII.

E — *Philippus* — XXXVIII, 1. *naufragis litora.* W + *militem gloriosum manu fortem.* CDW — *in* ante *multis.* CDHW = *expertus operam virtutis causa illi plura* [D = *plura illi*] *donaverat* rell. om. RG + *aliquid inde illi virtutis causa.* C DW = *venalis animi.* sed rell. ∾. R = *in possossionis.* TCW = *in possessionem.*

quod ut nuntiatum est = RGVT CDW Naz. P1. 3. Col. 𝔊ro. P2. 𝔗 — 𝔏4. + *quod ut Macedoni illi nuntiatum est.* H Cambron. Erf. 𝔑u — 𝔚o = *qui, ut nuntiatum est.* probat Gron. 𝔅1. — *quod.*

adcucurrit = RGV Naz. Col. 𝔏 — 𝔚o. TCW 𝔗 — 𝔐 = *accurrit.* D = *occurrit.* DW = *spiritum eius collegit.* CDW — *illum* post *villam.* CH = *lecto suo concessit.* DW = *lectulo suo concessit.* R = *adsectum semianimemque.* Codd. Lips. = *afflictum semivivumque.* Dal. = *impensis suis.* W = *expensa sua.*

2. V + *tantum mihi phylippum imperatorem.* C = *tantum imperatorem mihi contingat* om. *meum.* D [illegible] *tantum mihi contingat com*[illegible]*rem.* W — *meum.* CDH[illegible]

cuit et protinus petiit, ut sibi cuiusdam praedia donaret. Ille
quidem erat hospes eius, is ipse a quo receptus erat, a quo sa-
natus. Multa interim reges in bello praesertim opertis oculis
donant. non sufficit homo iustus tot armatis cupiditatibus. non
potest quisquam eodem tempore et bonum uirum et bonum du-
3 cem agere. Quomodo tot milia hominum insatiabilia satiabun-
tur? quid habebunt, si suum quisque habuerit? Haec Philippus
sibi dixit, cum illum induci in bona quae petebat iussit. Ex-
pulsus bonis suis ille non ut rusticus iniuriam tacitus tulit con-
tentus, quod non et ipse donatus esset: sed Philippo epistulam
strictim ac liberaliter scripsit. qua accepta ita exarsit, ut sta-
4 tim Pausaniae mandaret, bona priori domino restitueret: cete-
rum inprobissimo militi, ingratissimo hospiti, auidissimo nau-
frago stigmata inscriberet ingratum hominem testantia. Dignus
quidem fuit cui non inscriberentur illae literae, sed inscul-

ravit postea naufragium. D — *suum*. CDHW = *et statim petiit*. 𝔐 — 𝔙o (exc. 𝔅2.) = *Ille quidam erat hospes* contra mstos etiam Gr. CDHW — *is ipse*. T — *is*. G (cr. ∾) = *recepturus*. 𝔗 — 𝔈2. — *erat* post *receptus* contra mstos etiam Pinc. C mDH = *a quo sanatus, a quo receptus erat. Multa interim reges praesertim in bello oculis apertis donant*. DW = *a quo sanatus, a quo receptus erat. Multa interim rex praesertim in bello oculis apertis donavit*. R (m ∾) — *Multa interim — donant*. T = *Multa interdum*. mRG = *apertis oculis*.

homo iustus tot = RGV Naz. P2. Col. 𝔗 — 𝔊. T = *homo unus tot*. CDHW Pinc. v. l. P1. 3. 𝔐 — 𝔙o + *homo iustus unus tot*. V = *armatorum cupiditatibus*. CH = *Nemo potest eodem tempore*. DW = *Nemo potest bonum virum* rell. om. R (cr. ∾) = *et bonum iudicem*.

3. T = *quisque habuit*.

Haec Philippus sibi = RGC Naz. 𝔅2. VT 𝔗 — 𝔙o (exc. 𝔅2.) = *Hoc Phil. sibi*. D = *Philippus* [m = *sibi*] *hoc dixit*. R = *quae petiebat*. Vix dubito, quin restituendum sit, *quae petierat*: quam facile enim ex PETIERAT fieri potuerit PETIEBAT apparet. hoc mox a librariis in *petebat*, ut ipsis videbatur, correctum est. T = *iniuriam intulit* om. *tacitus*. CDW = *tacitus iniuriam suam*. CDHW — *contentus — esset: sed*. RGV = *quod et ipse donatus non esset*. T 𝔗 — 𝔙o ∾.

Philippo epistulam strictim ac liberaliter scripsit = T. R = *Ph. ep. strictam ac libera voce* [de hoc vide] *scripsit*. G = *Ph. ep. scriptam ac liberavit scripsit*. V = *Ph. ep. strictam ac liberaliter scripsit*. Naz. Col. = *ac liberavit scripsit*. P2. = *ac liberalem scripsit*. 𝔗 — 𝔈1. = *Ph. ep. scriptam ac liberaliter scripsit*. CDW = *Philippo pulcre epistolam scripsit*. H = *Philippo epistolam pulchram scripsit*. Cod. Iur. Tronc. Trist. = *sed perpulchre epistolam scripsit*. Germ. = *epistolam scriptam de liberalitate sua misit*. 𝔈2. — 𝔙o = *ep. strictam ac liberam scr*. TD (m ∾) — *ita*. CDHW — *Pausaniae mandaret*. V 𝔗 — 𝔐 + *ut bona priori domino*. Rell. etiam ex. Fac. et Primit. aliquot Gr. ∾.

4. CD + *et ingratissimo*. T = *ingrato hospiti*. CDHW — *avidissimo naufrago*.

ingratum hominem testantia = RGVTCW Naz. P2. 3. Col. 𝔗𝔅. D P1. + *ingratum hominem hospitem* [mD = *hospiti*] *testantia*. mW 𝔈1. — 𝔙o = *ingratum hospitem testantia*. CDHW + *cui non modo*

perentur qui hospitem suum nudo et naufrago similem in id in quo iacuerat ipse litus expulerat. Sed uidebimus quis modus poenae seruandus fuerit: auferendum utique fuit quod summo scelere inuaserat. Quis autem poena eius moueretur qui id commiserat per quod nemo misereri misericors posset? XXXVIII. Dabit tibi Philippus, quia promisit, etiam si non debet, etiam si iniuriam facturus est, etiam si scelus facturus est, etiam si uno facto praeclusurus est naufragis litora? Non est leuitas a cognito et damnato errore discedere et ingenue fatendum est: Aliud putaui, deceptus sum. Haec uero superbae stultitiae perseuerantia est: Quod semel dixi qualecumque est fixum ratumque sit. Non est turpe cum re mutare consilium.
Age, si Philippus possessorem illum eorum litorum reliquisset 2
quae naufragio ceperat, non omnibus miseris aqua et igni interdixerat? *Potius est*, inquit, *intra fines regni mei te literas istas oculis inscribendas durissima fronte circumferre. ostende quam sacra res sit mensa hospitalis. praebe in*

inscriberentur. CD = *nudum naufrago* [D p.m. = *naufragio*] *similem.*

in id in quo iacuerat = T 𝔗 — 𝔅o. RCmDHW Naz. (s.m.) P1. cod. Iur. = *in id quo iacuerat* om. *in.* G D Naz. (p.m.) P2. 3. = *in id quod iacuerat.* Col. = *similes id quo iacuerat.* CDHW — *Sed videbimus* — XXXVIII, 1. *naufragis litora.* V = *servandus fuerat.* 𝔗 — ℭl. = *servandus fuit.*

per quod nemo misereri misericors posset? = RG. TV Gr. (exc. Col.) 𝔗 — 𝔊 = *pro quo* [m𝔊2. m𝔊 = *propter quod*] *nemo* ∾ (T = *misericors misereri posset*). Col. = *propter quod misereri misericors posset* (om. *nemo*?). 𝔐 — ℜu 𝔅o = *propter quod nemo miserari miseros posset?* probant Lips. Ruhk., sed ille testatur plerosque libros habere *misereri misericors.* 𝔅2. = *propter quod nemo* ∾.

Cap. XXXVIII.

In H desunt tria capita proxima, sed excerpta ex iis leguntur post finem libri II.: et quidem ex hoc capite verba *Non est levitas — mutare consilium.* V = *quod promisit.* T = *quia promiserit.*

etiam si iniuriam facturus est = RGVT. 𝔗 — 𝔊 — *est.* 𝔐 — 𝔅o — *facturus est.* Dal. = *scelus admissurus est.* W = *Non est lenitas.* T = *et decepto errore* (natum ex vulgata scriptura *dampnato*). E = *damnatoque errore recedere. Sed ingenue.* W (m ∾) = *ingenue faciendum.* T — *est* post *fatendum.* E = *aliud putabam.* CE = *Haec* [E = *Hoc*] *vero superbiae stultitiae.* D = *In hoc perseverantia, superbia et stultitia.* W = *superbae licentiae* [m = *laetitiae*]. Dal. = *superbiae ac stultitiae.* T = *qualecunque etiam fixum.* E = *ratum fixumque.*

2. CDW — *Age, si Philippus* — XXXIX, 3. *si haec ita erunt.* E — *Age, si Ph.* — XXXIX, 1. *promiserat? Primum.*

non omnibus miseris = RGVT 𝔗 𝔏. ℭl. — 𝔅o = *nonne omn. m.* RGVT 𝔗 — ℭl. = *et literas istas* ∾ *circumferri.* Lips. ci. = *foculis inscribendas* i. e. *ferro quod in foculis canduerat* (laudat Colum. X, 125. *Deletura quoque est fronti data signa focorum.* sed ibi potius legendum *fugarum*) aut *ocius inscribendas.* V = *mens hospitalis.*

facie tua legendum istuc decretum quo cavetur, ne miseros
tecto iuvare capital sit. Magis ista constitutio sic erit ra-
ta, quam si illam in aes incidissem. XXXIX. Quare ergo,
inquit, Zeno uester, cum quingentos denarios cuidam promi-
sisset mutuos et ipse illum parum idoneum conperisset, amicis
suadentibus ne daret perseuerauit credere, quia promiserat?
Primum alia condicio est in credito, alia in beneficio. Pecu-
niae etiam male creditae exactio est. et adpellare debitorem ad
diem possum et, si foro cesserit, portionem feram: beneficium
2 et totum perit et statim. Praeterea hoc mali uiri est, illud
mali patris familiae. Deinde ne Zenon quidem, si maior fuis-
set summa, credere perseuerasset. quingenti denarii sunt:
illud, quod dici solet, *in morbo consumat.* fuit tanti non re-
uocare promissum suum. Ad coenam, quia promisi, ibo, et-
iam si frigus erit: non quidem, si niues cadent. Surgam ad
sponsalia, quia promisi, quamuis non concoxerim: sed non,
si febricitauero. Sponsum descendam, quia promisi: sed non
3 si spondere me incertum iubebis, si fisco obligabis. Subest,
inquam, tacita exceptio, si potero, si debebo, si haec ita erunt.
Effice ut idem status sit, cum exigis, qui fuit cum promitte-

istuc decretum = RT. GV 𝔗 — 𝔅o = *istud decr.* G = *ne miseres tecto.*

iuvare capital sit = Naz. Col. 𝔏4. 𝔅2. GVT 𝔗 — 𝔅o (exc. 𝔏4. 𝔅2.) = *iuvare capitale sit.* R = *iurare capitis sit.* quod genuinum esse arbitror.

Cap. XXXIX.

H — *Quare ergo* — § 3. *si haec ita erunt.* T — *ergo.* V = *Zeno noster.* Omnes libri hic habent *Zeno*, nullus *Zenon.* 𝔗 — 𝔅o = *mutuos cuidam promisisset* contra mstos. V = *mutuo.*

et ipse illum = RGVT 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o — *ipse.*

et adpellare = RGV 𝔗 — 𝔊ro 𝔅2. (R = *apellare*). T = *appellare etiam.* 𝔅1. 𝔑u 𝔅o — *et.* E = *ad diem possunt* ∾ *portionem factam.* R = *portiorem feram.* Cod. Agric. = *possessionem feram.*

2. E — *Praeterea hoc* — XL, 1. *reddendum sit.* G = *nec Zenon quidem.* V 𝔗 — 𝔈1. = *nec Zeno q.* R T 𝔈2. — 𝔅o = *ne Zeno q.* VT = *non fuit tanti revocare.* T = *per missum suum.* T = *quamvis non coxerim.* Naz. (s.m.) = *quamvis non concodixerim.* prior scriptura non poterat erui: sed aliam atque vulgatam fuisse indicabat spatium. P2. = *quamvis non composerim.* 𝔗𝔅 = *quamvis non concusserim.* 𝔈1. + *Ad sponsum descendam.* idem ait Erm. in ceteris exemplaribus fuisse: unum tamen „mirae vetustatis, Langobardicis litteris scriptum“ habuisse scripturam vulgatam. Mei omnes ∾ (R = *descenderam*).

spondere me incertum = RGVT 𝔗 — 𝔈1. Lat. Latin. (B. Pr. p. 45.) = *spondere incertum* om. *me.* 𝔈2. — 𝔅o = *spondere in incertum.* R = *iubebit.* T 𝔗 — 𝔈1. = *videbis.*

3. G Scal. = *si debeo.* Lat. Latin. (l.l.) = *si valebo.*

cum exigis = RGVT Pinc. v. l. P3. Col. Lat. Latin. (l. l.) 𝔏4. 𝔅2. Naz. = *quo exigis.* P2. = *cum exigit.* 𝔗 — 𝔅o (exc. 𝔏4. 𝔅2.) = *cum exi-*

rem: destituere leuitas erit. Si aliquid interuenit noui, quid miraris, cum condicio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? Eadem mihi omnia praesta et idem sum. Uadimonium promittimus: tamen deseritur. Non in omnes datur actio: deserentem uis maior excusat. XL. Idem etiam illa quaestione responsum existima, an omnimodo referenda sit gratia et an beneficium utique reddendum sit. Animum praestare gratum debeo: ceterum aliquando me referre gratiam non patitur mea infelicitas, aliquando felicitas eius cui debeo. Quid enim regi pauper, quid diuiti reddam? utique cum quidam recipere beneficium iniuriam iudicent et beneficia subinde aliis beneficiis onerent. Quid amplius in horum personam possum quam uelle? 2
nec enim ideo beneficium nouum reicere debeo, quia nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter quam dabitur et praebebo me amico meo exercendae bonitatis suae capacem materiam. Qui noua accipere non uult acceptis offenditur. Non refero gratiam: quid ad rem? non est per me mora, si aut occasio

gitur. R = *promitteres.* D (m ∾) = *mitterem.* V 𝔗 — 𝔅o (exc. 𝔏4. 𝔊ro) = *destituere levitas non erit, si aliquid intervenit.* DW = *destituere levitatis erit, si aliq. interv.* RGVT CH Pinc. v. l. Naz. Col. P3. 𝔏4. 𝔊ro ∾. CD(s.m.) HW = *intervenit. numquid* [D p.m. = *nunquam*] *miraris.* 𝔗 — 𝔈1. — *sit* post *mutata.* G = *mutatum est consilium.* CDHW — *Vadimonium* — XL, 1. *reddendum sit.* sed substituunt verba supra omissa. *Alia condicio est in credito — perit et statim.*

tamen deseritur = VT 𝔗 — 𝔏4. RG Naz. P3. Col. Erf. = *tamen deserit.* unde ℜu𝔅o = *tamen deseris.* Gron. ci. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔅2. = *tamen deserti non.*

Non in omnes datur actio = GT 𝔗 — 𝔅o. RV = *Non omnis datur actio.*

deserentem = RGVT 𝔗 — 𝔏4. Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o = *datur actio deserentes. Vis.* (Male Bipontinus ex ℜu laudat *desertores.*)

Cap. XL.

illa quaestione = RGT Naz. P3. Col. V + *in illa quaestione.* 𝔗 — 𝔅o + *illa in quaestione.* RGVT = *beneficium utile reddendum sit* (T — *sit*). Erm. ci. 𝔅2. = *ubique reddendum sit.* probat Steph. (Prood. II, 8.). 𝔗 — 𝔅o ∾. D = *Certe me referre gratiam aliquando mea non felicitas non sinit.*

Quid enim regi pauper, quid diviti reddam? = R. GVTCDEHW Gr. 𝔈1. 2. = *Quid enim regi? quid pauperi? quid diviti reddam?* 𝔗𝔅 = *Quid enim regi: quid pauperi: diviti reddam.* Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *Quid enim regi, quid principi, quid diviti reddam?* quoniam soleat Seneca copulare *reges* et *principes.* 𝔐 — 𝔙o = *Quid enim regi, quid pauper diviti reddam?* V — *utique.* H = *iniuriam ducat.* R = *aliis beneficiis onorent.* C = *ornent.*

2. RGVTCDEW = *in horum persona.* de quo vide. VDW — *enim* ante *ideo.* E — *ideo.* DW = *eicere debeo.* R(s∾) = *prius reddi.* CHW = *quam datur.* D = *quam dabunt.* CEHW = *et praebeo.* TsDE + *Qui enim nova.* R = *sic aut occasio.* V = *sed aut occasio.* W = *si autem occasio.* sW = *sed*

mihi deest aut facultas. Ille praestitit mihi, nempe cum occa-
3 sionem haberet, cum facultatem. Utrum bonus uir est an malus? apud bonum uirum bonam causam habeo, apud malum non ago. Ne illud quidem existimo faciendum, ut referre gratiam etiam inuitis his quibus refertur properemus et instemus recedentibus. Non est referre gratiam quod uolens acceperis nolenti reddere. Quidam, cum aliquod illis missum est munusculum, subinde aliud intempestiue remittunt et nihil se debere te-
4 stantur. Reiciendi genus est protinus aliud inuicem mittere et munus munere expungere. Aliquando et non reddam beneficium, cum possim. Quando? si plus mihi detracturus ero quam illi collaturus, si ille non erit sensurus ullam accessionem recepto eo quo reddito mihi multum abscessurum erit. Qui festinat utique reddere non habet animum grati hominis, sed debitoris. Et ut breuiter, qui nimis cupit soluere inuitus debet. qui inuitus debet ingratus est.

autem occasio. D = *occasio michi deerit.* C = *occasio nichil deerit.* T = *Iste praestitit.* V = *Praestitit ille.*

3. VT 𝔗 — 𝔈l. + *Refert utrum bonus vir est* (T = *utrumvis bonus est*). Rell. etiam duo pervetusta exx. Ermi ∾. RGVW = *Nec illud quidem.* E = *Nec illud* om. *quidem.* C — *etiam invitis.* DW — *etiam.* 𝔈l. — 𝔏 𝔍u = *et instemus cedentibus* contra mstos etiam Gr. Verd. Tronc. Scal. Lat. Latin. (l. l.). T (s∾) = *Non est ferre gratiam.* G = *volenti retinere.* G = *cum aliquid illis.* T = *cum aliquid missum est in munusculum* om. *illis.* DHW = *cum aliquod sibi missum est.* C = *cum aliquid sibi missum est.* E (s∾) = *aliquod subinde intempestive.*

4. E — *Reiciendi* — *expungere.* G = *Reiciendi dignus est.* V codd. Ermi (exc. Langob. ∾) cod. Lips. 𝔗 — 𝔈l. = *Reiiciendi sunt: pignus est.* Lips. ci. + *Reiiciendi sumpti genus est* postrema voce compendio scripta. Refutatur a Gronovio. T = *Reiciendi pignus est.* C DHW = *Reiiciendi signum est.* R (s∾) = *et mus munere.* RVDW = *munere expugnare.* 𝔗 — 𝔈l. = *expingere.* CDEW — *et* ante *non reddam.*

Quando? si plus = RGVCDHW Pinc. v. l. Naz. P1. 3. Col. Trist. 𝔊ro — 𝔅o. T P2. 𝔗 — 𝔏4. — *si.* E = *quoniam plus.* Grut. ci. = *quando scilicet plus.* D = *ullam acceptionem.* 𝔗 — 𝔈l. = *accessurum erit.* RG Lat. Latin. (l. l.) = *abscessurum erat.* Rell. etiam Ermi Langob. ∾. G Pinc. v. l. Col. Lat. Latin. (l. l.) 𝔊𝔊 = *itaque reddere.* DW quidam codd. Pinc. = *festinat reddere. non habet animum utique.* V sD P2. 𝔗 — 𝔐 + *Et ut breviter dicam.* 𝔏 𝔍u = *Et breviter dicam* om. *ut.* CDHW P1. 3. + *Et ut breviter queamus* [D = *queramus*] *dicere.* Rell. etiam Naz. Col. ∾.

Qui nimis cupit solvere = G. R = *Qui minus cupit solvere.* V Lat. Latin. (l. l.) = *Qui munus cupit solvere.* T𝔗 — 𝔅o + *Qui nimis cito cupit solvere.* hoc adiectum est a librario ad *festinat* respiciente. CDE HW + *et qui invitus debet.*

L. ANNAEI SENECAE
AD AEBUTIUM LIBERALEM
DE BENEFICIIS
LIBER V.

In prioribus libris uidebar consummasse propositum, cum tractassem quemadmodum dandum esset beneficium, quemadmodum accipiendum: hi enim sunt huius officii fines. Quicquid ultra moror non seruio materiae, sed indulgeo: quae quo ducit sequenda est, non quo inuitat. Subinde enim nascetur quod lacessat aliqua dulcedine animum, magis non superuacuum quam necessarium. Uerum quia ita uis, perseueremus peractis quae 2
rem continebant scrutaturi etiam ea quae, si uis uerum, connexa sunt, non cohaerentia. quae quisquis diligenter inspicit nec facit operae pretium nec tamen perdit operam. Tibi autem homini natura optimo et ad beneficia propenso, Liberalis Aebuti, nulla eorum laudatio satisfacit. Neminem umquam uidi tam 3
benignum etiam leuissimorum officiorum aestimatorem. Iam bonitas tua eo usque prolapsa est, ut tibi dari putes beneficium quod ulli datur. paratus es, ne quem beneficii poeniteat, pro

Cap. I.

E — *In prioribus* — IV, 2. ex. *ministeriumque constat* paucis in margine suppletis. Muret. ci. = *Quatuor* [IV.] *superioribus libris.* W = *videbatur.* T = *cunsummasse.* D (m∾) W = *propositum contractasse* et — *cum tractassem.* 𝔗 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) + *et quemadmodum accip.* contra mstos. R = *hii enim.* 𝔑 — 𝔈l. = *Quid ultra moror?*

sequenda est = RGVTτCDmEHW Trouc. Verd. Scal. 𝔑 — 𝔈l. 𝔈2. — 𝔅o = *sequendum est.* CDmEHW — *Subinde* — § 4. *data revertentur.* RG Vτ Naz. P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈l. = *quo lacessat.* T = *aliqua dulcedine anum.* Quidam codd. Pinc. 𝔈 — 𝔏 𝔍u = *magis non necessarium quam superv.* Mss. etiam maior pars Pinc. Naz. P2. 3. Col. Delben. ∾.

2. *scrutaturi etiam ea* = RGVτ. T = *scrutari al' tauri et ea.* 𝔑 — 𝔅o = *scrutari etiam ea.* RGτ. Naz. P3. Col. = *quae si vis verum connexum cohaerentia.* V = *quae si iis connexum verum non cohaerentia.* T = *quae sunt quaesitis connexa. Verum non cohaerentia.* P2. 𝔑 — 𝔏 𝔍u = *quae sunt his* [𝔑 = *hiis*] *connexa, verum sunt non cohaerentia.* 𝔏4. 𝔊ro — 𝔓o ∾. V = *quae quisque.* T = *inspexit.* 𝔑 — 𝔅o + *homini non natura.* Cod. Lips. 𝔈l. 2. = *hominum natura.* In Append. Erm. correctum voluit. VT 𝔑 — 𝔈l. = *Liberalis Eburti.*

3. T = *tam benignum esse lev.* 𝔑 — 𝔅 = *beneficiorum aestimationem.* Gτ = *quod illi datur.* T = *quod nulli datur.*

ingratis dependere. Ipse usque eo abes ab omni iactatione, usque eo statim uis exonerare quos obligas, ut quicquid in ali-
4 quem confers uelis uideri non praestare, sed reddere. Ideoque plenius ad te sic data reuertentur: nam fere sequuntur beneficia non reposcentem et, ut gloria fugientes magis sequitur, ita fructus beneficiorum gratius respondet illis per quos etiam esse ingratis licet. Per te uero non est mora, quo minus beneficia qui acceperunt, ultro repetant. nec recusabis conferre alia et subpressis dissimulatisque plura ac maiora adicere. Propositum optimi uiri et ingentis animi tam diu ferre ingratum, donec feceris gratum. Nec te ista ratio decipiet: subcumbunt uitia uirtutibus, si illa non cito odisse properaueris. II. Illud utique unice tibi placet uelut magnifice dictum, *Turpe est beneficiis uinci.* Quod an sit uerum non inmerito quaeri solet longeque aliud est quam mente concipis. Numquam enim in rerum ho-

R = *Ipse eo usque.* T = *usque eo habes.* 𝔑 — 𝔅 — *vis* ante *exonerare.* 𝔈1. — 𝔐 = *exonerare cupis* contra mstos. T post *quos obligas ut* praefixo *scilicet* adiicit ex cap. V, 2. 4. verba *admonitiones*, *severitatem* — *in nostra potestate.* τ (cr. ∾) = *quisquis in aliquem.*

4. *sic data revertentur* = RGVτ Verd. Tronc. Scal. 𝔑 — 𝔅. T𝔈1. — 𝔅o = *sic data revertuntur.* V + *magis et magis sequitur.* τ + *magis magisque sequitur.* P2. 3. 𝔑 𝔏4. + *magis ac magis sequitur.* TD = *magis fugientes sequitur.* Rell. etiam Naz. P1. Col. ∾. CDmEW = *fructus beneficii.* H = *fructus beneficium.* D = *gratus.* W = *gratis.* RG = *gratius respondit.* 𝔑 — 𝔅 + *respondet quam illis.* RGTτ — *illis.* V 𝔑 — 𝔈1. = *esse ingratos.* CDmEHW — *Per te vero* — *ac maiora adicere.* Cod. Lips. 𝔑 — 𝔈1. = *suspensis dissimulatisque.* Lips. ci. = *dissimulatisve.* V 𝔑 — 𝔅o + *et ingentis animi est.* Cod. Lips. = *ingentis cause.* CDmE P1. 3. + *Propositum est optimi viri.* Pinc. ci. + *Propositum et optimi viri et.* probat Grut. RGTτ meliores Pinc. Naz. Col. ∾. (R = *oblimi*). CDmEHW — *donec feceris gratum* — IV, 2. ex. *ministeriumque constat.* τ = *donec fecerit.* G Scal. = *iratum.*

si illa non cito odisse properaveris = V𝔐 — 𝔅1. 𝔅2. RGτ Naz. 𝔈2. — 𝔊 = *si illa concito odisse properaveris* (Naz. = *prosperavis.* sed *s* obelo transfixum est.). T = *si ita concito odisse properaveris.* P2. = *si illa quam cito odisse prop.* P3. Col. = *si illa concito adisse properaveris* (Col. = *properaverit*). Cod. Lips. = *si illa quam cito properaveris* om. *odisse.* 𝔑 — 𝔈1. = *si illa cum cito odisse praeparaverit.* Ruhk. ci. ℜu 𝔅o = *si illa hoc scito* [i. e. *hac ratione* interprete Ruhkio] *odisse prosperaveris.* Explicat ipse Ruhk.: „si ista, quam tibi praescripsisti, norma legeque oderis atque ita prospera feceris, sive in virtutes mutaveris.“ mirum iure appellat Bipontinus. Censor ℜu (Diar. Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 411.) ci. = *si illa concita* [i. e. *excitata, orta vitia*] *odisse properaveris.* laudat Cic. Phil. V, 11, 31. *Omne malum nascens facile opprimitur.*

Cap. II.

RG (s∾) P3. Col. = *quod amisit verum.* Pal. (2.) = *quodam set verum.* τ = *quam mente conspicis.*

**nestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non pro-
icias et uictus quoque uelis uincere. Non omnes ad bonum 2
propositum easdem adferunt uires, easdem facultates, eamdem
fortunam. quae optimorum quoque consiliorum dumtaxat exitus
temperat. Uoluntas ipsa rectum petens laudanda est, etiam si
illam alius gradu uelociori antecessit. non ut in certaminibus ad
spectaculum editis meliorem palma declarat, quamquam in illis
quoque saepe deteriorem praetulit casus. Ubi de officio agitur 3
quod uterque a sua parte esse quam plenissimum cupit, si alter
plus potuit et ad manum habuit materiam sufficientem animo
suo, si illi quantum conatus est fortuna permisit, alter autem
uoluntate par est, etiamsi minora quam accepit reddidit aut
omnino non reddidit, sed uult reddere et toto in hoc intentus
est animo: non magis uictus est quam qui in armis moritur, 4
quem occidere facilius hostis potuit quam auertere. Quod
turpe existimas id accidere uiro bono non potest, ut uincatur.
numquam enim subcumbet, numquam renuntiabit. ad ultimum
usque diem uitae stabit paratus et in hac statione morietur ma-
gna se accepisse prae se ferens, paria uoluisse. III. Lacedae-
monii uetant suos pancratio aut cestu decernere, ubi inferiorem
ostendit uicti confessio. Cursor cretam prior contigit: uelocitate**

V = *vinci turpe est.* Erm. ci. = *victus quoque nolis cedere.*

2. T — *dumtaxat.* Cod. Lips. = *dum taxat.* Lipsio suspecta haec vox defenditur a Gronovio. G = *exitiis temperat.* R (s∾) — *est* post *laudanda.* R (s∾) = *non ut in certantibus.* τ = *meliore palma.* RG 𝔑 — 𝔅 = *palmam.* τ = *tamquam in illis quoque.* R — *saepe* ante *deteriorem.*

3. τ 𝔑 — 𝔈1. = *quam plenissime.* Scal. = *tum suspicientem animo suo.* τ = *permissit.* 𝔑 — 𝔈1. = *voluntate parum est.* τ — *aut omnino non reddidit.* R = *aut omnia reddidit.* sRGVT Gr. 𝔑 — 𝔊 = *aut omnia non reddidit.* Libri veteres Mur. 𝔐 — 𝔅o ∾. RGVτ + *et ex toto.* 𝔑 — 𝔈2. = *ex toto.* 𝔈 = *toto et in hoc.* 𝔊 = *ex toto et in hoc.* T Pinc. v. l. ∾. Scal. = *contentus est animo.*

4. 𝔑 — 𝔅 = *in hoc victus est quam qui.* 𝔈1. 2. = *in hoc victus est tanquam qui.* 𝔈 — 𝔅o + *hic non magis victus est quam qui* contra mstos etiam vetustiss. Ermi Gr. G = *quam cui in armis.* V = *Quid turpe existimas.* Cod. Lips. 𝔑 — 𝔈1. = *Quod ipse existimas* (𝔑 — 𝔅 = *aestimas*). probat Lips. 𝔑 — 𝔅 = *id decidere.* T = *viro bono nullo modo potest.* τ = *ad ultimum usque finem stabit.*

Cap. III.

𝔗 — 𝔈1. = *Macedonii vetant.* R G (p.m.) Tτ = *pancratios aut cestu* (T = *cesty*). G (s.m.) V Scal. 𝔑 — 𝔈1. = *pancratios cestu.* 𝔑 — 𝔅 = *sibi inferiorem.* 𝔈1. = *Ibi inferiorem.*

cretam prior contigit = RGτ (τ = *prior cretam cont.*). V = *metam prior tetigit.* T = *metam prior contigit.* Naz. P2. 3. certe = *cursor cretam.* P2. 𝔑 — 𝔏4. = *metam prior contingit.* 𝔊ro — 𝔅o = *cretam prior contingit.* R (cr. ∾) = *velocitatē.*

illum, non animo antecessit. Luctator ter abiectus perdidit palmam, non tradidit. Cum inuictos esse Lacedaemonii ciues suos magno aestimarent, ab his certaminibus remouerunt in quibus uictorem facit non iudex nec per se ipse exitus, sed uox
2 cedentis et tradere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt uirtus ac bona uoluntas omnibus praestat, ne umquam uincantur, quoniam quidem etiam inter superantia animus inuictus est. Ideo nemo trecentos Fabios uictos dicit, sed occisos. Et Regulus captus est a Poenis, non uictus, et quisquis alius saeuientis fortunae ui ac pondere obpressus non submittit ani-
3 mum. In beneficiis idem est: plura aliquis accepit, maiora, frequentiora: non tamen uictus est. Beneficia fortasse beneficiis uicta sunt, si inter se data et accepta conputes. si dantem et accipientem conparaueris quorum animi et per se aestimandi sunt, penes neutrum erit palma. Solet enim fieri, ut etiam cum alter multis uolneribus confossus est, alter leuiter quidem saucius, pares exisse dicantur, quamuis alter uideatur inferior.
IV. Ergo nemo uinci potest beneficiis, si scit debere, si uult referre, si quod rebus non potest animo aequat. Hic quam diu in hoc permanet, quam diu tenet uoluntatem, gratum animum signis adprobat: quid interest ab utra parte munuscula plura numerentur? Tu multa dare potes, ego tantum accipere possum. tecum stat fortuna, mecum bona uoluntas: tamen tam par tibi

illum, non animo = RGVTτ 𝔑 — 𝔊. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔚o = *alium, non animo.* T = *Nictator ter abiectus.* V + *abiectus est.* T — *esse* post *invictos.* τ = *magno existimarent.*
nec per se ipse = RGVTτ 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔚o = *non per se ipse.* T + *exitus est, sed vix cedentis.*
2. T = *Hoc quod illis.* 𝔑 = *custudiunt.* T = *virtus et bona.* RVτ 𝔑 — 𝔚 = *ne umquam vincatur.* quod ferri poterat. Pinc. veteres codd. = *quandoquidem inter sup.* (*qm̃* = *quoniam. qñ* = *quando*). Pinc. ci. 𝔚o = *quandoquidem* [𝔚o = *quoniam quidem*] *etiam* [*etiam* Pinc. omisit invitus, ut videtur] *inter superatis animus invictus est.* Lat. Latin. (B. P. p. 45.) ci. = *inter superantis.* Mei et Gr. ∾ (sed T τ — *etiam*). T = *Fabies.* T — *saevientis.*

3. τ(s∾) — *tamen.* T = *etiam per se aestimandi.* τ = *ut alter cum multis vulneribus* om. *etiam.* T = *ut cum etiam alter in pugna multis vuln.* τ = *suffossus est.* T — *quidem* post *leviter.* T = *pares esse dicantur.*

Cap. IV.

T — *potest.* V = *si vult debere.* GTτ Gr. 𝔑 — 𝔊 = *Scit debere* om. *si.* R 𝔐 — 𝔚o ∾. RGVTτ cod. Lips. 𝔑 — 𝔚 = *si quidem rebus* [V = *re*] *non potest.* Lips. ci. = *si quem rebus n. p.* molliore sensu, ipse ait. V — *quamdiu in hoc permanet.* τ = *in hoc pertinet.* RGτ = *gratum animum ignis adprobandi.* Scal. = *signis approbandi.* RGVTτ 𝔑 — 𝔚 = *ab utraque parte.* RGVτ + *et ego tantum.* 𝔑 — 𝔚o + *at ego tantum,* T ∾. R = *acipere.* V = *tan-*

sum quam multis armatissimis nudi aut leuiter armati. Nemo 2
itaque beneficiis uincitur, quia tam gratus est quisque quam uoluit. Nam si turpe est beneficiis uinci, non oportet a praepotentibus uiris accipere beneficium quibus gratiam referre non possis: a principibus dico, a regibus quos eo loco fortuna posuit ex quo largiri multa possent pauca admodum et inparia datis recepturi. Reges et principes dixi, quibus tamen potest opera nauari et quorum illa excellens potentia per amicorum consensum ministeriumque constat. Sunt quidam extra omnem 3
subducti cupiditatem qui uix ullis humanis desideriis continguntur, quibus nihil potest praestare ipsa fortuna: necesse est a Socrate uincar beneficiis, necesse est a Diogene qui per medias Macedonum gazas nudus incessit calcatis regiis opibus. O nae 4
ille tunc merito et sibi et ceteris quibus ad dispiciendam ueritatem non erat obfusa caligo supra eum eminere uisus est infra quem omnia iacebant. Multo potentior, multo locupletior fuit omnia tunc possidente Alexandro: plus enim erat quod hic nollet accipere quam quod ille posset dare. V. Non est turpe ab his uinci: neque enim minus fortis sum, si cum inuolnerabili me hoste committis, nec ideo ignis minus urere potest, si in

dem tam par. T = *vide aut leviter.* 𝔑 — 𝔅 = *autem leviter.*

2. T = *Nemo utique.* R = *quam quisque voluit.* T = *quam voluit quisque.* T — *est* post *Nam si turpe.* T = *a potentibus viris.* R (m ∾) — *ex quo largiri multa possent.* Tτ = *multa possunt.* R (cr. ∾) = *et in patria.* 𝔑 — 𝔏 ℑu = *datis accepturi.* T = *et principes dici.* V = *potest opera donari.* R = *novari,*

per amicorum consensum = RV τ P3. Tronc. T rell. Gr. 𝔑 — 𝔏 ℑu = *per animorum cons.* Lectii ci. 𝔏4. 𝔊ro — 𝔅o = *per minorum cons.* V = *ministeriorumque.*

3. E + *qui extra omnem.* 𝔑 — 𝔅 + *extra hominem omnem.* V = *subditi cupiditatem.* 𝔑 — 𝔅 = *qui vix ullas.* C(s ∾) DHW — *ullis.* DW = *fortuna nil* [W = *nihil*] *praestare potest* om. *ipsa.* 𝔑 — 𝔅 = *praestari.* 𝔊1. 2. — *ipsa.* Rell. etiam Pinc. ∾.

vincar beneficiis = RGVTτ 𝔑 — 𝔊. CEH = *beneficiis vincar.* 𝔐 — 𝔅o = *beneficio vincar.* DW = *ut beneficiis vincat.* D (m ∾) — *necesse est.* W — *est.* DW = *qui per medium Macedonum.* V𝔗 = *gaças.* V = *regibus opibus.* C = *regi opibus.* TDEHW = *regis opibus.*

4. *O nae ille* = R quatuor Gr. 𝔊ro — 𝔅2. T = *O ne illi.* Cod. Lips. = *Omne ille.* C = *Horat ille.* W = *Orat ille.* D = *Erat ille.* H = *Ille* om. *O nae.* E = *qui multo potentior* rell. om. Grut. ci. = *Nae ille* om. *O.* Vτ 𝔑 — 𝔏4. 𝔅o = *Nonne ille.* CDH — *et* post *merito.* GτCD W Tronc. Verd. Trist. Scal. = *ad despiciendam.* 𝔑 — 𝔅 = *quibus adipiscendam veritatem.* VD = *effusa.* sD = *confusa.* D = *super eum.* D — *multo locupletior fuit.* CH W — *fuit.* R = *possedente.* E = *quod ipse nollet.* CH = *quod hic posset.* DW = *hic posset* om. *quod.*

Cap. V.

CDHW — *Non est turpe* — § 4, *dummodo sequaris.* E — *neque enim* — VI, 1. ex. *nec eripere.* T + *ignis*

materiam incidit inuiolabilem flammis, nec ideo ferrum secandi uim perdidit, si non recipiens ictum lapis solidus, inuictae aduersus dura naturae, diuidendus est. Idem tibi de homine grato respondeo. Non turpiter uincitur beneficiis, si ab his obligatus est ad quos aut fortunae magnitudo aut eximia uirtus aditum
2 redituris ad se beneficiis clusit. A parentibus fere uincimur: nam tam diu illos odio habemus quam diu graues iudicamus et quam diu beneficia illorum non intellegimus. Cum iam aetas aliquid prudentiae collegit et adparere coepit propter illa ipsa eos amari a nobis debere propter quae non amabantur, admonitiones, seueritatem et inconsultae adulescentiae diligentem custodiam, rapiuntur nobis. Paucos usque ad uerum fructum a liberis percipiendum perduxit aetas, ceteri filios onere senserunt.
3 Non est tamen turpe uinci beneficiis a parente. Quidni non sit turpe? Cum a nullo turpe sit. Quibusdam enim et pares et inpares sumus: pares animo quem solum illi exigunt, quem nos solum promittimus, inpares fortuna, quae si cui obstitit quo minus referret gratiam, non ideo illi tamquam uicto erubescen-
4 dum est. Non est turpe non consequi, dummodo sequaris. Saepe necesse est ante alia beneficia petamus quam priora reddidimus. Nec ideo non petimus aut turpiter, quia non redderituri debebimus, quia non per nos erit mora quo minus gratissimi simus. Sed interueniet aliquid extrinsecus quod probi-

me minus. ℭℒ. — 𝔅o + *invictaeque adversus* contra mstos. T = *de homine ingrato respondeo.* V = *sed ab his obligatus.*

clusit = RGV Scal. T 𝔑 — 𝔅o = *clausit.*

2. T — *tam* ante *diu illos.* V 𝔑 — 𝔏4. + *illos odio habemus.* Rell. etiam Gr. ∾. Grut. ci. + *illos insuper habemus.* T = *aliquid providentiae.* T = *propter quae non amabuntur.* T verba *admonitiones* — § 4. ex. *in nostra potestate* collocat I, 3. post *obligas ut.* T — *diligentem.* V cod. Lips. 𝔑 — 𝔊 + *rapiuntur a nobis.* Rell. etiam Pinc. ∾. T = *patres usque ad verum.* T = *perducit aetas.*

celeri filios = RVT. T = *celeris filios.* 𝔑 — 𝔅o = *celeri liberos.* R 𝔑 — 𝔅 = *honore senserunt.*

3. Steph. (Prood. II, 4.) ci. + *cum a nullo non turpe sit.* Potius *non* post *Quidni* deleverim: sed tolerabilis est scriptura, si post *sit turpe* interpungitur. T = *Rebus enim pares et impares.* T = *quoniam nos solum promittimus.*

4. 𝔑 — 𝔅 = *Non est turpe non sequi.* ℭ1. — 𝔐𝔑 = *non assequi* contra mstos etiam Gr. V cod. Iur. = *priora reddiderimus.* CDHW P3. (an potius P1.?) = *Nec ideo petimus turpiter quia* om. *non* et *aut.* V 𝔑 — 𝔅o + *aut turpiter petimus.* quod verbum abest ab RGT Naz. Col. et facile mente suppletur. 𝔑 — ℭ1. = *debebamus.* H = *debemus.* GTD Naz. P3. = *gratissimi sumus.* P2. Put. = *gratissimus.* Cum Grut. ex Put. falso laudet *grati simus*, suspicor eum confudisse P2. et Put. atque in illo legisse *grati simus.* Rell.

beat: nos tamen nec uincemur animo nec turpiter his rebus superabimur quae non sunt in nostra potestate. **VI.** Alexander Macedonum rex gloriari solebat a nullo se beneficiis uictum. Non est quod nimius animi Macedonas et Graecos et Caras et Persas et nationes districtas sine exercitu suspiciat. nec hoc sibi praestitisse regnum a Thraciae angulo porrectum usque ad litus incogniti maris iudicet. Eadem re gloriari Socrates potuit, eadem Diogenes a quo utique uictus est. Quidni uictus sit illo die quo homo super mensuram humanae superbiae tumens uidit aliquem cui nec dare quicquam posset nec eripere? Archelaus rex Socratem rogauit ut ad se ueniret: dixisse So- 2
crates traditur *nolle se ad eum uenire a quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non posset.* Primum in ipsius potestate erat non accipere. deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus et id dabat quod utique ille non erat Socrati redditurus. Etiamnunc Archelaus daturus erat aurum et argentum recepturus contemptum auri et argenti. Non poterat referre Archelao Socrates gratiam? et quid tantum erat accepturus quantum dabat, si ostendisset hominem uitae ac mortis peritum, utriusque fines tenentem? Si regem in luce 3

etiam Col. ∾. Cod. Iur. = *etsi interveniet aliquid.* CDHW — *extrinsecus.* RV = *quod prohibebit.* CDW quaedam exx. Pinc. Put. Iur. = *non* [Iur. = *nec*] *vincemur, animo enim res geritur, nec turpiter.* P3. = *Non tamen nos vincemur, animo enim res geritur, nec turpiter.* Rell. etiam Naz. Col. P2. ∾.

Cap. VI.

CDHW — *Alexander — nec eripere.* RGVT 𝔑 — 𝔈1. = *quo minus animis.* 𝔈2. — 𝔊 = *quod nimius animis.* 𝔑𝔗 = *Graecas.* RV 𝔑 — 𝔈1. = *Carras.* T = *Charas.* Lips. ci. = *districtas suo exercitu.* Gron. ci. = *descriptas in exercitus.* m 𝔍u = *destructas* al. *discretas.* V 𝔑 — 𝔈1. = *suscipiat.*

nec hoc sibi = RGVT. 𝔑 — 𝔏4. 𝔑u 𝔅2. = *ne hoc sibi.* Gron. ci. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔅o = *ne hos sibi.* R — *a* ante *Thraciae.* G = *traicae* om. *a.* V = *trahicie* om. *a.* T = *traiche* om. *a.* 𝔑 = *a tratie.* G = *aditus incogniti maris.* Naz. (p.m.) = *Eadem gloriari Socr.* om. *re.* probat Grut. 𝔑 — 𝔐 — *utique* contra metos etiam Gr.

super mensuram = RGV 𝔑 — 𝔅. T = *super humanae superbiae timens mensuram.* 𝔈1. — 𝔅o = *supra mensuram.* T — *quicquam.*

2. T = *Archesilanus.* T = *potestate fuit.* R(sc) = *acipere.* E + *dare ei beneficium.* E + *enim prior rogatus.* V = *Etenim tunc Arch.* DW = *et nunc.* E — *Etiamnunc.* 𝔈1. — 𝔅1. 𝔅o = *Etiamnum.* Rell. ∾. Lips. ci. 𝔅o = *Etiamnum? Arch.* T = *Archesilaus.*

Non poterat referre Archelao Socr. = RGCDEHW. V + *Non poterat ergo ref. Arch. Socr.* T = *Non poterat ergo Archesilao Socrates referre gratiam.* 𝔑 — 𝔅o = *Non poterat ergo Arch. ref. Socr. gr.* E — *et quid tantum — VII, 1. vinci. Atqui.* DW = *erat recepturus.* C + *dabat. Si quid ei.* DHW + *dabat. Si quidem ei.* CD + *et mortis.* T — *si ostendisset — §5. lucem suam libere mittet.*

media errantem ad rerum naturam admisisset, usque eo eius ignarum, ut quo die solis defectio fuit regiam clauderet et filium, quod in luctu ac rebus aduersis moris est, tonderet? Quantum fuisset beneficium, si timentem e latebris suis extraxisset et bonum animum habere iussisset dicens: Non est ista solis defectio, sed duorum siderum coitus, cum luna humiliore currens uia infra ipsum solem orbem suum posuit et illum obiectu sui
4 abscondit. quae modo partes eius exiguas, si in transcursu strinxit, obducit. modo plus tegit, si maiorem partem sui obiecit. modo excludit totius adspectum, si recto libramento inter solem terrasque media successit? Sed iam ista sidera huc et illo diducet uelocitas sua. iam recipient diem terrae et hic ibit ordo per secula dispositosque ac praedictos dies habet quibus sol
5 intercursu lunae uetetur omnes radios effundere. Paulum exspecta: iam emerget, iam istam uelut nubem relinquet, iam exsolutus inpedimentis lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao referre non posset, si illum regnare uetuisset? parum scilicet magnum beneficium a Socrate accipiebat, si ullum dare potuisset Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit? Uir facetus et cuius per figuras sermo procedere solitus erat, derisor omnium, maxime potentium, maluit illi nasute ne-

3. D — *eo* post *usque*. CH = *reginam clauderet*. DW = *regi. an* [sD ∾] *clauderet*. 𝔑 — 𝔖 = *regiam clauderet*. G = *moris est, condetet*. CDW = *mori timeret*. DW = *bonum animi*. CDHW = *ortum suum posuit*. CD = *obiectum sui*.

4. 𝔑 — 𝔈1. = *partes suas exiguas*. R = *exiguas suo transcursu*. H — *si*. DW = *obduxit*. CD(m∾) HW — *modo plus* — *sui obiecit*. 𝔑 — 𝔖 = *exclusit* contra mstos. CD HW = *inter solem et terram*. D (s∾) — *ista*. RGVCDHW 𝔑 — 𝔅 = *hoc et illo*. RCHW = *deducet*. D = *deducit*. 𝔑 — 𝔅 — *diem*.

per secula dispositosque ac = RG VCDH 𝔑 — 𝔖 𝔅2. W = ∾ *atque*. 𝔐 — 𝔒u 𝔅o = *per saecula: quae dispositos ac*. R = *perditos dies habet*. V = *parates dies habens*. 𝔈1. — 𝔅o = *habent*. CDH = *in transcursu*. W = *intranscursum*. 𝔑 — 𝔅 = *intercussu*. sDH + *radios suos*.

5. VDW = *Paululum expecta*. C = *iam ista velut*. D = *iam istam vel*. CDHW — *iam exsolutus* — *potuisset Socrati?* G = *exsolutis*. RG 𝔑 — 𝔖 = *Archelao ferre*. T = *Archesilao parem referre gratiam non poterat*.

regnare vetuisset = RGV m𝔈2.
T 𝔑 — 𝔈1. = *regnare docuisset*. 𝔈2. — 𝔅o = *docuiset regnare*. T = *parum sed magnum*. m𝔍u = *parvum sibi*. T = *a Socrate decipiebat*. T — *ergo* post *Quare*. H = *Quare igitur*. CDHW verba *Vir facetus* — *superbe*. *Dixit* collocant post *cui non posset paria reddere*. 𝔑 — 𝔏 𝔍u = *Ut facetus*. Tronc. Scal. = *Uti facetus*. Mss. etiam Pinc. v. l. Gr. Put. Inr. Lat. Latin. (Bl. Pr. p. 45.) ∾. CDHW = *per figuram*. TCDmW = *sermo procederet derisos*. W = *produceret*. H = *procedit*. T + *et maxime*.

nasute negare = RGTH quatuor Gr. 𝔊ro — 𝔅o. VC = *mansuete*

gare quam contumaciter aut superbe. Dixit se nolle benefi-
cia ab eo accipere cui non posset paria reddere. Timuit for- 6
tasse ne cogeretur accipere quae nollet. timuit ne quid indignum
Socrate acciperet. Dicet aliquis: Negasset, si nollet. Sed
instigasset in se regem insolentem et omnia sua magno aesti-
mari uolentem. Nihil ad rem pertinet utrum dare aliquid regi
nolis an accipere a rege: in aequo utramque ponit repulsam, et
superbo fastidiri acerbius est quam non timeri. Vis scire quid
uere uoluerit? Noluit ire ad uoluntariam seruitutem is cuius
libertatem ciuitas libera ferre non potuit. VII. Satis, ut ex-
istimo, hanc partem tractauimus *an turpe esset beneficiis uinci.*
quod qui quaerit scit non solere homines sibi ipsos beneficium
dare: manifestum enim fuisset non esse turpe a se ipsum uinci.
Atqui apud quosdam Stoicos et de hoc ambigitur *an possit ali-
quis sibi beneficium dare. an debeat referre sibi gratiam.*
quod ut uideretur quaerendum illa fecerunt. Solemus dicere, 2
Gratias mihi ago et *De nullo queri possum alio quam de
me: Ego mihi irascor* et *Ego a me poenas exigam* et *Odi
me.* multa praeterea huiusmodi per quae unusquisque de se tam-
quam de altero loquitur. Si nocere, inquit, mihi possum, quare
non et beneficium mihi dare possim? Praeterea quae, si in alium

negare. DW P1. = *narsite negare.* mDmP1. = *astute negare.* Grut. ci. = *versute negare.* sH = *callide negare.* ℜ — 𝔅 = *Maluit illi id est discrete vel artificiose vel mansuete negare.* 𝔈1. — 𝔏4. = *vafre negare.* T bis habet *contumaciter.*

aut superbe = GVTCmD. RD = *et superbe.* ℜ — 𝔅o = *ac superbe.* CDHW = *se nolle venire ab illo* [DW = *ab eo*] *beneficia* [DW = *beneficium*] *reddere.* R = *beneficium.* T = *ab eo beneficia* et — *posset.*

6. CDH — *Timuit fortasse* — VII, 1. *vinci. Atqui:* eorum loco habent *Facilius est barbaras gentes impatientesque arbitrii alieni regere quam animum suum continere et tradere sibi* ex VII, 4. GV ℜ — 𝔅 = *indignum Socrati.* ℜ — 𝔅 = *Dicet aliquid.* 𝔐 = *Negaret* contra mstos etiam Gr. T Naz. Iur. = *si vellet.* T — *magno.* ℜ — 𝔅 = *Nihil ad res pertinet.*

vere voluerit = RG Gr. cod. Delben. VT ℜ — 𝔅o = *vere noluerit.*

Cap. VII.

T = *an turpe sit.* T + *vinci. Sed quaeritur utrum aliquis sibi det beneficium.* V Col. 𝔗 — 𝔏 ℑu = *sibi ipsis.* Rell. etiam Naz. P2. 3. ∾.

a se ipsum vinci = RG Naz. Col. P3. VT P2. 𝔗 — 𝔅o = *a se ipso vinci.* T = *ut videtur.*

2. CDW + *et ego mihi.* T = *mihi nascor.* CDHW — *et ego a me* — *odi me.* T = *poenas exigo.* R — *huiusmodi.* sR = *eiusmodi.* DW = *tanquam de alio.* T — *Si nocere* — § 3. *adsentator suus.* V = *inquis.* CDW = *Inquit aliquis: si nocere mihi* [C = *nichil*] *possum, quare beneficium mihi* [D — *mihi*] *dare.* 𝔗 — 𝔅o = *beneficia mihi dare.* Mss. ∾. VCDHW 𝔗 — 𝔅o = *mihi dare non possum.* RG ∾. CDHW — *Praeterea quae.*

contulissem, beneficia uocarentur quare, si in me contuli, non
sint? Quod, si ab altero accepissem, deberem, quare, si mihi ipse
3 dedi, non debeam? Quare sim aduersus me ingratus, quod
non minus turpe est quam in se sordidum esse et in se durum
ac saeuum et sui neglegentem? Tam alieni corporis leno male
audit quam sui. Nempe reprehenditur adsentator et aliena sub-
sequens uerba paratus ad falsa laudator, non minus placens sibi
et se suspiciens et, ut ita dicam, adsentator suus. Uitia non
tantum cum foris peccant inuisa sunt, sed cum in se retorquen-
tur. Quem magis admiraberis quam qui imperat sibi, quam qui
4 se habet in potestate? Gentes facilius est barbaras inpatien-
tesque alieni arbitrii regere quam animum suum continere et
tradere sibi. Platon, inquit, agit Socrati gratias, quod ab illo
didicit: quare Socrates sibi non agat, quod ipse se docuit?
M. Cato ait, *Quod tibi deerit, a te ipso mutuare.* quare do-
nare mihi non possum, si commodare possum? Innumerabilia
5 sunt in quibus consuetudo nos diuidit. Dicere solemus *Sine,
loquar mecum* et *Ego mihi aurem peruellam.* Quae si uera
sunt, quemadmodum aliquis sibi irasci debet, sic et gratias age-
re. quomodo obiurgare se, sic et laudare. quomodo damno sibi
esse, sic et lucro potest. Iniuria et beneficium contraria sunt.
si de aliquo dicimus *Iniuriam sibi fecit,* poterimus dicere

E = *beneficium vocaretur.* CEH = *Quae si ab altero.* DW = *Quae ab altero.* R = *si mihi ipsi.*

3. D = *Quare sum.* C = *adversum.* E = *Quid non minus.* CDHW — *in se* ante *durum.* CDEH W — *Tam alieni* — § 4. *ipse se docuit?* RG 𝔗𝔅 = *mala audit.* V = *audit mala.* T = *magis admirabilis.*

4. *Platon, inquit* = RGT Iur. 𝔗 — 𝔅o = *Plato, inquit.* V = *Plato, inquis.* T = *ab illo didiscit.*

Socrates sibi non agat = VT Naz. Iur. 𝔊ro — 𝔅o. RG 𝔗 — 𝔏4. — *sibi.* Antiq. ex. Pinc. = *Socrates non agat sibi.* Pinc. ci. = *Hecaton ait.*

Quod tibi deerit = RGVTCDEH W 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *Quod tibi deest.* C = *donare mihi non possim.* H = *incommodare.* CDW post *commodare possum* haec addunt: *Atqui quemadmodum vendere sic dare aliquid a se dimittere est et* [DW — *et*] *id quod tenueris habendum alteri tradere. beneficii et gratiae relatio ultro citroque* [DW = *ultra citraque*] *ire debent* [DW p.m. = *debet*]. *intra unum hominem non est necessitudo* [DW = *vicissitudo*]. *Nemo igitur sibi* [D p.m. W — *sibi*] *beneficium dat, sua cum dat* (tria verba postrema DW omittunt. mD = *sua causa dat*) ex X, 1. et XI, 1. translata. R = *Innumerabiliora sunt.* H — *Innumerabilia* — X, 1. *in alium translatio.* sed ea maximam partem repetit XI, 1. post *vicissitudo.*

5. T — *Dicere solemus* — *lucro potest.* CDEHW + *Dicere enim solemus* (D = *debemus.* m∾). 𝔗 — 𝔏4. + *Sine tu, loquar* contra mstos etiam Gr. CDE — *Ego* ante *mihi aurem.* CDEH — *quomodo obiurgare se sic et laudare* et — *Iniuria et b. contraria sunt.* T — *Si de aliquo* — VIII, 1. *gratiam referat.* DW = *sicut aliquid dicemus iniuriam.*

Beneficium sibi dedit. **VIII. [Natura* sibi dedit.] Natura prius est ut quis debeat, deinde ut gratiam referat. debitor non est sine creditore, non magis quam maritus sine uxore aut sine filio pater. Aliquis dare debet, ut aliquis accipiat: non est dare nec accipere in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat, quamuis corpus suum moueat et trans-** 2
ferat. quomodo nemo, quamuis pro se dixerit, adfuisse sibi dicitur nec statuam sibi tamquam patrono suo ponit. quomodo, si aeger cum cura sua conualuit, mercedem a se non exigit: sic in omni negotio, etiam cum aliquid prodesse sibi fecerit, non tamen debebit referre gratiam sibi, quia non habebit cui referat. Ut concedam aliquem dare sibi beneficium: dum dat, 3
et recipit. ut concedam aliquem a se accipere beneficium, dum accipit, reddit. ***Domi,*** **quod aiunt,** ***uersura fit*** **et uelut lusorium nomen statim transit. Neque enim alius dat quam qui accipit, sed unus atque idem. Hoc uerbum** ***Debere*** **non habet** 4
nisi inter duos locum: quomodo ergo in uno consistit qui se obligando liberat? Ut in orbe ac pila nihil imum est, nihil summum, nihil extremum, nihil primum, quia motu ordo mutatur

RGVCDHW 𝔗 — 𝔈1. + *et beneficium sibi.* quod fortasse erat recipiendum. E 𝔈2. — 𝔏o ∾.

Cap. VIII.

[*Natura sibi dedit*] = RGV Gr. 𝔑 — 𝔈2. 𝔅2. (Bipontinus laudat ex *Veneta* nescio qua *Nam sibi dedit:* sed 𝔚 habet *Natura* integris litteris). Agric. ci. 𝔏 — 𝔅1. = *Nemo sibi debet.* ℜu 𝔚o = *Natura sibi debet.* quam scripturam Ruhk. pro more suo omnium fere codd. dicit. CDEH = *Sed natura prius est.* W = *Si natura prius est.* Correctiores codd. Pinc. illa omnino non habent: ego cum 𝔅2. uncis inclusi. Nam Senecae profecto non sunt. D = *ut gratiam referam.* DW + *non magis est sine creditore.* DH — *aut* ante *sine filio.* E = *vel quam sine filio.* G = *sine filia.*

nec accipere = RGTCDEHW Verd. Tronc. Scal. V 𝔗 — 𝔚o = *nec recipere.* T = *in dextram.* D = *in dexteram de sinistra manu.*

2. CDEHW — *Quomodo nemo — pratrono suo ponit.* T — *Quomodo nemo* — § 3. ex. *unus atque idem.* R bis habet *suum.* RG = *sibi tantum patrono.*

patrono suo = RGV Verd. Tronc. 𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔚o — *suo.*

aliquid prodesse sibi fecerit = RGV ex. schol. Salment. Gr. 𝔗𝔚 𝔊ro — 𝔚o. Germ. = *aliquid quod prodesset sibi fecerit.* 𝔈1. — 𝔏4. = *aliquis probe fecerit.* E — *quia non habebit cui referat.* Cod. Lips. = *quo referat.*

3. R = *Ut concedunt* [cr. ∾] *aliquem a se accipere* rell. om. eadem omittit G. D(m∾) W — *dum dat — beneficium.* CE — *et* ante *recipit.* R (s i) = *lusorum nomen.* E + *Quod non habebit cui referat* [suo loco non omissa]. *ut concedam.* Tronc. = *Domi quidem versura fit.* D = *usura fit.* CDEHW — *et velut — transit.* E = *dat quam acciperit.*

4. D(m∾) — *Hoc verbum — nisi inter.* W — *Hoc.* T — *Quomodo ergo — existima fieri.* R + *ergo non in uno.* R + *et nihil extremum.* G = *quia modus ordo.* sG = *quia motus ordo.* CH + *motu suo.* D = *quia in ortu suo ordo. imputatur.* W = *quia in ortu suo*

et quae sequebantur praecedunt et quae occidebant oriuntur, omnia quomodocumque ierint in idem reuertuntur: ita in homi-
5 ne existima fieri. cum illum in multa mutaueris, unus est. Cecidit se: iniuriarum cum quo agat non habet. adligauit et clusit: de ui non tenetur. beneficium sibi dedit: protinus danti reddidit. Rerum natura nihil dicitur perdere, quia quicquid illi auellitur ad illam redit, nec perire quicquam potest quod quo
6 excidat non habet, sed eodem reuoluitur unde discedit. Quid simile, inquis, habet hoc exemplum propositae quaestioni? Dicam. Puta te ingratum esse: non perit beneficium. habet illud qui dedit, puta te recipere nolle: apud te est, antequam redditur. Non potes quicquam amittere, quia quod detrahitur nihilominus tibi acquiritur. Intra te ipsum orbis agitur: accipiendo das, dando accipis. IX. Beneficium, inquit, sibi dare oportet: ergo et referre gratiam oportet. Primum illud falsum est ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi beneficium dat, sed naturae suae paret a qua ad caritatem sui conpositus est. unde illi summa cura est nocitura uitandi, profutura adpetendi. Itaque nec liberalis est qui sibi donat nec clemens qui sibi igno-
2 scit nec misericors qui malis suis tangitur. Quod aliis praestare liberalitas est, clementia, misericordia sibi praestare natura est. Beneficium res uoluntaria est, at prodesse sibi necessarium est.

ordo immutatur. DW = *et quae occidunt.* V = *quocunque ierint.* C EH = *quomodocunque erant.* D = *quaecunque eant.* W = *quomodocunque eunt* (sW = *eant*). D = *in hominem* [mn.] *extimas.* E = *existimo.* D = *Cum te in multa mutaveris, unus es.*

5. T — *Cecidit se — non tenetur.* CDHW = *Conscius de se iniuriarum.* R (cr. ∾) = *iniuriam.* D = *habeat.*

et clusit = RGV Tronc. Verd. Scal. 𝔗 — 𝔅o = *et clausit.* T = *Beneficium tibi dedisti* ∾ *reddidisti.* T — *Rerum natura* — IX, 2. *natura est.* Unum ex. Pinc. + *quod ex quo excidat.* 𝔗 — 𝔐 = *quod quo excedat.* Mss. etiam vetust. ex. Pinc. Gr. ∾. D (s∾) = *eodem evolvitur.* H = *eodem volvitur.* E = *eodem resolvitur.* DW = *in idem discedit.*

6. *Quid simile, inquis* = RGVCE W. 𝔗 — 𝔅o = *Quid simile, inquit.* RGVH 𝔗 — 𝔊2. + *huic propositae.* C = *positae quaestioni.*

non perit beneficium = CDHW Naz. RGV plerique Gr. 𝔗 — 𝔅o = *non peribit benef.* D(m∾) W — *puta te recipere nolle.* E = *accipere.* V = *antequam reddatur.* RD (s∾) = *Non potest quicquam.* E = *quia quidquid detrahitur.* C = *inter te ipsum.* R = *intra temet ipsum.* E = *orbem agis.*

Cap. IX.

V = *inquis.* E = *Deinde illud ex quo sequentia pendent.* V — *suae* post *naturae.* DW = *compositum est.* E — *est.* W = *profectura.* D (s∾) W — *nec* ante *clemens.* H — *nec clemens — ignovit.*

2. CDHW — *Quod* ante *aliis.* D W = *clementiam, misericordiam.* D (m∾) E — *Beneficium — necessarium est.* T — *at* ante *prodesse.* W = *ac*

Quo quis plura beneficia dedit beneficentior est. Quis umquam
laudatus est, quod sibi ipse fuisset auxilio? quod se eripuisset
latronibus? nemo sibi beneficium dat, non magis quam hospi-
tium, nemo sibi donat, non magis quam credit. Si dat sibi 3
quisque beneficium, semper dat, sine intermissione dat, inire
beneficiorum suorum non potest numerum. Quando ergo gra-
tiam referet, cum per hoc ipsum quo gratiam refert beneficium
dat? Quomodo enim discernere poterit utrum det sibi benefi-
cium an reddat, cum intra eumdem hominem res geratur? Li-
beraui me periculo: beneficium mihi dedi. iterum me periculo
libero: utrum do beneficium an reddo? Deinde ut primum illud 4
concedam dare nos beneficium nobis, quod sequitur non conce-
dam: nam etiam si damus, non debemus, quia statim recipimus.
Accipere me oportet beneficium, deinde debere, deinde referre.
Debendi locus non est, quia sine ulla mora recipimus. Dat ne-
mo nisi alteri. debet nemo nisi alteri. reddit nemo nisi alteri.
Id intra unum non potest fieri quod totiens duos exigit. X. Be-
neficium est praestitisse aliquid utiliter: uerbum autem *Prae-
stitisse* ad alios spectat. Numquid non demens uidebitur qui ali-
quid uendidisse sibi se dicet? quia uenditio alienatio est et rei
suae iurisque in ea sui in alium translatio. Atqui quemadmo-
dum uendere sic dare aliquid a se dimittere est et id quod tenue-
ris habendum alteri tradere. Quod si est, beneficium nemo sibi

prodesse. CDEHW — *Quo quis — beneficentior est.* G = *beneficior est.* T — *Quis umquam* — § 4. *mora recipimus.* 𝔈1. — 𝔏𝔍u = *quod sibi ipsi fuisset* contra mstos etiam Naz. P2. 3. CDEHW — *nemo sibi* — XI, 4. *qui beneficium sibi dat.* Codd. Pinc. P3. — *non magis quam hospitium. nemo sibi donat.* Rell. etiam Gr. ∾.

3. *Quando ergo gratiam* = VNaz. P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o. RG iidem Pinc. 𝔊 — 𝔏4. = *Quomodo ergo gr.* R (*se*) = *refert.* V = *referret.* 𝔗 — 𝔈1. = *quo gratiam referet.* 𝔈2. — 𝔐 = *quo gr. referret.*

beneficium dat = RGV Naz. P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *benef. det.* V = *Quomodo ergo.*

R 𝔗 — 𝔊 = *discernere poteris.*

utrum do beneficium = Naz. 𝔊ro — 𝔅o. RGV rell. Gr. 𝔗 — 𝔏4. — *utrum.* quod quamvis suspectum tenui propter Nazariani auctoritatem.

4. Tronc. = *Damus ut primum illico concedam.* 𝔈2. — 𝔅o + *quare? quia non statim* contra mstos.

me oportet beneficium = RG. V = *me beneficium oportet.* 𝔗 — 𝔅o = *beneficium nos oportet.* V — *reddit nemo nisi alteri.*

Cap. X.

R (*sti*) = *praestisse aliquid.* T = *Nonquid non demens.* R = *vendisse.* R 𝔅o = *sibi se dicit.* V𝔈1. — 𝔏𝔍u = *iurisque sui in alium translatio.* 𝔏4. = *iurisque in ea sui translatio.* T = *iurisque sui in ea in alium translatio.* 𝔗𝔅 = *iurisque sui mea in alium translatio.* Naz. = ∾ *ad alium translatio.* Rell. etiam Pinc. Gr. Verd. Tronc. Scal. 𝔊ro — 𝔅o ∾. T — *Quodsi est* — § 4. *personam desiderant.* 𝔗𝔅 = *Quid si est.*

2 dedit, quia nemo dat sibi: alioqui duo contraria in uno coeunt, ut sit idem dare et accipere. Etiamnunc multum interest inter dare et accipere: quidni? cum ex diuerso ista uerba posita sint. Atqui si quis sibi beneficium dat, nihil interest inter dare et accipere. Paulo ante dicebam quaedam ad alios pertinere et sic esse formata, ut tota significatio illorum discedat a nobis. Frater sum, sed alterius: nemo est enim suus frater. Par sum,
3 sed alicui: quis enim par est sibi? Quod conparatur sine altero non intellegitur. quod iungitur sine altero non est. Sic et quod datur sine altero non est: et beneficium sine altero non est. Idem ipso uocabulo adparet in quo hoc continetur benefecisse. Nemo autem sibi benefacit, non magis quam sibi fauet, quam
4 suarum partium est. Diutius hoc et pluribus exemplis licet prosequi: quidni? cum inter ea sit habendum beneficium quae secundam personam desiderant. Quaedam cum sint honesta, pulcherrima, summae uirtutis nisi cum altero non habent locum. Laudatur et inter maxima humani generis bona fides colitur: num quis ergo dicitur sibi fidem praestitisse? XI. Ueuio nunc ad ultimam partem. Qui gratiam refert aliquid debet inpendere, sicut qui soluit pecuniam: nihil autem inpendit qui gratiam sibi refert, non magis quam consequitur qui beneficium a se accepit. Beneficium et gratiae relatio ultro citroque ire debent: intra unum hominem non est uicissitudo. Qui gratiam

2. *alioqui duo contraria* = Grut. ci. 𝔊ro — 𝔙o. Mss. etiam Gr. 𝔗 — 𝔏4. = *dat sibi aliquid. Duo contraria.*

in uno coeunt = RGV Naz. P2. 3. Col. 𝔗 — 𝔊 𝔊ro — 𝔙o. 𝔐 — 𝔏4. = *in unum coeunt.* Scal. = [*in uno*] *cohaerent.* R = *ut ibidem dare et accipere.* G Naz. P2. = *ut id idem dare et acc.* P3. = *et ut id idem dare et acc.* Col. = *ut id idem dare et accipere. Quidni? cum ex diverso* rell. om. *eadem* omittunt quidam Pinc. 𝔗𝔙 = *ut idem dare et acc.* om. *sit.* 𝔈1. — 𝔙o = *ut idem sit dare et acc.* V ∾. V P2. 𝔗 — 𝔏 𝔍u + *Sed etiam nunc multum.* P3. = *etiam multum.* Cod. Iur. = *multum interest inter dantem et accipientem.* RG = *posita sunt.* R = *significatio eorum.* RGV Gr. 𝔗 — 𝔈2. — *sed* ante *alterius.* Pinc. v. l. ∾.

3. 𝔐 — 𝔊ro = *Si et quod datur.*

Idem ipso vocabulo = RG 𝔗 — 𝔊. V = *Ipse ipso vocabulo.* 𝔐 — 𝔙o = *Id ex ipso vocabulo.*

4. RG Gr. 𝔗 — 𝔊 = *Quid cum inter ea* om. *ni.* V nonn. codd. Pinc. 𝔐 — 𝔙o ∾. RP3. = *nisi altero* om. *cum.* V = *virtutis sine altero.* TPinc. v. l. rell. Gr. = *nisi in altero.* 𝔗𝔙 = *nisi etiam altero.* 𝔈1. — 𝔙o ∾.

Cap. XI.

T — *Venio — a se accepit.* 𝔗 = *Nemo nunc.* Lips. ci. = *ad alteram partem.* Tronc. = *qui solvit pactum.* H = *beneficii et gratiae relatio.* V = *inter unum hominem.* T — *Qui gratiam* — § 2. *gratiam referre debemus.* 𝔗 — 𝔙o + *Qui ergo gratiam* contra mstos etiam Gr.

refert inuicem prodest ei a quo consecutus est aliquid: qui sibi
gratiam refert cui prodest? sibi. Et quis non alio loco relatio- 2
nem gratiae, alio beneficium cogitat? Qui gratiam refert sibi
prodest: et quis umquam ingratus hoc noluit facere? immo quis
non ingratus fuit, ut hoc faceret? Si gratias, inquit, nobis
agere debemus, et gratiam referre debemus. Dicimus autem
Ago gratias mihi, quod illam uxorem nolui ducere et *quod
cum illo non contraxi societatem.* Cum hoc dicimus, lauda- 3
mus nos et, ut factum nostrum conprobemus, gratias agentium
uerbis abutimur. Beneficium est quod potest, cum datum est,
et reddi et non reddi. qui sibi beneficium dat non potest non re-
cipere quod dedit: ergo non est beneficium. Alio tempore be-
neficium accipitur, alio redditur. In beneficio hoc est probabile 4
et suspiciendum, quod aliquis ut alteri prodesset utilitatis suae
interim oblitus est. quod alteri dedit ablaturus sibi. Hoc non
facit qui beneficium sibi dat. Beneficium dare socialis res est,
aliquem conciliat, aliquem obligat: sibi dare non est socialis res, 5
neminem conciliat, neminem obligat, neminem in spem inducit,
ut dicat: Hic homo colendus est. illi beneficium dedit, dabit
et mihi. Beneficium est quod quis non sua causa dat, sed eius
cui dat. Is autem qui sibi beneficium dat sua causa dat: non
est ergo beneficium. XII. Uideor tibi iam illud quod in prin-
cipio dixeram mentitus? Dicis me abesse ab eo qui operae pre-

2. *Qui gratiam refert* = RGV Gr. Iur. 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o + *Qui gratiam sibi refert.* GV 𝔗𝔅 = *hoc voluit facere.* R = *inmo.* T = *Sed dicimus, ago gratias mihi, quod cum illam uxorem vellem ducere, cum illa non contraxi societatem.* RG Naz. P2. 3. = *volui ducere.* V Col. 𝔗 — 𝔅o ∾. Grut. nesciebat, utrum praeferret.

et quod cum illo = RGV Scal. 𝔗 — 𝔅o — *quod.*

3. V = *Cum haec dicimus.* T — *gratias.* T — *Beneficium est — alio redditur.*

cum datum est, et reddi et non reddi = VP2. probat Grut. RG Naz. Col. P3. = *cum datum est et non reddi.* 𝔗 — 𝔅o = *et cum datum est non reddi.*

4. T + *in beneficio. Et hoc est probabile.* T — *et suspiciendum.* 𝔗 — 𝔅o = *quod alteri ut aliquis prodesset* contra mstos etiam Gr. T — *Hoc non facit* — XIV, 3. ex. *fidem exsolve.* H = *conciliat tanquam obligat.*

5. VP2. 𝔗 — 𝔐 = *illi beneficium dedi.* Rell. etiam Pinc. Naz. P1. 3. Col. ∾. EW (s∾) = *non sui causa.* D = *causa sua.* D(m∾) — *sed eius cui dat.*

Is autem qui = RGV Gr. CDEH W 𝔗 (D = *His*). 𝔅 — 𝔅o — *autem.*

Cap. XII.

V rubro scripta praefigit *pars quarta.* CH — *Videor — non descendere.* DW — *Videor — fide perdere.* E — *Videor* — XXIII, 1. *hanc pervellamus.* Pinc. ci. = *Quod dicis? Me abiisse ab eo qui operae pr. f.*

tium facit, immo totam operam bona fide perdere? Exspecta: etiam hoc uerius dices, simul ac te ad has latebras perduxero ex quibus cum euaseris, nihil amplius adsecutus eris, quam ut eas difficultates effugeris in quas licuit non descendere. Quid enim boni est nodos operose soluere quos ipse ut solueres feceris?
Alter rursus docendo et laborem = RV 𝔑u 𝔅2. probat Gron. G Naz. Cambron. Erf. = *Alter rursus docendo ad* [hoc in G n.] *laborem.* Col. = ∾ *docenda laborem.* T 𝔗 — 𝔅1. 𝔅o + ∾ *in docendo* ∾. Aliquot Pinc. + ∾ *in docendo me* ∾. DHW = *Alter rursus ad docendum et lab.* P1. = *Alter rursus ad docendum laborem.* P3. = *Alter rursus docendum ad laborem.* D (s∾) = *tulit precum illa.* W = *tollit precum illa.* Cod. Iur. = *quae a praeceptoribus.* T = *quae a proicientibus.* Col. 𝔈2. — 𝔏 𝔍u — *a* contra mstos etiam rell. Gr. Delben. Tronc. Verd. Trist. DHW = *a praecipientibus traduntur* (D p.m. = *tradum*). D = *aliud instillavit.* HW = *aliquid instillavit.* T — *aliqua.* D(m∾) — *ac tradidit.*

laudibus fecit animum = Langob. Naz. 𝔈2. — 𝔅o. H = *laboribus affecit erexit animum.* T = *in laudibus affecit animum.* W (p.m.) = *laudibus effecit an.* Rell. etiam Gr. Tronc. Trist. Verd. Scal. 𝔗 — 𝔈1. = *laudibus affecit anim.* V + *et desidiam.*

5. D(s∾) = *Tamen ingenium.* V = *et ingenium.* R = *Tum ingenium iacens.* Quidam Pinc. = *iniecta ut*

manu extraxit. nec quae sciebat maligne dispensauit, quo diutius esset necessarius, sed cupiit, si posset, uniuersa transfundere. Ingratus sum, nisi illum inter gratissimas necessitudines diligo. XVII. Sordidissimorum quoque artificiorum institutoribus supra constitutum aliquid adiecimus, si nobis opera illorum enixior uisa est. et gubernatori et opifici uilissimae mercis et in diem se locanti corollarium adspersimus. In optimis uero artibus quae uitam aut conseruant aut excolunt qui nihil se plus existimat debere quam pepigit ingratus est. Adice quod talium studiorum traditio miscet animos. hoc cum factum est, tam medico quam praeceptori pretium operae soluitur, animi debetur. XVIII. Platon cum flumen naue transisset nec ab illo quicquam portitor exegisset, honori hoc suo datum credens dixit positum illi esse apud Platonem officium. Deinde paulo post, cum alium atque alium gratis eadem transueheret sedulitate, negauit illi iam apud Platonem positum officium. Nam ut tibi de- 2
beam aliquid pro eo quod praestas, debes non tantum mihi praestare, sed tamquam mihi: non potes ob id quemquam adpellare quod spargis in populum. Quid ergo? nihil tibi debebitur pro hoc? Tamquam ab uno nihil. cum omnibus soluam

dicam mami om. *ita*. Rell. etiam Gr. ∾. D(n.) + *quae sciebat enim*. R GV 𝔗 — 𝔊 = *sed cupit*. DHWPinc. v. l. Tronc. Trist. = *sed cuperet*. DW = *universa transscendere*. W — *Ingratus sum*. DW = *inter ingentes necessitudines*. DHW = *diligam*.

Cap. XVII.

artificiorum institutoribus = RGV TsDHW Put. 𝔗 — 𝔈2. D = *art. institutionibus*. Gr. = *art. institutoribus* vel *institutionibus*. Agric. ci. 𝔈 — 𝔅o = *artificiorum institoribus*. quod, ut congruat cum *artificiis*, non congruit cum *enixiore opera*. 𝔐 = *aliquid adiicimus*. P3. = *aliquid obiciemus*. D = *supra* [*sque*] *constitutum*. *sepe colloratum* ⌊*s ymo corolarium*⌋ *aspeximus* rell. om. H W = *supra constitutum saepe corollarium aspersimus* rell. om. Trist. = *si nobis opera illorum enixior visa est, supra constitutum aliquid adiiciam*. T = *unxior est visu*. T = *vilissimorum*. R = *in diem iocanti*. G Gr. (exc. P2.) — *se* ante *locanti*. T = *se plus extimat*. DW = *se plus extimant*. 𝔗𝔅 = *se plus aestimat*. T — *Adice — debetur*.

miscet animos = RGVH 𝔗 — 𝔏 𝔍u. D = *animos erigit*. W = *animos* om. *miscet*. 𝔏4. — 𝔅o = *miscet amicos*.

Cap. XVIII.

DHW — *Platon — positum officium. Nam.*

Platon = RGT. Cod. Agric. (ipsa 𝔗, ut puto) 𝔗 — 𝔈1. = *Platoni*. V 𝔈2. — 𝔅o = *Plato*. T = *transisset navi*. T = *portitor exigeret*. Apud R *exegisset* in litura est. R — *iam* ante *apud Platonem*.

2. DH = *non solum mihi praestare*. R = *tamquam* ante *mihi habet* in litura. DHW = *non poteris*.

Quid ergo? nihil tibi debebitur pro hoc? Tamquam ab uno nihil. cum omnibus solvam quod cum omnibus debeo = RGT Naz. Col. [illegible].

quod cum omnibus debeo. XIX. Negas, inquit, ullumdare beneficium eum qui me gratuita naue per flumen Padum tulit? Nego. Aliquid boni facit, beneficium non dat: facit enim sua causa aut utique non mea. Ad summam ne ipse quidem se mihi beneficium iudicat dare, sed aut reipublicae aut uiciniae aut ambitioni suae praestat et pro hoc aliud quoddam
2 commodum exspectat quam quod a singulis recepturus est. Quid ergo? inquit, si princeps ciuitatem dederit omnibus Gallis, si inmunitatem Hispanis, nihil hoc nomine singuli debebunt? Quidni debeant? debebunt autem non tamquam proprium beneficium, sed tamquam publici partem. Nullam, inquit, habuit cogitationem mei. illo tempore quo uniuersis proderat noluit
3 mihi proprie ciuitatem dare nec in me direxit animum. ita quare ei debeam qui me sibi non substituit, cum facturus esset quod fecit? Primum, cum cogitauit Gallis omnibus prodesse, et mihi cogitauit prodesse: eram enim Gallus et me, etiam si non mea, publica tamen nota conprehendit. Deinde ego quoque illi non tamquam proprium debebo, sed tamquam commune munus. unus ex populo non tamquam pro me soluam, sed tam-

𝔊ro. V + ∾ *hoc cum omnibus solvam* ∾. Pinc. v. l. = ∾ *tibi debetur* ∾. 𝔗 — 𝔈1. = *Quid ergo nihil debetur tibi pro hoc tanquam ab uno: nisi cum omnibus solvam: quod tibi cum omnibus debeo.* 𝔈2. = *Quid ergo? nihil tibi debetur pro hoc tanquam ab uno, nisi cum omnibus solvam quod cum omnibus debeo.* 𝔈𝔊 = *Quid ergo? Nihil debetur pro hoc? tanquam ab uno nihil. cum omnibus solvam, quod tibi cum omnibus debeo.* 𝔐 — 𝔏4. = *Quid ergo? nihil debetur pro hoc? Nihil tanquam ab uno. cum omnibus solvam quod tibi cum omnibus debeo.* 𝔅1. — 𝔅o + ∾ *quod tibi cum omnibus debeo.* DHW — *Quid ergo* — XXIII, 7. *his adstrue.*

Cap. XIX.

T — *Negas* — XX, 1. *Sic istius muneris.* V = *inquis.* RG = *nullum dare.* Naz. = *inquit nullum beneficium.* probat Grut. Col. = *Negas inquit dare beneficium* om. *ullum.* V P2. 3. 𝔗 — 𝔅o ∾. Naz. (s∾) = *per flumen Radum.* RG = *nec ipse quidem.* G = *commodum prae* [p̃] *expectat.*

2. V = *inquis.* R = *si principes civitatem.* Tronc. = *Hispaniis.* 𝔗 = *nihil hoc nomine debebuntur?* om. *singuli.* RG Pall. 𝔅 — 𝔈2. — *singuli.* V Pinc. v. l. Naz. Col. ∾. R = *tamquam publice partem.* V = *tanquam rei publice partum.* Verd. = *tanquam publice pactum.* 𝔗𝔅 — *tanquam R. P. partem.* 𝔈1. = *tanquam Ro. Po. partem.* V = *inquis.* G = *nec mihi me direxit.* 𝔅 = *nec in me dixerit animum.*

3. R = *Itaque quare.* V 𝔗 — 𝔈1. = *publica tamen vota compr.*

non tamquam proprium debebo, sed tamquam commune munus. unus ex populo non tamquam pro me solvam. Sic emendandus videtur hic locus. R GV Gr. Langob. 𝔗 — 𝔈1. = *non tanquam proprium debebo, sed* [Naz. = *sed tamquam*] *commune munus ex* [Gr. = *e*] *populo, non tanquam pro me solvam.* Ex. d. Pauli — *non tamquam proprium* — *ex populo.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔏4. = ∾ *sed quomodo unus e populo* ∾. Ermi ci. 𝔈2. — 𝔊 𝔊ro

quam pro patria conferam. XX. Si quis patriae meae pecuniam credat, non dicam me illius debitorem nec hoc aes alienum profitebor aut candidatus aut reus: ad exsoluendum tamen hoc portionem meam dabo. Sic istius muneris quod uniuersis datur debitorem me nego, quia mihi quidem dedit, sed non propter me, et mihi quidem, sed nesciens an mihi daret: nihilominus aliquid mihi dependendum sciam, quia ad me quoque circuitu longo peruenit. Propter me factum debet esse quod me obli- 2
get. Isto, inquit, modo nec lunae nec soli quicquam debes: non enim propter te mouentur. Sed cum in hoc moueantur, ut uniuersa conseruent, et pro me mouentur: uniuersorum enim pars sum. Adice nunc quod nostra et horum condicio dissimilis est. Nam qui mihi prodest, ut per me prosit sibi, non de- 3
dit beneficium, quia me instrumentum utilitatis suae fecit. Sol autem et luna, etiam si nobis prosunt sua causa, non in hoc tamen prosunt, ut per nos prosint sibi: quid enim nos conferre illis possumus? XXI. Sciam, inquit, solem ac lunam nobis uelle prodesse, si nolle potuerint. illis autem non licet non moueri: ad summam consistant et opus suum intermittant. Hoc uide quot modis refellatur. Non ideo minus uult qui non potest nolle: immo maximum argumentum est firmae uoluntatis ne mutari quidem posse. Uir bonus non potest non facere quod facit. 2
non enim erit bonus nisi fecerit: ergo nec bonus uir beneficium dat, quia facit quod debet. non potest autem non facere quod debet. Praeterea multum interest utrum dicas, Non potest hoc

— 𝔙o — *tamquam* ante *commune* et — *munus* et = *e populo*.

Cap. XX.

𝔗 — 𝔈l. + *nec ex hoc aes al.* contra mstos etiam Pinc. G (s.m.) = *ut candidatus*. T = *Quod enim universis datur huius me muneris debitorem nego*. 𝔈l. 2. = *quia dedit quidem* om. *mihi*. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔙o = *quia mihi dedit quidem* contra mstos. T — *nihilominus* — XXV, 1. in. *His*.

2. R = *Propter me debet factum esse*. V = *Pr. me debet esse factum*. V = *Isto inquis modo*.

3. 𝔗 = *Nam qui mihi prodest ut pro me prosit ut tibi*. 𝔙𝔈l. = *ut pro me prosit et sibi*. 𝔈2. — 𝔙o + *ut per me prosit et sibi*. RGV ∾. 𝔈l. 2. — *suae* post *utilitatis* (In Append. adiiciendum esse monet Erm.).

etiam si nobis prosunt sua causa = RGV Gr. 𝔗 — 𝔊 𝔊ro — 𝔙o. cf. XXII. ex. 𝔐 — 𝔏4. — *sua causa*.

Cap. XXI.

𝔗 — 𝔈l. = *Etiam inquit*. V = *inquis*. R = *nolle prodesse*. R — *non* ante *moveri*. RGV Pinc. Gr. = *Ergo maximum argumentum est*. 𝔗 — 𝔊 = *Ergo magnum argumentum est*. 𝔐 — 𝔏𝔍u = *Immo magnum arg. est*. R = *nec mutare quidem*. GV = *nec mutari q.* 𝔗𝔙 + *Et ne mutari q.* 𝔈l. — 𝔏𝔍u = *ne mutare q.* Pinc. v. l. Naz. P2. ∾.

2. 𝔗𝔙 + *si nisi fecerit*.

non facere, quia cogitur, an, Non potest nolle. Nam si necesse est illi facere, non debeo ipsi beneficium, sed cogenti.
3 Si necesse est illi uelle ob hoc, quia nihil habet melius quod uelit, ipse se cogit. Ita quod tamquam coacto non deberem tamquam cogenti debeo. Desinant, inquit, uelle. Hoc loco tibi illud occurrat: Quis tam demens est, ut eam neget uoluntatem esse cui non est periculum desinendi uertendique se in
4 contrarium, cum ex diuerso nemo aeque uideri debeat uelle quam cuius uoluntas usque eo certa est, ut aeterna sit? An si is quoque uult qui potest statim nolle, is non uidebitur uelle in cuius naturam non cadit nolle? XXII. Agedum, inquit, si possunt, resistant. Hoc dicis, Omnia ista ingentibus interuallis diducta et in custodiam uniuersi disposita stationes suas deserant, subita confusione rerum sidera sideribus incurrant et rupta rerum concordia in ruinam diuina labantur contextusque uelocitatis citatissimae in tot secula promissas uices in medio itinere destituat et quae nunc eunt alternis redeuntque opportunis libramentis mundum ex aequo temperantia repentino concrementur incendio et ex tanta uarietate soluantur atque eant in unum omnia. Ignis cuncta possideat quem deinde pigra nox occupet et profunda uorago tot deos sorbeat. Est tanti, ut tu coarguaris, ista concidere? Prosunt tibi etiam inuito euntque ista tua causa, etiam si maior illis alia ac prior causa est. XXIII. Adi-

3. V = *quia nihil habebat melius.* 𝔗𝔅 — *habet.* 𝔈1. = *quia nihil est mèlius.* 𝔅 — *se* post *ipse.* V 𝔗 — 𝔈2. = *Itaque quod tanquam.* Rell. etiam Pinc. ∾. V = *Desinant .inquis.*

Hoc loco tibi illud occurrat = Naz. ℜu — 𝔅o. RGV 𝔗 — 𝔅1. — *illud.* G = *cuius non est periculum.*

4. G = *an sis is quoque vult.* sG = *non cadat nolle.*

Cap. XXII.

𝔗𝔅 = *Agendum inquit.* V = *inquis.* V 𝔗𝔅 = *intervallis deducta.* RGV Tronc. Scal. 𝔗𝔅 = *in custodiam universa.* R = *velocitates* [hoc cr.] *cicatissimae.* 𝔗 — 𝔈1. = *etiam tot saecula promissas.* 𝔈2. = *inter tot saecula pr.* Mss. etiam Pinc. ∾. R = *in medio itenere.* G = *eunt altius redeuntque.* R (s de) = *reuntque oportunis.* R = *ut tu quo* [r.m. co] *argueris.* G = *coargueris.* V = *coargueres.* 𝔗𝔅 = *certanti ut tu coargueres.* 𝔈1. = *Sit tanti ut tu coarguereris.* 𝔈2. — 𝔊 = *Sit tanti ut tu coarguaris.* Pinc. v. l. ∾. RG Naz. P2. Col. 𝔗 — 𝔈1. = *ista concedere* [Naz. = *concidere*] *possunt* [V = *possum*] *tibi etiam invito.* P3. = *ista consedere possunt tibi etiam invito.* 𝔈2. — 𝔊 = *Ista tibi concedere possunt etiam invito.* Pinc. ci. = *primo sunt tibi etiam invito.* In illo *primo* Grut. suspicatur latere mendum typographicum: fortasse Pinc. scribi voluit *prosunt.* 𝔐 = *ista tibi prosunt etiam invito* om. *concidere.* Grut. ci. 𝔏 — 𝔅o ∾.

ce nunc quod non externa cogunt deos, sed sua illis in legem aeterna uoluntas est: statuerunt quae non mutarent. Itaque non possunt uideri facturi aliquid, quamuis nolint, quia quicquid desinere non possunt perseuerare uoluerunt. nec umquam primi consilii deos poenitet. Sine dubio stare illis et desciscere in contrarium non licet: sed non ob aliud, quam quia uis sua illos in proposito tenet. nec inbecillitate permanent, sed quia non libet ab optimis aberrare et sic ire decretum est. In prima 2
autem illa constitutione, cum uniuersa disponerent, etiam nostra uiderunt rationemque hominis habuerunt. Itaque non possunt uideri sua tantum causa decurrere et explicare opus suum, quia pars operis sumus et nos. Debemus ergo et soli et lunae et ceteris coelestibus beneficium, quia, etiam si potiora illis sunt in quae oriuntur, nos tamen in maiora ituri iuuant. Adice quod 3
ex destinato iuuant: ideoque obligati sumus, quia non in beneficium ignorantium incidimus, sed haec quae accipimus accepturos scierunt. et quamquam maius illis propositum sit maiorque actus sui fructus quam seruare mortalia, tamen in nostras quoque utilitates a principio rerum praemissa mens est et is ordo mundo datus, ut adpareat curam nostri non inter ultima habitam. Debemus parentibus nostris pietatem: et multi non ut 4
gignerent coierant. Di non possunt uideri nescisse quid effecturi essent, cum omnibus alimenta protinus et auxilia prouiderint. nec eos per neglegentiam genuere quibus tam multa ge-

Cap. XXIII.

𝔗—𝔈1. = *sua illis in lege.* R — *aliquid* post *facturi.* recte fortasse. RG = *desinere non possint.* 𝔐 = *Sine dubio illis desciscere in contrarium.* rell. om. contra mstos etiam Gr.

sed non ob aliud quam quia = Naz. 𝔊𝔯𝔬 — 𝔅𝔬. Langob. = *sed non aliud quam quia* om. *ob.* RG P3. Col. = *sed non ob audio quam quia.* V 𝔗 — 𝔏4. = *sed non ideo quia.* P2. codd. Lips. 𝔗 — 𝔈2. = *in imbecillitate.* Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔏4. = *ex imbecillitate.* Langob. + *nec in inbecillitate.* Col. = *nec in ibecillitate permanet.* Naz. = *nec invecillitate.* quomodo fere P3. RGV Lips. ci. 𝔊𝔯𝔬 — 𝔅𝔬 ∾ (R p.m. = *inbellitate*).

sed quia non libet = Naz. 𝔊𝔯𝔬—𝔅𝔬. RGV 𝔗 — 𝔏4. = *sed quia non licet.*

2. R (s ∾ r.m.) — *tantum* inter *sua* et *causa.* R — *et* ante *soli.* 𝔗𝔅 = *sunt inique oriuntur.*

in maiora ituri = Langob. Naz. 𝔈2. — 𝔅𝔬. RGV Pinc. v. l. P2. 3. Col. = *in maiora itura.* 𝔗 — 𝔈1. = *in maiora ituros.* m𝔈2. = *in maiora invitant.*

3. 𝔗 — 𝔏𝔍𝔲 — *ex* ante *destinato* contra mstos etiam Gr. R (p. m.) G = *quia non in beneficium.* V𝔗 — 𝔅𝔬 = *qui non in b.*

4. *ut gignerent coierant* = RGV Naz. P2. 3. 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅𝔬 = *ut gignerent coierunt.*

et auxilia providerint = Col. 𝔏 — 𝔅𝔬 (𝔑𝔲 = *providerunt*). probat Grut. R P3. = *et ex alia providerint.* G Naz. m𝔈2. = *et exilia pro-*

nerabant. Cogitauit nos ante natura quam fecit. nec tam leue opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Uide quantum nobis permiserit, quam non intra homines humani imperii condicio
5 sit. uide in quantum corporibus uagari liceat quae non coercuit fine terrarum, sed omnem in partem sui misit. uide animi quantum audeant, quemadmodum soli aut nouerint deos aut quaerant et mente in altum data diuina comitentur. Scies non esse hominem tumultuarium et incogitatum opus. Inter maxima rerum suarum natura nihil habet quo magis glorietur aut
6 certe cui glorietur. Quantus iste furor est controuersiam dis muneris sui facere? Quomodo aduersus eos hic erit gratus quibus gratia referri sine inpendio non potest, qui negat se ab iis accepisse a quibus cum maxime accipit, qui et semper daturi sunt et numquam recepturi? Quanta autem peruersitas ob hoc alicui non debere, quia etiam infitianti benignus est, et continuationem ipsam seriemque beneficiorum argumentum uocare
7 necessario dantis? *Nolo: sibi habeat. quis illum rogat?* et omnes alias inpudentis animi uoces his adstrue: non ideo de te minus meretur is cuius liberalitas ad te etiam dum negas peruenit cuiusque beneficiorum uel hoc maximum est, quod etiam querenti daturus est. XXIV. Non uides quemadmodum tene-

viderint. V = *et alia providerent.* P2. 𝔈1. — 𝔊 = *et alia providerint.* 𝔗𝔅 = *et alia viderint.* 𝔐 = *et alia utilia providerint.* 𝔈1. — 𝔏ℑu = *tam multa genuerant.* G = *generabunt.* Rell. etiam Naz. P2. Col. Verd. Scal. ∾. 𝔗 — 𝔏ℑu 𝔅1. 𝔐ü 𝔅o + *Cogitavit enim nos* contra mstos etiam Gr. G = *opus suum.* V𝔗 — 𝔈2. + *non intra homines tantum.* Rell. etiam exx. Francisc. et scholl. Salmentt. ∾.

5. RG Naz. 𝔈1. 2. — *non* ante *coercuit.* Rell. etiam Pinc. P2. 3. ∾. G = *comitantur.*

Scies non esse = RGV 𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *Scias non esse.*

6. *qui negat se ab iis accepisse a quibus* = Naz. P3. 𝔅2. RGV = ∾ *ab his* ∾. Col. = *qui negat ab his accepisse a quibus* om. *se.* nec temere putaverim Pronomen a Seneca esse positum. Pinc. v. l. = *qui negat accepisse se a quibus* om. *ab iis.* 𝔗 — 𝔊 = *potest? Quis negat ab his accepisse se a quibus.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *qui negat ab his accepisse se a quibus.* Col. = *cum maxima accepit.* probant Erm. Lips.: sed hic a Gronovio reprehenditur, tanquam iubeat Senecam σολοικίζειν. RV rell. Gr. 𝔅2. = *cum maxime accepit.* Quidam Ermi = *quam maxima.* 𝔗 — 𝔈1. = *quam maxime accepit.* 𝔗 — 𝔏ℑu = *seriemque beneficii.* G = *seriemque beneficium.* RV Naz. Col. ∾. R(cr. ∾) = *necessario dandis.*

7. DHW — *de te* ante *minus.* DW = *minus miseretur.* R = *meretur his cuius.* H — *ad te etiam* — XXIV, 1. *membra libertas.* DW — *vel* post *beneficiorum.*

hoc maximum est = RGVDW Pinc. v. l. 𝔗𝔅. 𝔈1. — 𝔅o — *est.* V = *quod non querenti daturus est* (natum ex *conquerenti*, quod Gr. vitandae ambiguitatis causa inter lineas habebant). Pinc. v. l. + *quod etiam non querenti d. e.* Quidam Pinc. 𝔗𝔈1. = *quod etiam quaerenti*

ram liberorum infantiam parentes ad salubrium rerum patientiam
cogant? Flentium corpora ac repugnantium diligenti cura fo-
uent. et, ne membra libertas inmatura detorqueat, in rectum
exitura constringunt. et mox liberalia studia inculcant adhibito
timore nolentibus. ad ultimum audacem iuuentam frugalitati, 2
pudori, moribus bonis, si parum sequitur, coactam adplicant.
Adulescentibus quoque ac iam potentibus sui, si remedia metu
aut intemperantia reiciunt, uis adhibetur ac seruitus. Itaque
beneficiorum maxima sunt quae a parentibus accipimus, dum
aut nescimus aut nolumus. XXV. His ingratis et repudianti-
bus beneficia, non quia nolunt, sed ne debeant, similes sunt
ex diuerso nimis grati qui aliquid incommodi precari solent his
quibus obligati sunt, aliquid aduersi in quo adfectum memorem
accepti beneficii adprobent. An hoc recte faciant et pia uolun-
tate quaeritur, quorum animus simillimus est prauo amore fla-
grantibus qui amicae suae optant exilium, ut desertam fugien-
temque comitentur. optant inopiam, ut magis desideranti do-
nent. optant morbum, ut adsideant. et quicquid inimicus
optaret amentes uouent. Fere idem itaque exitus est odii et 2
amoris insani. Tale quiddam et his accidit qui amicis incom-
moda optant quae detrahant et ad beneficium iniuria ueniunt,

d. e. 𝔊𝔖 + *quod etiam nunc querenti d. e.* Rell. etiam Gr. ∾.

Cap. XXIV.

D = *patientiam comparavit.* sDW = *patientiam comparant.* R (cr. ∾) = *Fluentium corpora.* R = *menbra.* H = *ne natura detorqueat in rectum exitura constringit.* D = *exitura et confringant.* W = *exitura et confringunt.* D = *liberalium artium studia.* H = *inculcavit.* D = *volentibus.*

2. Mss. Ermi — *audacem:* sed Langob. ∾. D = *frugalitate.* W = *frugalitatem.* 𝔗𝔅 = *sequitur coaptant applicant.* 𝔈1. — 𝔖 = *coaptant et applicant.* P2. = *eo arctant et applicant.* Rell. etiam Pinc. Naz. Col. P3. ∾. H = *applicavit.* DHW — *Adulescentibus — aut nolumus.* [XXV.] *His.* sed eorum loco habent verba *Puta inquit — sed quod eligis* ex XIII, 3. 4. huc translata. 𝔗 — 𝔈1. = *ius adhibetur aut servitus.* V = *si remedia metuant intemp.* GV 𝔗 — 𝔈1. = *quae a parentibus accepimus.*

Cap. XXV.

V rubro praescribit *Quarta pars.* R (cr. ∾) = *His ingratus.* T verba *non quia nolunt, sed ne debeant* collocat post *nimis grati.* D + *sed quia ne debeant.* D(m ∾) W — *ex diverso — adprobent.* G = *is quibus obligati.* T + *Et aliquid adversi.* EH — *aliquid adversi — adprobent.* 𝔈2. — 𝔐 = *animus similis est* contra mstos. D(cr. ∾) = *parvo amore.* V = *donent. egritudinem ut assideant.* E = *optat morbum.* DW = *quicquid inimicis optatur.* R = *amantes movent.*

2. TDE Pinc. v. l. Col. = *Fere itaque idem.* Rell. etiam Naz. P2. 3. ∾. T — *exitus.* V = *est exitus.* T = *Tale quid et his.* D = *Tale quidem ex his.* E = *Tale quiddam ex his.* D(m ∾) W — *amicis.*

cum satius sit uel cessare quam per scelus officio locum quae-
rere. Quid si gubernator a dis tempestates infestissimas et pro-
3 cellas petat, ut gratior ars sua periculo fiat? quid si imperator
deos oret, ut magna uis hostium circumfusa castris fossas subito
inpetu conpleat et uallum trepidante exercitu conuellat et in ipsis
portis infesta signa constituat, quo maiore cum gloria rebus
4 lapsis profligatisque succurrat? Omnes isti beneficia sua dete-
stabili uia ducunt qui deos contra eum aduocant cui ipsi adfuturi
sunt et ante illos sterni quam erigi uolunt. Inhumana ista per-
uerse grati animi natura est contra eum optare cui honeste de-
esse non possis. XXVI. Non nocet, inquit, illi uotum meum,
quia simul opto et periculum et remedium. Hoc dicis nonnihil
te peccare, sed minus quam si sine remedio periculum optares.
Nequitia est ut extrahas mergere, euertere ut suscites, ut emit-
tas includere. Non est beneficium iniuriae finis. nec umquam
2 id detraxisse meritum est quod ipse qui detraxit intulerat. Non
uolneres me malo quam sanes. potes inire gratiam, si, quia
uolneratus sum, sanas: non, si uolneras, ut sanandus sim.
Numquam cicatrix nisi collata uolneri placuit: quod ita coisse
gaudemus, ut non fuisse mallemus. Si hoc ei optares cuius
nullum beneficium haberes, inhumanum erat uotum: quanto in-

𝔗 — 𝔈2. (m∾) 𝔖𝔐 = *cum sanctius sit vel cessare* contra mstos etiam Gr. Put. D(cr.∾) = *cum satis sit.* 𝔊 — *satius.* TDEHW Put. — *vel* ante *cessare.* E = *qui per scelus.* D = *locum officii quaerere.* HW cod. Iur. = *officii locum quaerere.* E + *quaerere est.* DHW — *Quid si gubernator* — § 3. ex. *succurrat.* E — *Quid si gubernatur* — § 4. ex. *possit.* V = *a diis imploret tempestates* ∾ *et procellas ut gratior.* G m𝔈2. = *ars suo periculo.*

3. T = *impetu impleat.* G — *in* ante *ipsis portis.* V = *quo maiore sensu rebus.* RG = *rebus lassis.* T = *rebus ipsis.*

4. D (s∾) W = *Omnes istos detestabilia officia* [W + *sua*] *ducent.* DW — *qui deos* — *non possis.* R = *destabili via.* T — *ipsi* ante *adfuturi.* T — *quem erigi.* Naz. = *Inhumana ista perversae grati animi natura est.* RGV P2. 3. 𝔗 — 𝔈1. = ∾ *et perversa grati animi n. e.* Col. = ∾ *et perversa natura* om. *grati animi.* 𝔈2. — 𝔏4. + *et perverse.*

Cap. XXVI.

VT = *Non nocet inquis illi votum meum.* P2. = *Non nocet illi inquit v. m.* Col. = *Non nocet illis inquit v. m.* 𝔗 — 𝔑u 𝔅o = *Non nocet illi votum meum inquit.* RGDE Pinc. Naz. Col. P3. 𝔅2. ∾. DEW — *Hoc dicis* — *periculum optares.* T = *nihil te peccare.* T — *si* ante *sine periculo.* E = *diu detraxit cum tulerat.*

2. DEW — *me* ante *malo.* E = *et sanandus sim.* T = *ut sanandi* [DW =] *sum.* T — *Numquam cicatrix* — *beneficium debes.* H = *Numquid cicatrix.* RGVDEHW Verd. Tronc. Scal. 𝔗𝔅 = *collocata vulneri.* DW = *quod itaque cogisse gaudemus.* E = *ubi non fuisse mallemus.* H = *beneficium habes.* RG 𝔗𝔅 = *quantum inhumanius.*

humanius ei optas cui beneficium debes? **XXVII.** Simul, in-
quit, ut possim ferre illi opem, precor. Primum, ut te in me-
dia parte uoti tui occupem, iam ingratus es: nondum audio quid
illi uelis praestare, scio quid illum uelis pati. Sollicitudinem
illi et metum et maius aliquod inprecaris malum. optas ut ope
indigeat: hoc contra illum est. optas ut tua indigeat ope: hoc
pro te est. non succurrere uis illi, sed soluere. Qui sic pro- 2
perat solui uult, non soluere. Ita quod unum in uoto tuo ho-
nestum uideri poterat ipsum turpe et ingratum est, nolle de-
bere: optas enim, non ut tu facultatem habeas referendae gra-
tiae, sed ut ille necessitatem inplorandae. Superiorem te facis
et, quod nefas est, bene meritum ad pedes tuos mittis. Quanto
satius est honesta uoluntate debere quam per malam rationem
soluere? Si infitiareris quod acceperas, minus peccares: nihil 3
enim nisi quod dederat amitteret. nunc uis illum subici tibi ia-
ctura rerum suarum et status mutatione in id deuocari, ut infra
beneficia sua iaceat. Gratum te putabo? coram eo cui prodes-

Cap. XXVII.

DEHW — *Simul, inquit — precor.* T = *Simul inquam.* GVT Gr. 𝔗 — 𝔈2. = *ut possem ferre.* R Pinc. ci. 𝔊 — 𝔅o ∾. T — *illi.* DW = *iam gratus es.* V = *et maius aliquid.* RGVTDW = *imprecaris malum. Optas ut* [T = *aut*] *ope tua indigeat: hoc pro te est. non succurrere* [R = *succurre*] *vis illi* rell. om. H = *imprecaris malum. optas ut ope indigeat. hoc pro te est. non succurrere vis illi.* 𝔗𝔅 = *aliquod in peccatis malum. Optas ut ope indigeat: hoc contra illum est. Optas tua indigeat ope: hoc pro te est.* 𝔈1. — 𝔐 = *imprecaris malum, ut ope indigeat* ∾ om. *Optas.* Naz. P2. 3. + *Optas ut ope tua indigeat* ∾. Sed suspicor Gruterum non satis accurate eos inspexisse atque eorum scripturam non minus mancam fuisse quam RGVT. Pinc. v. l. Col. 𝔏 — 𝔅o ∾.

2. DEHW — *Qui sic — inplorandae.* 𝔗 — 𝔈1. = *Qui sic praeparat.* 𝔈2. — 𝔊 + *ipsum solvi vult.* 𝔐 — 𝔅o + *ipse solvi vult* contra mstos. P2. 𝔗 — 𝔈1. = *illud turpe et ingratum est.* 𝔈2. — 𝔏 𝔍u — *ipsum.* Rell. etiam Naz. P3. Col. ∾. G (cr. ∾) = *referre inde gratiae.* Omnes Pinc. + *implorandae rei.* P2. 𝔗𝔅 + *rei implorandae.* Col. = *necessitatem. Implorandum superiorem.* Rell. etiam Naz. P3. ∾. E — *Superiorem* — XXVIII, 1. ex. *causam dixisse.* DHW quidam Pinc. P1. + *Eo voto superiorem te facis.* Cod. Iur. = *beneficii meritum ad pedes.* T — *Quanto satius est* — § 3. *amitteret. nunc.* DHW — *quanto satius — rationem solvere.* V + *honesta te voluntate.* Naz. = *quam ratione per malam solvere.*

3. DW — *nisi* ante *quod dederat.* P3. 𝔗 — 𝔊 = *quod acceperis.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *amitteres.* DW = *subici vel iactura.* H = *mutuatione.* RGVH Gr. 𝔗 — 𝔈1. = *in id devocare.* nec male, ait Grut., atque ipse fere persuadeo mihi id Senecam scripsisse, qui non raro variat structuram. cf. XXIX, 3. *deliberari* et *credere.* DW = *evocare.* Cod. Iur. = *in id denotare ut infra beneficia tua iaceat.* H = *ut intra beneficia.* DHW — *Gratum te putabo* — XXVIII, 1. ex. *causam dixisse.* T — *Gratum* — § 4. ex. *succedere?* 𝔗 — 𝔏 𝔍u = *Gratum te reputabo.* contra mstos etiam Gr.

se uis opta. Uotum tu istuc uocas quod inter gratum et inimicum potest diuidi? quod non dubites aduersarium et hostem fecisse,
4 si extrema taceantur? Hostes quoque optauerunt capere quasdam urbes, ut seruarent, et uincere quosdam, ut ignoscerent: nec ideo non hostilia uota. in quibus quod mitissimum est post crudelitatem uenit. Denique qualia esse iudicas uota quae nemo
5 tibi minus uolet quam is pro quo fiunt succedere? pessime cum eo agis cui uis a dis noceri, a te succurri, inique cum ipsis dis. Illis enim durissimas partes inponis, tibi humanas: ut tu prosis, di nocebunt. Si accusatorem submitteres quem deinde remoueres, si aliqua illum lite inplicares quam subinde discuteres, nemo
6 de tuo scelere dubitaret: quid interest utrum istuc fraude temptetur an uoto, nisi quod potentiores illi aduersarios quaeris? Non est quod dicas, Quam enim illi iniuriam facio? Uotum tuum aut superuacuum est aut iniuriosum: immo iniuriosum, etiam si inritum. Quicquid non efficis dei munus est, iniuria uero quicquid optas. Sat est: tibi non aliter debemus irasci, quam si feceris. XXVIII. Si uota, inquit, ualuissent, et in hoc ualuissent, ut tutus esses. Primum certum mihi optas periculum sub incerto auxilio. deinde utrumque certum puta, quod nocet prius est. Praeterea tu condicionem uoti tui nosti: me tempestas occupauit portus ac praesidii dubium. Quantum existimas tormentum, etiam si accepero, eguisse? etiam si seruatus fuero,
2 trepidasse? etiam si absolutus fuero, causam dixisse? Nullius metus tam gratus est finis, ut non gratior sit solida et inconcussa securitas. Opta ut reddere mihi beneficium possis, cum opus erit, non ut opus sit. Si esset in tua potestate quod optas,

tu istuc vocas = G. RV𝔗 — 𝔅o = *istud*. G = *dubites ad verium* (1 m.). R = *extrema taceant?*

4. R + *capere hostes quasdam urbes*. G = *quosdam ut noscerent*. V + *hostilia sunt vota*. R — *quod* ante *mitissimum*. R = *quam his pro quo*.

5. T = *ut tu proses*. T — *Si accusatorem* — § 6. *iniuriam facio?* 𝔗𝔅 = *submittens*. G = *quam subinde discurreres*.

6. *utrum istuc* = RG. V𝔗 — 𝔅o = *utrum istud*. V = *potentiores illis*. RGV = *Non est quid dicas*. V = *Quō enim illi iniuriam*. G — *optas*. T = *quicquid optas*. *Non enim aliter tibi debemus irasci* om. *Sat est*. R(s∾) — *tibi*. R(cr. ∾ r.m.) = *non aliter demus*. RVT𝔗 — 𝔊 = *quam si profeceris*. G = *quam si proficeris*. Scribendum videtur *perfeceris*.

Cap. XXVIII.

T — *Si vota* — *causam dixisse?* V = *inquis*.

2. DW = *tam gratissimus est*. E — *beneficium* post *reddere mihi* et — *cum opus erit*. W — *mihi*. DHW + *Si opus esset in tua potestate*.

ipse fecisses. XXIX. Quanto hoc honestius uotum est, Opto in eo statu sit quo semper beneficia distribuat, numquam desideret. Sequatur illum materia qua tam benigne utitur largiendo iuuandoque, ut numquam illi sit dandorum beneficiorum inopia,
datorum poenitentia. Naturam per se pronam ad misericordiam, 2
humanitatem, clementiam irritet ac prouocet turba gratorum: quos illi et habere contingat nec experiri necesse sit. Ipse nulli inplacabilis sit, ipsi nemo placandus. Tam aequali in eum fortuna indulgentia perseueret, ut nemo in illum possit esse, nisi
conscientia gratus. Quanto haec iustiora uota sunt quae te in 3
nullam occasionem differunt, sed gratum statim faciunt? Quid enim prohibet referre gratiam prosperis rebus? quam multa sunt per quae quicquid debemus reddere etiam felicibus possumus? fidele consilium, adsidua conuersatio, sermo comis et sine adulatione iucundus, aures, si deliberari uelit, diligentes, tutae, si credere, conuictus familiaritas. Neminem tam alte secunda posuerunt, ut non illi eo magis amicus desit, quia nihil absit. XXX. Ista tristis et omni uoto submouenda occasio ac procul

Cap. XXIX.

T — *Quanto hoc honestius* — XXX, 2. *et beatum?* W = *honestius opus est.* R = *Opta in eo.* DW = *Opto ut in statu eo sit quod.* E = *Opto ut in eo statu sit quod.* H = *in eo is status sit qui.* R = *non quo desideret.* de quo vide. H = *non qui desideret.* D = *desideres.* D = *Sequatur eum.* DHW — *tam* ante *benigne.* E = *materia quam benigne.*
utitur = Naz. 𝔏 — 𝔏4. 𝔊ro. RG VDEHW 𝔗 — 𝔐 𝔅1. — 𝔅o = *utatur.* DEHW = *largiendi iuvandique* et — *ut.*

2. W = *Natura per se prona est.*
ad misericordiam, humanitatem, clementiam = RGDE (R = *humilitatem.* D [s∾] — *clementiam*). V + ∾ *et clementiam.* 𝔗𝔅 = *ad divinam humanitatem: clementiam.* 𝔈1. = *ad humanitatem, ad misericordiam et irritet.* 𝔈2. — 𝔅o = *ad humanitatem, ad misericordiam et clementiam.* 𝔗 — 𝔈2. + *Sed quos illi et habere* contra mstos etiam Pinc. DEHW — *Ipse nulli* — *placandus.* R (p.m.) = *Ipse nulli implicat.* R (s.m.) = *implicabilis.*

3. DEHW — *haec* ante *iustiora.* R G + *Quid? quid enim prohibet.* D HW — *Quid enim* — *convictus, familiaritas:* sed repetunt ea XXXIII, 1. post *felici praestare* praeter *aures* — *familiaritas.* R = *quia multa sunt.* V = *sermo cominus.* 𝔗 — 𝔈1. = *sermo communis.* RG Naz. P3. Col. = *aut res si deliberari.* V𝔗 — 𝔈1. = *aut res si deliberare.* Ermi ci. 𝔈2. — 𝔅o = *aures, si deliberare.* R = *velut* [cr. ∾ *velud*] *diligentes.* E — *aures* — XXXIII, 1, *opum positis.* R (s∾) — *si* ante *credere.* V omnes Pinc. 𝔗 — 𝔈1. = *sic credere.* 𝔈2. — 𝔐 = *tutae, secretae* ex Ermi ci. G Naz. P3. Col. Pinc. ci. ∾. G = *coniunctus familiaritas.* V = *quo nihil absit.*

Cap. XXX.

DHW — *Ista tristis* — § 2. *invitum distringam.* V + *Ista tristis est.* P2. = *Ista tristis est.* 𝔗𝔅 = *Ipsa tam tristis est.* 𝔈1. + *Ista tam tristis est.* Pinc. v. l. P3. = *Ita tristis et.* Pinc. ci. = *Ita tua tristis est.* R = *Ista tristis voti submoven-*

repellenda: ut gratus esse possis, iratis dis opus est? Nec ex hoc quidem peccare te intellegis, quod melius cum eo agitur cui ingratus es? Propone animo tuo carcerem, uincula, sordes, seruitutem, bellum, egestatem. haec sunt occasiones uoti tui:
2 si quis tecum contraxit, per ista dimittitur. Quin potius eum potentem esse uis cui plurimum debes et beatum? Quid enim, ut dixi, uetat te referre etiam summa felicitate praeditis gratiam? cuius plena tibi occurret et uaria materia. Quid? tu nescis debitum etiam locupletibus solui? Nec te inuitum distringam. Omnia sane excluserit opulenta felicitas. Monstrabo tibi cuius rei inopia laborent magna fastigia, quid omnia possidentibus desit: scilicet ille qui uerum dicat et hominem inter mentientes stupentem ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi ad ignorantiam ueri perductum uindicet a consensu concentuque
3 falsorum. Non uides quemadmodum illos in praeceps agat exstincta libertas et fides in obsequium seruile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuadetque, sed adulandi certamen est et unum amicorum omnium officium, una conten-
4 tio quis blandissime fallat? Ignorauere uires suas et, dum se tam magnos quam audiunt credunt, adtraxere superuacua et in

da. Rell. etiam Naz. Col. ∾. V 𝔗 — 𝔏𝔍u + *in animo tuo.* Rell. etiam quatuor Gr. ∾. V𝔗 — 𝔏𝔍u = *hae* [V = *hee*] *sunt occasiones* (𝔐 ed. Paris. ∾). Rell. etiam Naz. Col. ∾. R = *tecum contraxerit.* 𝔈1. 2. 𝔊 = *si quis tecum traxit* (m𝔈2. ∾). 𝔊 — *tecum contraxit.* Erm. ci. = *si quis te contraxit.*

2. *potentem esse vis* = RGV 𝔈2. — 𝔐 (idem videtur in Gr. fuisse). 𝔗 — 𝔈1. 𝔏𝔍u — 𝔚o = *potentem esse velis.* G Naz. P3. Col. — *et* ante *beatum.* unde Grut. ci. = *Quin potius eum beatum esse vis cui plurimum debes?* Ego potius vocem *beatum* ingestam esse putaverim: nisi forte *et* absorptum est ab syllaba *es* praecedente. RV = *plena tibi occurreret.* 𝔈2. — 𝔐 = *Ne te invitum.* RG = *Nec te in vitam distringam.* 𝔗𝔚 = *distinguam.* T = *Quis enim.* D (s∾) W = *Omnia sane excusserit.* R (p.m.) = *opolenta.* T𝔗 — 𝔊 = *laborant.* D + *etiam magna.* W + *et magna.* 𝔗 — 𝔈1. = *Si licet ille qui.* V = *Scilicet illum qui.* D = *Scilicet quid verum.* W = *Scilicet quod verum.* T = *intra mentientes.* VDW = *blanda audientem.* T = *veri productum.* DW ex. Francisc. P1. = *vindicet cum assensu* [Franc. P1. = *cum consensu*] *contemptuque* [P1. = *contentuque*] *falsorum.* P2. = *consensu contentuque.* Cod. Iur. 𝔗 — 𝔈1. = ∾ *contemptuque falsorum.* probat Iuretus. Pinc. ci. = *cum sensu contemptuque falsorum.*

3. R = *sententia dissuadet sed adulandi.* T = *sententia suadet sed adulandi.* DHW = *sententia favet sed adulandi.* 𝔗 — 𝔈1. = *sed adulanti.* DHW + *contentio sit.* 𝔈2. — 𝔊 = *quibus blandissime fallat.*

4. R = *Ignora vere vires.* W = *Ignovere vires.* DW quidam Pinc. + *attraxere vires suas ad supervacua.* Rell. etiam quinque [nonne P1. consentiebat cum DW?] Gr. ∾. T = *supervacua in discrimine*

discrimen rerum omnium peruentura bella. utilem et necessa-
riam rupere concordiam. secuti iram, quam nemo reuocabit,
multorum sanguinem hauserunt fusuri nouissime suum, dum uin-
dicant inexplorata pro certis flectique non minus existimant tur-
pe quam uinci et perpetua credunt quae in summum perducta
maxime nutant. Ingentia super se ac suos regna fregerunt nec 5
intellexerunt in illa scena uanis et cito diffluentibus bonis reful-
gente ex eo tempore ipsos nihil non aduersi exspectare debuisse
ex quo nihil ueri audire potuerunt. XXXI. Cum bellum Grae-
ciae indiceret Xerxes, animum tumentem oblitumque quam ca-
ducis confideret nemo non inpulit. Alius aiebat non laturos nun-
tium belli et ad primam aduentus famam terga uersuros. alius
nihil esse dubii, quin illa mole non uinci solum Graecia, sed
obrui posset: magis uerendum ne uacuas desertasque urbes in-
uenirent et profugis hostibus uastae solitudines relinquerentur
non habituris ubi tantas uires exercere possent. Alius uix illi 2
rerum naturam sufficere, angusta esse classibus maria, militi
castra, explicandis equestribus copiis campestria, uix patere
coelum satis ad emittenda omni manu tela. Cum in hunc mo-
dum multa undique iactarentur quae hominem nimia aestimatione
sui furentem concitarent, Demaratus Lacedaemonius solus dixit
ipsam illam qua sibi placeret multitudinem indigestam et

rerum. DHW — *utilem et necessariam* — § 5. ex. *potuerunt.*

quam nemo revocabit = RGVT 𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *quam nemo revocabat.* T = *hauserunt furiosissime suum.* V + *dum hec sepe vidisti vindicant.* Unus Lips. + *dum hoc saepe iudisse vindicant.* Alter Lips. + *dum hac specie iudisti vindicant.* unde Lips. ci. + *dum hac specie iusti vindicant.* 𝔗 — 𝔈1. = *dum haec saepe vidisti iudicant.* V = *perducta maxime mutantur.* R 𝔗 — 𝔅 = *maxime mutant.* T = *perducta maxima intrant.*

5. *super se ac suos regna fregerunt* = mss. etiam Pinc. Gr. 𝔏 — 𝔊ro 𝔑u — 𝔅o. 𝔗 — 𝔈1. = *super se ac sua r. fr.* 𝔈2. — 𝔐 𝔅1. = *super se casura regna fr.* ex ci. Ermi. 𝔗 — 𝔅o + *et vanis et cito* contra mstos. V = *defluentibus.* T = *nihil non adversi speclare.*

Cap. XXXI.

RV cod. Iur. = *Xerses.* T = *Zerses.* DHW = *animum suum seque oblitum.* T = *oblitum animum suum seque caducis consideret.* T = *Alius aiebit.* DHW — *nuntium* — *versuros.* 𝔈1, 2. = *nuntios* contra mstos etiam Pinc. V (m∾) — *adventus.* R (s∾ r.m.) — *famam.* DHW = *alius non dubium quin illa.* W — *Graecia.* D = *gratia.* W + *sed etiam.* V + *alius magis verendum.* D — *magis.* D = *non habitaturis ibi tantas.* T = *ubi tante se vires exerceret possent.*

2. W — *maria.* R (s∾ al. m.) — *castra.* 𝔗 — 𝔈2. = *vix patere coelum sagittis* contra mstos etiam Pinc. Gr. V — *omni.* T = *omnium manu.* G = *cum in hunc mundum.* D (s∾) W — *furentem.* H = *fruentem.* V = *Demeratus.* D = *Demoratus.* TDHW — *solus.* T = *illam ipsam que sibi.*

3 *grauem metuendam esse ducenti: non enim uires habere,*
sed pondus. inmodica numquam regi posse nec diu durare
quicquid regi non potest. In primo, inquit, *statim monte*
Lacones obiecti dabunt sui experimentum. Tot ista gen-
tium milia trecenti morabuntur, haerebunt in uestigio fixi
et commissas sibi angustias tuebuntur et corporibus obstru-
4 *ent. tota illos Asia non mouebit loco. tantas minas belli*
et paene totius generis humani ruentis inpetum paucissimi
sistent. Cum te mutatis legibus suis natura transmiserit, in
semita haerebis et aestimabis futura damna, cum conputa-
ueris quanti Thermopylarum angusta constiterint. Scies
5 *te fugari posse, cum scieris posse retineri. Cedent quidem*
tibi pluribus locis uelut torrentis modo ablati cuius cum
magno terrore prima uis defluit: deinde hinc atque illinc
coorientur et tuis te uiribus prement. Uerum est quod di-
citur maiorem belli adparatum esse, quam qui recipi ab
6 *his regionibus possit quas obpugnare constituis. Sed haec*
res contra nos est: ob hoc ipsum te Graecia uincet, quia
non capit. uti toto te non potes. Praeterea, quae una re-
bus salus est, occurrere ad primos rerum inpetus et incli-

3. G = *pondus. Immo dicam numquam.* 𝔗 —'𝔊l. = *Vi modica nunquam.* D(u.) W + *regi non posse* et — *diu.* DHW — *In primo* — § 4. ex. *retineri.* T — *statim.* RG = *Lacones obiecit.* 𝔗𝔅 + *dabunt sibi sui exp.* 𝔊l. — 𝔅o + *dabunt tibi sui exp.* RGVT ∾. Valcken. (ad Herod. VII, 102.) ci. = *pauci morabuntur: trecenti* esse e m. translatum. 𝔗 — 𝔊l. = *et emissas sibi angustias* contra mstos etiam Pinc. Gr. R — *et* ante *corporibus.*

4. *paucissimi sistent* = Gron. ci. ℜu — 𝔅o. Naz. (p.m.) = *paucissimis stent.* RG Naz. (s.m.) tres Gr. = *paucissimi sustinent.* VT 𝔊l. — 𝔅l. = *paucissimi sustinebunt.* *cum conputaveris* = RGVT 𝔗 — 𝔐. 𝔏 — 𝔅o = *quum putaveris.* T + *tibi angusta.* T = *cum scies posse retinere.* R(cr. ∾ r.m.) = *posse teneri.*

5. DW = *Cedent tibi quam pluribus locis primaevi. velut torrentis moli* om. *ablati* — *defluit.* H = *locis velut primaevi torrentis* [Pl. =] *moli.* R Col. = *velud.* unde Grut. ci. = *valide torrentis* vel — *velut.* Quidam Pinc. 𝔊𝔊 = *torrentis mole.* probat Grut. Rell. etiam Gr. ∾. V = *cum magno tempore.* T = *hinc atque hinc.* DH = *hinc atque hinc coruent.* W Pl. = *atque illinc corruent.* Col. = *atque illinc cohortentur.* Pinc. *atque illinc a dorientur* commodiorem lectionem dicit. Unus Lips. + *illinc similis nascentur coorientur.* Alter optimus Lips. + *illinc a similis nascentur coorientur.* unde Lips. facit *apibus similes nascentur.* DH = *vere maior* [H + *est*] *apparatus belli quam recipi.* W = *Verere maior belli apparatus quam recipi.* T = *apparatum velli.* T = *quos oppugnare.* W = *constituisset.*

6. W — *Sed.* W — *ipsum.* R = *uti toto res* [n.] *te non* [V𝔗 — 𝔊l.] *potest.* TD = *te toto.* W = *Praeterea non una rebus.* T = *occurret ad primos impetus* om. *rerum.* V = *impetus rerum.*

natis opem ferre non poteris nec fulcire ac firmare laben-
tia. · Multo ante uinceris, quam uictum esse te sentias. Ce- 7
terum non est quod exercitum tuum ob hoc sustineri putes
non posse, quia numerus eius duci quoque ignotus est.
Nihil tam magnum est quod perire non possit: cui nascitur
in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua
causa. **Acciderunt quae Demaratus praedixerat. Diuina at-** 8
que humana inpellentem et mutantem quicquid obstiterat trecenti
stare iusserunt, stratusque per totam passim Graeciam Xerxes
intellexit quantum ab exercitu turba distaret. Itaque Xerxes
pudore quam damno miserior Demarato gratias egit, quod solus
sibi uerum dixisset, et permisit petere quod uellet. Petiit ille 9
ut Sardis, maximam Asiae ciuitatem, curru uectus intraret re-
ctam capite tiaram gerens. id solis datum regibus. Dignus fue-
rat praemio, antequam peteret: sed quam miserabilis gens in
qua nemo fuit qui uerum diceret regi, nisi qui non dicebat sibi!
XXXII. Diuus Augustus filiam ultra inpudicitiae maledictum in-
pudicam relegauit et flagitia principalis domus in publicum emi-
sit: admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comes-

ac firmare labentia = RGVDHW Gr. 𝔗 — 𝔊. T = *ac firmare libantia.* 𝔐 — 𝔅o = *ac firmare labantia.*

7. D = *Multos ante.* G = *Multo autem.* D (m∾) W = *victum esse te cognoscas.* DHW = *Ceterum nunquam exercitum tuum.* DW = *quod numerus eius.* D — *est* post *ignotus.* DW + *cui causa nascitur.* V𝔗 — 𝔈l. = *ut aliqua quiescant ex ipsa magnitudinis suae causa.*

8. TDHW = *quae Demaratus dixerat.* Erm. ci. = *et minitantem quicquid.* Rnhk. ci. = *et motantem quidquid.* DHW = *trecenti statuerunt. Stratus per totam passim Asiam.* V = *stratus qui totam passim.* R = *stratus quam.* Cod. Iur. = *strataque per totam Asiam passim Xerses intel.* T = *per totam ytaliam* om. *passim.* 𝔗 — 𝔈2. = *per totam Graeciam passim.* Rell. etiam quidam Pinc. ∾. RGT = *Perses intellexit.* quod si gentis nomen esse posset, probarem. V = *Xerses int.* D = *Serses intel.* V = *Itaque Xerses* [= T] *tam pudore quam.* V = *Demeracho gratias egit.* D = *Demorato.* DW = *gratias agit.* T = *permisitque.*

9. *Petiit ille* = RGVTDHW 𝔗𝔅. 𝔈l. — 𝔅o = *Petit ille.*

ut Sardis = RGV 𝔗 — 𝔐. T = *ut Gazodix.* D (s∾) = *ut satis.* 𝔏 — 𝔅o = *ut Sardes.* Lips. (ad Tac. An. I, 53.) ci. = *maximam Asiae urbem.* H + *in capite.* RV = *thiaram.* T = *tyeram.* GV = *solum datum.* T = *fuerat primo antequam.* DW = *quam miserabile inquam. Nemo fuit.* T = *quam miserabilis inquam nemo fuit qui verum diceret regi dicit qui non. divus Aug.* Codd. Lips. = *nisi qui dicebat sibi* om. *non.* Vincent. Bell. (Sp. H. IV, 38.) = *nisi qui non favebat sibi.*

Cap. XXXII.

ultra inpudicitiae maledictum = Langob. Naz. 𝔊ro — 𝔅o. R = *intra pudicitiae edictum male inpudicam.* de quo vide. GV P2. 3. 𝔗 — 𝔏4. = *intra pudicitiae maledictum.* TDHW = *filiam ultra inpudicam et — maledictum —* § 2.

sationibus ciuitatem, forum ipsum ac rostra ex quibus pater le-
gem de adulteriis tulerat filiae in stupra placuisse, cotidianum
ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quaestuariam uer-
2 sa ius omnis licentiae sub ignoto adultero peteret. Haec tam
uindicanda principi quam tacenda (quia quarumdam rerum tur-
pitudo etiam ad uindicantem redit) parum potens irae publicaue-
rat. Deinde cum interposito tempore in locum irae subisset ue-
recundia, gemens, quod non illa silentio pressisset quae tamdiu
nescierat, donec loqui turpe esset, saepe exclamauit: *Horum*
mihi nihil accidisset, si aut Agrippa aut Maecenas uixisset.
3 Adeo tot habenti milia hominum duos reparare difficile est. Cae-
sae sunt legiones et protinus scriptae. fracta classis et intra pau-
cos dies natauit noua. saeuitum est in opera publica ignibus,
surrexerunt meliora consumptis: tota uita Agrippae et Maece-
4 natis uacauit locus. Quid putem? defuisse similes qui adsume-
rentur an ipsius uitium fuisse qui maluit queri quam quaerere?
Non est quod existimemus Agrippam et Maecenatem solitos illi
uera dicere: qui si uixissent, inter dissimulantes fuissent. Re-
galis ingenii mos est in praesentium contumeliam amissa laudare
et his uirtutem dare uera dicendi a quibus iam audiendi pericu-
lum non est. XXXIII. Sed ut me ad propositum reducam, ui-
des quam facile sit gratiam referre felicibus et in summo huma-
narum opum positis. Dic illis non quod uolunt audire, sed quod
audisse semper uolent. Plenas aures adulationibus aliquando
uera uox intret: da consilium utile. Quaeris quid felici prae-

vindicantem redit. Col. = *ultra pudicitiae maledictum.* RGV Naz. P3. Col. + *ad cotidianum* [Naz. P3. Col. = *quotid.*] *ad Marsyam.* R = *ad Marsiam conventum.*

2. V quidam Pinc. 𝔊 — 𝔐𝔅1. + *Haec non tam vindicanda.* P3. = *Nec tam vindicanda.* Rell. etiam Naz. P2. Col. ∾. R = *et quarumdam rerum.* V = *turpido.* Cod. Iur. + *interposito longo tempore.* TDW = *loco irae subisset.* T — *gemens.* T — *aut* ante *Agrippa.* GV𝔗𝔅 = *aut Maecenas vixissent.* TW = *aut Maecenas iussisset.*

3. T = *duos repetere difficile est.* TDHW — *Caesae sunt* — § 4. *quam quaerere?* V quidam Ermi 𝔗 — 𝔈1. = *narravit nova.* Langob. Naz. P3. = *notavit nova.* Alii Ermi = *neclavit nova.* R = *succurrerunt meliora consumptis.* de quo vide.

4. RV𝔗𝔅 = *quia maluit.* 𝔗 — 𝔊𝔅1, 𝔑u 𝔅o = *quaeri quam quaerere.* Pinc. ci. = *solos illi vera dicere.* Grut. ci. + *solos solitos i. v. d.* DW = *via dicere.* V (m∾) D (m∾) = *qui sivissent inter dissimulantes.* T = *qui si iussissent.*

Cap. XXXIII.

T — *Sed ut* — *reducam.* DHW — *Sed ut* — *consilium utile.* 𝔈2. — 𝔊 = *et in summa humanarum.* T — *opum.* T = *non quod voluit.* E — *plenas aures* — *vox intret.* E — *Quae-*

stare possis? effice ne felicitati suae credat, ut sciat illam mul-
tis et fidis manibus continendam. Parum in illum contuleris, si 2
illi semel stultam fiduciam permansurae semper potentiae excus-
seris docuerisque mobilia esse quae dedit casus et maiore cursu
fugere quam ueniunt nec his portionibus quibus ad summa per-
uentum est retro iri, sed saepe inter fortunam maximam et ul-
timam nihil interesse? Nescis quantum sit pretium amicitiae,
si non intellegis multum te ei daturum cui dederis amicum, rem
non domibus tantum, sed seculis raram, quae non aliubi magis
deest quam ubi creditur abundare. Quid? istos tu libros quos
uix nomenclatorum conplectitur aut memoria aut manus amico-
rum existimas esse? Non sunt isti amici qui agmine magno ia- 3
nuam pulsant, qui in primas et secundas admissiones digeruntur.
Consuetudo ista uetus est regibus regesque simulantibus popu-
lum amicorum describere. Est proprium superbiae magno aesti-
mare introitum ac tactum sui liminis et pro honore dare, ut ostio
suo propius adsideas, ut gradum prior intra domum ponas in qua
deinceps multa sunt ostia quae receptos quoque excludant.

XXXIV. Apud nos primi omnium Gracchus et mox Liuius Dru-
sus instituerunt segregare turbam suam et alios in secretum re-
cipere, alios cum pluribus, alios uniuersos. Habuerunt itaque

ris — effice. DEHW = *credant.* DHW — *ut sciat — continendam.* E — *ut sciat* — § 2. *semel.*

2. T = *Multum in illum.* Cod. Iur. = *Parumne contuleris.* Iuretus dicit scripturam aperte meliorem.

si illi semel stultam = vetustiss. Ermi 𝔊 — 𝔅o. RGVT 𝔗 — 𝔈2. — *semel.* D = *sed illam letitiam* [m *fiduciam*] *permansurae.* W = *sed illam laetitiam vel fiduciam pertransire.* T = *quem dedit cursus.* E — *nec his portionibus — nihil interesse?* DW = *ad summam ventum.* 𝔗 — 𝔈2. = *ad summam perventum* (in App. Erm. correxit). H = *ad summa ventum.*

retro iri, sed saepe = RGVT Gr. 𝔗 — 𝔈1. 𝔊ro — 𝔅o. 𝔈2. — 𝔏4. — *sed.* H = *retro iri saepe sed.* DW = *retro ire. sed* [mD = *sed saepe*] *inter fort.* T = *intra fortunam.* T — *Nescis* — § 3. *digeruntur.* V𝔗 — 𝔈1. + *cui te dederis.* D (s∾) = *sederis raram.* W = *seculis ratam.* E(s∾) = *seculis eam.* GVsDEHsW 𝔈1. = *quae non alicubi.* DW 𝔗𝔅 = *quae non alicui.* DHW — *Quid? istos* — § 3. ex. *excludant.* E — *Quid? istos* — XXXIV, 2. ex. *amicis vacuum.* V = *istos tu liberos.* V = *quos vix commendatorum.* G𝔗𝔅 = *nomen datorum.*

3. mV = *et secundas divisiones.* G = *ac tantum sui luminis.* 𝔗 — 𝔏 𝔍u — *et* ante *pro honore dare* contra mstos etiam quatuor Gr. R = *ut gradum piorum intra domum.*

excludant = RGV Gr. 𝔏4. 𝔅2. T𝔗 — 𝔐u 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *excludunt.*

Cap. XXXIV.

T verba *Apud nos — numquam veros* collocat post *sed inlabitur.* TDW = *Apud nos* [D p.m. — *nos*] *primum omnium.* 𝔐 — 𝔅o + *C. Gracchus* contra mstos. T — *mox.* R bis habet *instituerunt.* D (s∾) W = *turbam significare.* R = *cum co*[illegible]. 𝔗 — 𝔈1. — *alios cum pl*[illegible]*abuerunt.*
[illegible]*os* = RG Naz. Col.

isti amicos primos, habuerunt secundos, numquam ueros. Amicum uocas cuius disponitur salutatio? aut potest huius tibi patere fides qui per fores maligne apertas non intrat, sed inlabitur?
2 Huic peruenire usque ad destringendam libertatem licet cuius uolgare et publicum uerbum et promiscuum ignotis Haue non nisi suo ordine emittitur? Ad quemcumque itaque istorum ueneris quorum salutatio urbem concutit, scito, etiam si animaduerteris obsessos ingenti frequentia uicos et commeantium in utramque partem cateruis itinera conpressa, tamen uenire te in locum
3 hominibus plenum, amicis uacuum. In pectore amicus, non in atrio quaeritur. illo recipiendus, illic retinendus est et in sensus recondendus. Hoc doce, gratus es. Male de te existimas, si inutilis es nisi adflicto, si rebus bonis superuacuus. Quemadmodum te et in dubiis et in aduersis et in laetis sapienter geris, ut dubia prudenter tractes, aduersa fortiter, laeta moderate:
4 ita in omnia utilem te amico exhibere potes. Aduersa eius nec deserueris nec optaueris: multa nihilominus, ut non optes, in

𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o. VTDW Pinc. v. l. Pall. 𝔊 — 𝔏4. = *alios cum universis.* H = *alios in universis habuerunt. itaque isti amicos primum habuerunt secundos.* T = *habere itaque isti* ∾ *et secundos et nunquam veros.* G = *amicos proximos.* 𝔗 — 𝔅1. (exc. 𝔏4.) + *et secundos* contra mstos (exc. T) etiam Naz. P1. 3. Col. Pinc. ci. 𝔐 = *neutros veros.* Lips. ci. = *numquid veros.* D HW = *cui disponitur sal.*

2. DHW — *Huic pervenire — emittitur?* T — *Huic pervenire — amicis vacuum.*

destringendam scripsi ex Naz. *destringuendam.* probat Lips. P3. = *distinguendam.* RGV 𝔈2. — 𝔅o = *distringendam.* 𝔗 — 𝔈1. = *Hunc pervenire usque ad distribuendam libertatem.*

ignotis Have: adieci aspirationem propter mstos. Cod. Colvii (ad Apul. Floridd. IV, 19. tom. II. p. 96. ed. Oudendorp.) = *ignotis* HABE. RG pervet. Ermi Naz. P3. = *ignotus* [vet. cod. Mur. =] *habe.* V P2. = *ignotus habeo.* 𝔗 — 𝔈1. = *promiscuum. Ignotus non nisi suo ordine.* Ermi ci. 𝔈2. — 𝔅o = *ignotis Ave.* W — *veneris.* Cod. Iur. = *urbem concitat.* W = *si animadvertis.* RG = *angenti frequentia.* de quo vide. DHW — *et commeantium — conpressa.*

3. D(s.m.) HW = *illic recipiendus.* D (p.m.) = *illuc recipiendus.* 𝔗 — 𝔊 + *illo recipiendus est illic retin. est.* 𝔐 — 𝔅o = *illo recip. est, illic retinendus et recond.* Mss. ∾. T = *et si sensu recondendus.* 𝔐 = *et in sensibus recondendus* contra mstos etiam Gr. (G s.m. = *in sensu.* P3. = *recolendus.*) T — *Hoc doce — exhibere potes.* DHW = *Hac dote gratus es.* R Naz. Col. = *rebus bonis supervacuum est.* G = *r. b. supervacuum es.* V + *supervacuus es.* 𝔗𝔅𝔐 (ed. Com.) = *si rebus tuis supervacuus.* 𝔈1. — 𝔊 𝔐 (ed. Paris.) = *si rebus tutis supervacuus.* HW — *et in adversis.* H = *sapienter agis.* 𝔗𝔅 = *et dubia pr. tractes.* 𝔈1. — 𝔊 = *et dubia pr. tractas.* Mss. ∾.

4. *Adversa eius nec deserueris nec* = RG Naz. P2. 3. T = *Adversa eius ne deserueris nec.* VDE P1. Col. Put. + *Si adversa eius nec* [D p.m. P1. Col. = *ne*] *deserueris.* H quidam Pinc. = *Si adversa eius non deserueris.* 𝔗 — 𝔅o + *Adversa eius si nec des. nec.* T — *multa nihilo-*

tanta uarietate quae tibi materiam exercendae fidei praebeant incident. Quemadmodum qui optat diuitias alicui in hoc, ut illarum partem ipse ferat, quamuis pro illo uideatur optare, sibi prospicit: sic qui optat amico aliquam necessitatem quam adiutorio suo fideque discutiat, quod est ingrati, se illi praefert et tanti existimat illum miserum esse, ut ipse gratus sit, ob hoc ipsum ingratus. Exonerare enim se uult et graui sarcina liberare. Multum interest utrum properes referre gratiam, ut reddas beneficium, an ne debeas. Qui reddere uult illius se commodo aptabit et idoneum illi uenire tempus uolet: qui nihil aliud quam ipse liberari uult quomodocumque ad hoc cupiet peruenire, quod est pessimae uoluntatis. XXXV. Ista, inquit, nimia festinatio ingrati est. id apertius exprimere non possum, quam si repetiuero quod dixi. Non uis reddere acceptum beneficium, sed effugere. Hoc dicere uideris, Quando isto carebo? quocumque modo mihi laborandum est, ne isti obligatus sim. Si optares ut illi solueres de suo, multum abesse uidereris a grato: hoc quod optas iniquius est. Exsecraris enim illum et caput sanctum tibi dira inprecatione defigis. Nemo, ut existimo, de 2
inmanitate animi tui dubitaret, si aperte illi paupertatem, si captiuitatem, si famem ac metum inprecareris. Aliquid inter-

minus — XXXVI, 2. *necessitas faceret.* E — *multa nihilom.* — XXXV, 2. ex. *perveniret.* H = *illi tanta varietate.* DHW — *Quemadmodum* — *prospicit: sic.* H + *optat amico suo.* D = *fideque destituat.*

5. V — *se illi.* R = *se illi profert.*

et tanti existimat = RG Gr. (exc. P1.) 𝔗 — 𝔈2. V (DHW) maior pars Pinc. 𝔈 — 𝔅o = *et tanti aestimat.* RGH P3. + *et ob hoc ipsum ingratus.* D = *et hoc ipsum ingratus est.* P1. + *et ob hoc ipsum ingratus fit.* P2. + *ob hoc ipsum ingratus es.* V𝔗 — 𝔏4. + *et ob hoc ipsum ingratus est.* Naz. (W) ∾.

et gravi sarcina liberare = RGV 𝔗 — 𝔐. 𝔏 — 𝔅o + *et ut gravi s. l.* G = *utrum proferes referre.*

an ne debeas = DHW quaedam exx. Pinc. Naz. (p.m.) 𝔊ro — 𝔅o. RGV P2. 3. Col. Naz. (s.m.) 𝔗𝔅 + *an ne ut debeas.* 𝔈1. — 𝔏4. + *an ut ne debeas.* RGH 𝔗 — 𝔊 = *aptavit.* Rell. etiam Pinc. ∾. G = *tempus nolet.* G = *quod ipse liber.* V = *quam se liberari vult.* W (s∾) = *quam ille* [D =] *liberare vult.*

quomodocumque ad hoc = RG VH Naz. Pall. 𝔊ro — 𝔅o. DW Col. 𝔗𝔅 = *quocunque ad hoc.* 𝔈1. — 𝔏4. = *quacunque ad hoc.*

Cap. XXXV.

DHW — *Ista, inquit* — XXXVII, 3. *omnes publico: ita.* sed c. XXXVI, insertum est capiti XXXVIII.

Ista, inquit = RG quatuor Gr. V𝔗 — 𝔊 = *Ista, inquis.* 𝔏 — 𝔅o = *Ista, inquam.* 𝔐 — *inquit.* G = *nec isti obligatus sim.* R = *abesse videris* ∾ *iniqus est.* RGV = *Exsecraris enim illud.* R = *capud.* R = *inprecatione defficis.* G = *precatione deficis.*

2. Pinc. ci. 𝔈𝔊 = *si famem ac mortem.* Grut. ci. = *si famem ac letum.* Mss. etiam omnes Pinc. Gr. ∾.

Aliquid interest utrum vos ista

est utrum uox ista sit uoti tui? Sanius aliquid enim horum optas! I nunc et hoc esse grati puta quod ne ingratus quidem faceret qui modo non usque in odium, sed tantum ad infitiationem beneficii perueniret. XXXVI. Quis pium dicet Aeneam, si patriam capi uoluerit, ut captiuitati patrem eripiat? Quis Siculos iuuenes ut bona liberis exempla monstrabit, si optauerint ut Aetna inmensa ignium ui super solitum ardens et incensa praecipitet datura ipsis occasionem exhibendae pietatis ex me-
2 dio parentibus incendio raptis? Nihil debet Scipioni Roma, si Punicum bellum ut finiret aluit. nihil Deciis, quod morte pa-

sit voti tui? Sanius aliquid enim horum optas! I nunc = Gron. ci. 𝔅2. 𝔑u 𝔅o = ∾ *voti sit tui?* ∾. RGV Naz. Col. P2. Erf. = ∾ *Sanius enim aliquid* [V Naz. Col. = *Sanius aliquid enim*] *horum* [P2. = *Sanius aliquid oro*] *opta* [huc usque consentit Pinc. v. l.]. *Sin* [R = *Si*. G = *Sim*. Naz. = *Si in*. P2. = *Si vi*. Erf. = *Si*. quod etiam ex R male laudat Gron. Quidam Ermi = *Sum*] *nunc*. P3. = ∾ *voti tui. Scimus aliquis horum puta. Sim nunc*. Cod. Lips. = ∾ *vox ipsa sit voti tui. Sanius aliquid oro opta*. 𝔗 — 𝔈1. = *At quid interest* ∾? *Sanius aliquid horum opta*. [quidam Ermi =] *Scivi nunc*. 𝔈2. — 𝔊 = *At quid interest utrum vox ista tua sit an voti tui? Sanus aliquid horum opta. I nunc* ex ci. Ermi. 𝔐 — 𝔏4. = *At quid interest utrum vox ista tua sit an votum? Sanus aliquid horum opta. I nunc*. Pinc. ci. = *utrum vox ista sit voti tui, si animus ei aliquid horum optat*. Ruben. ci. = *At quid interest, utrum vox ista sit voti tui, an vis? aliquid enim horum optas. I nunc*. 𝔊ro — 𝔅1. ∾ *voti sit tui? Sanus aliquid horum opta. I nunc*. RGV𝔗 — 𝔊 = *et hoc esse gratum puta*. RGV + *usque ad infitiationem* (R = *infic ationem*).

Cap. XXXVI.

Hoc caput DHW inserunt capiti XXXVIII. post verba *omnium simile est*. W = *Quis puniri dicet*. 𝔗𝔅 = *Quis pius dicet*.

captivitati patrem eripiat = RG Naz. Col. P2. 3. DHW P1. Put. = *captivitati patrem eriperet*. V 𝔗 — 𝔅o = *captivitate patrem eripiat*. E = *captivitate patrem eriperet*. DEHW — *Quis Siculos* — § 2. *opus quaerere*.

ut bona liberis exempla monstrabit, si optaverint = Lat. Latin. Grut. ci. 𝔅2. Vetustiss. Ermi Naz. = ∾ *monstravit* ∾. RGV 𝔗 — 𝔑u 𝔅o = ∾ *monstrarent, si optaverunt*. Pinc. ci. = *si ut bona liberis exempla monstrarent optaverunt*. V = *Aetnam* om. *ut*.

inmensa ignium vi super solitum ardens et incensa praecipitet datura ipsis occasionem = vetustiss. Ermi (habet tamen *vim*) 𝔊ro — 𝔅o. Naz. = *inmensa ignium vim super solitum ardens et incensa praecepit et daturi ipsi occasionem*. R Col. 𝔗𝔅 = *immensa ignium insuper solitum ardens daretur ipsis occasio*. G = *immensa ignium vi super solitum ardens daretur ipsis occasio*. Pinc. v. l. P2. 𝔐 — 𝔏4. = *immensa ignium vi supra solitum ardens daret ipsis occasionem*. P3. 𝔈1. = *immensa ignium super* [𝔈1. = *supra*] *solitum ardens daretur ipsis occasio*. V = *immensa ignium vi supra solitum ardens ut daretur ipsis occasio*. Etiam cod. Lips. = *daretur ipsis occasio*. quod probat Lips. sed ci. = *ardente*. 𝔈2. — 𝔊 = *immensa ignium vi supra solitum ardens daretur ipsis occasio*.

2. *si Punicum bellum ut finiret aluit* = Gron. ci. 𝔊ro — 𝔅o. Naz. = *si P. b. ut finiret aliud*. RG Erf. = *si P. b. ut finiret perseveravit*

triam seruauerunt, si prius optauerant ut deuotioni fortissimae locum ultima rerum necessitas faceret. Grauissima infamia est medici opus quaerere. Multi quos auxeraut morbos et inritauerant, ut maiore gloria sanarent, non potuerunt discutere aut cum magna miserorum uexatione uicerunt. XXXVII. Callistratum aiunt, ita certe Hecaton auctor est, cum in exilium iret in quod multos simul cum illo seditiosa ciuitas et intemperanter libera expulerat optante quodam ut Atheniensibus necessitas restituendi exules esset abominatum talem reditum. Rutilius noster animosius, cum quidam illum consolaretur et diceret instare arma ciuilia, breui futurum ut omnes exules reuerterentur, *Quid tibi*, inquit, *mali feci, ut mihi peiorem reditum* 2
quam exitum optares? Malo ut patria exilio meo erubescat, quam reditu maereat. Non est istud exilium cuius neminem non magis quam damnatum pudet. Quemadmodum illi seruauerunt bonorum ciuium officium qui reddi sibi penates suos noluerunt clade communi, quia satius erat duos iniquo malo adfici quam omnes publico: ita non seruat grati hominis adfectum 3

aliud. Apparet *perseveravit* olim adscriptum esse ad verbum *aluit* explicandum. Col. = *ut finiret perseveravit.* probat fere Grut. P2. 3. 𝔗 — 𝔏4. = *ut finiret perseverare maluit.* V = *ut finiret desideravit.* G = *decus quod.* R = *Detiis.* V = *Deciis qui morte.* R 𝔅1. 𝔑u = *si prius optaverunt.* 𝔅o haec omittit ratione non reddita. E — *opus quaerere.* Pinc. v. l. 𝔈𝔊 + *opus quaerere medici. Multi.* DHW = *Medici multi quos auxerant morbos ut gloria maiore.* T = *morbos quos auxerunt.* RG Naz. = *et intraverant ut maiore.* 𝔗 — 𝔈2. = *et revocaverant ut maiore.* Col. 𝔊ro — 𝔅o = *et incitaverant ut maiore.* TE — *et inritaverant.* V Pinc. v. l. P2. 3. 𝔊 — 𝔏4. ∾. TE + *aut non potuerunt.*

Cap. XXXVII.

TDEHW — *Callistratum — reditum.* 𝔗𝔅 = *Callistratum autem.* V + *aiunt dixisse ita certe huius.* R = *Hecaton auctore cum.* 𝔗𝔅 = *exules esse abominantum* [𝔅 = *abominatum*] *talem Rutilius noster animosus.* 𝔈1. = *exules esset abominatum talem Rutilius noster animosus.* V = *Rutilius noster animosior.* T = *Rutilius exul cum quidam.* E = *animosus.* D(s∾) W — *animosius.* RGV 𝔗 — 𝔏4. + *cum enim quidam.* Naz. Col. 𝔊ro — 𝔅o ∾. R = *illum contaretur.* DW = *eum consolarentur.* T — *illum.* V + *et brevi futurum.* DW = *futura.*

2. R — *feci.* 𝔗 — 𝔈2. + *in exilio meo.* T — *exilio meo.* Langob. Naz. (cr. ∾) = *reditum haereat.* Erm. ci. = *reditum horreat.* W P1. 3. 𝔗 — 𝔊 = *reditum maereat.* quod non improbat Grut. T — *Non est istud* — XXXVIII, 2. *utraque sit?* E (s∾) = *Non est aliud exilium.* V (s∾) = *penales suos voluerunt.*

iniquo malo adfici = RGVE Naz. P2. 3. Col. 𝔊ro — 𝔅o. defendit Gron. D(s∾) W quaedam exx. Pinc. = *uno malo affici.* Pinc. ci. 𝔊 — 𝔏4. = *unico malo affici.* Grut. ci. = *sontico malo affici.* Lips. ci. = *inique malo affici quam omnes publice.* Pontanus (Analectt. I, 14.) = *privo malo affici.*

3. DW — *hominis.*

qui bene de se merentem difficultatibus uult opprimi quas ipse submoueat, qui, etiam si bene cogitat, male precatur. Ne in patrocinium quidem, nedum in gloriam est incendium exstinxisse quod feceris. XXXVIII. In quibusdam ciuitatibus inpium uotum sceleris uicem tenuit. Demades certe Athenis eum qui necessaria funeribus uenditabat damnauit, cum probasset magnum lucrum optasse quod contingere illi sine multorum morte non poterat. Quaeri tamen solet an merito damnatus sit. Fortasse optauit, non ut multis uenderet, sed ut care, ut paruo
2 sibi constarent quae uenditurus esset. Cum constet negotiatio omnis ex empto et uendito, quare uotum eius in unam partem trahis, cum lucrum ex utraque sit? Praeterea omnes licet qui in ista negotiatione sunt damnes: omnes enim idem uolunt, id est intra se optant. Magnam hominum partem damnabis: cui enim non ex alieno incommodo lucrum? Miles bellum optat, si
3 gloriam. agricolam annonae caritas erigit. eloquentiae pretium exceptat litium numerus. medicis grauis annus in quaestum est.

DW = *difficultatibus vult affici.* Naz. — *opprimi.* probat Gron. ut suppleatur *esse.* Rell. etiam Gr. ∾. D (s∾)W = *submoverit.* R = *cogitet.* DHW cod. Iur. = *etiamsi beneficium optat male precatur.* G = *nec in patrocinium q.* DHW — *Ne in patr. q.* — *quod feceris.* E — *Ne in patr. q.* — XL, 1. *antecedit.*

Cap. XXXVIII.

DsW = *Demoratus certe.* W = *Demaratus certe.* V 𝔗 — 𝔈1. = *Demades Athenis certe.* 𝔈2. — *certe.* G = *venditabat clamavit cum.* D = *sed ut careret ut parvo.*

2. *Cum constet negotiatio omnis ex empto* = ci. Grut. G Naz. P2. 𝔗 — 𝔈1. = *Cum constet negotiatio eius ex empto.* Quam facile *omnis* abire potuerit in *eius* patet, si praesertim scriptum erat *õnis.* DHW P1. = *Constat negotium eius ex empto.* R = *Constat negotiatio eius ex empto.* P3. = *constet negotiatio eius ex empto* om. *cum.* Col. = *cum constat negotiatio eius ex empto.* 𝔈2. — 𝔅o — *omnis.* G — *enim* post *omnes*

id est intra se optant = RG Naz. P2. 𝔗 — 𝔈1. 𝔊ro — 𝔅o. VT 𝔈2. — 𝔏4. = *idem intra se optant.* DHW = *omnes inter se optant.* DHW — *enim* ante *non ex alieno.* 𝔗 — 𝔈2. = *ex alieno commodo lucrum.*

bellum optat, si gloriam = Naz. 𝔊ro — 𝔅c. RGTVD = *bellum optat inglorium.* P3. Col. Pinc. = *b. optat. Inglorium agricolam.* P2. 𝔗 — 𝔊 = *b. optat in gloriam.* probat Grut. 𝔐 — 𝔏4. = *bellum optat. Agricolam* om. *si gloriam.* DHW — *si gloriam* — *litium numerus.* GV = *caritas exigit.*

3. *eloquentiae pretium exceptat* = RGVT Langob. Naz. P3. Col. 𝔈2. — 𝔊 𝔑u — 𝔅o = *eloquentiae exceptat pretium.* P2. codd. Lips. 𝔗 — 𝔈1. = *eloquentiae pretium exoptat.* 𝔏 — 𝔊ro = *eloquentiae exoptat pretium.* Pinc. ci. = *Eloquentiae principes exoptant litium numerum.* P. Faber (de Reg. Iur. l. 206.) ci. = *eloquentiam expectat pretium litium numerus* vel *eloquentia expectat pretium litium numerum.* Steph. (Prood. II, 8.) ci. = *eloquentia expectat pretium e litium numero.* Cod. vet. Mur. = *Eloquens exceptat pretium litium numeros.* Mur. ci. 𝔐 𝔅1. = *Eloquens captat pretium ex litium numero.* Lips. ci. = *ex-*

institores delicatarum mercium iuuentus corrupta locupletat. nul-
la tempestate, nullo igne laedantur tecta: iacebit opera fabrilis.
Unius uotum deprehensum est, omnium simile est. An tu Ar-
runtium et Haterium et ceteros qui captandorum testamentorum
artem professi sunt non putas eadem habere quae designatores
et libitinarios uota? illi tamen quorum mortes optent nesciunt, 4
hi familiarissimum quemque ex quo propter amicitiam rei plu-
rimum est mori cupiunt. Illorum damno nemo uiuit, hos quis-
quis differt exhaurit. Optant ergo non tantum ut accipiant quod
turpi seruitute meruerunt, sed etiam ut tributo graui liberentur.
Non est itaque dubium quin hi magis quod damnatum est in uno 5
optent. quibus quisquis morte profuturus est uita nocet. Omnium
tamen istorum tam nota sunt uota quam inpunita. Denique se
quisque consulat et in secretum pectoris sui redeat et inspiciat
quid tacitus optauerit: quam multa sunt uota quae etiam sibi
fateri pudet! quam pauca quae facere coram teste possimus!
XXXIX. Sed non quicquid reprehendendum etiam damnandum
est: sicut hoc uotum amici quod in manibus est male utentis
bona uoluntate et in id incidentis quod euitat. nam dum gratum
animum festinat ostendere ingratus est. Hoc, ait, in potesta-

optatur vel *Eloquentia pretium exoptat, litium numerum.* Bentl. (ad Hor. Carm. 1, 34, 13.) ci. = *eloquentiae exaltat pretium litium numerus.* DHW = *medico gravis annus.* R = *in quaestus est.* GVT quatuor Gr. 𝔗 — 𝔅o = *in quaestu est.* Naz. (p.m.) ∾. probat Grut. T — *institores* — *fabrilis.* W = *iustiores delicatarum.* D (s∾) = *Unum votum.* T — *est. An tu* — § 5. *vita nocet.* D — *An tu Arruntium* — XL, 1. *antecedit. Quomodo.* HW — *An tu Arruntium* — XXXIX. *incidentis, quod evitat.* V = *Arantium.* R = *Arnuntium.* 𝔗 — ℭ1. = *Auruntium.*

Haterium = sRG Gr. 𝔅2. RV 𝔗 — 𝔅o = *Aterium.* RG Gr. = *dissignatores.* Eadem scriptura reperitur etiam in inscriptionibus apud Orellium n. 934. 3212.

4. 𝔗 — ℭ2. — *tamen* post *illi* contra mstos. V = *mortes optant.* R = *hii familiarissimum.*

rei plurimum est = RGV Gr. 𝔗 — 𝔊 𝔑u 𝔅2. 𝔐 — 𝔅1. 𝔅o = *spei plurimum est.* probat Grut. Pinc. ci. = *cum quo propter rem amicitiae plurimum est.* V = *hos quisque differt.*

5. R = *quin hii magis.* V = *quin ii magis.* 𝔗𝔅 = *Omnium tamen istorum tam vota sunt quam impunita.* ℭ1. 2. = *Omnium tamen istorum vota sunt impunita.* R = *Omnium tamen tam istorum* ∾. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. 𝔗 = *et secretum pectoris sui reddeat.* 𝔅 ℭ1. = *et secretum pectoris sui reddat.* ℭ2. — 𝔏 ℑu = *et in secretum pectoris sui recedat.* Mss. etiam Gr. ∾. T = *possumus.*

Cap. XXXIX.

VT + *reprehendendum est etiam.* T — *est: sicut hoc votum* — XL, 2. *ex. reddis?* Col. = *quod in manibus eius.* Pinc. ci. = *quod immane est.* Quaedam exx. Pinc. + *in id incidentis vitium.* Naz. 𝔊ro — 𝔅o + *in id vitium incidentis.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔗𝔅 = *Haec ait in potestatem.* ℭ1. — 𝔏 ℑu 𝔅1. 𝔑u 𝔅o

tem meam recidat: gratiam meam desideret, sine me saluus, honestus, tutus esse non possit. tam miser sit, ut illi beneficii loco sit quicquid redditur. Haec dis audientibus: Circumueniant illum domesticae insidiae quas ego possim solus opprimere. instet potens inimicus et grauis, infesta turba nec inermis, creditor urgeat et accusator. XL. Uide quam sis aequus: horum optares nihil, si tibi beneficium non dedisset. Ut alia taceam quae grauiora committis pessima pro optimis referendo, hoc certe delinquis, quod non exspectas suum cuiusque rei tempus, quod aeque peccat qui non sequitur quam qui antecedit. Quomodo beneficium non semper recipiendum est, sic non utique
2 reddendum. Si mihi non desideranti redderes, ingratus esses: quanto ingratior es qui desiderare me cogis? Exspecta: quare subsidere apud te munus meum non uis? quare obligatum moleste fers? quare quasi cum acerbo feneratore signare rationem parem properas? Quid mihi negotium quaeris? quid in me deos inmittis? quomodo exigeres qui sic reddis? XLI. Ante omnia ergo, Liberalis, hoc discamus beneficia secure debere et occasiones reddendorum obseruare, non manu facere. hanc ipsam cupiditatem primo quoque tempore liberandi se meminerimus ingrati esse. Nemo enim libenter reddit quod inuitus debet. et quod apud se non uult esse onus iudicat esse, non munus.

= *Hic ait in potestatem.* Mss. etiam Gr. 𝔏4. 𝔊ro 𝔅2. ∾. 𝔗𝔅 = *redditur. Haec diis circumveniant: illum.* 𝔈1. m𝔈2. = *Hinc dii circumveniant, illinc domesticae.* Col. 𝔈2. — 𝔊 = *redditur?* ∾ *Circumvenient.* P3. = *redditur haec dies audientibus.* 𝔐 — *Haec dis audientibus.* Rell. etiam Langob. Gr. ∾.

nec inermis, creditor urgeat et accusator = V 𝔗 — 𝔊. R = *nec inermis creditor urget* [sR = *urgeat*] *acusator.* G Gr. — *et.* Naz. = *urguet.* 𝔐 — 𝔅o + *nec inermis et creditor urgeat et accusator.*

Cap. XL.

DW = *accipiendum est.* 𝔗 — 𝔅o = *non semper benef. recip. est.* V + *utique reddendum est.*

2. Pl. = *quare subsistere apud te munus.* Naz (cr. ∾) = *sub desidere.* E = *apud te vulnus.* D(cr. ∾) 𝔐𝔅1. = *quare obligatus moleste fers.* Grut. ci. + *obligatum moleste te fers?* H = ∾ *feres?* Rell. etiam Gr. ∾. E — *quasi.* 𝔈1. — 𝔐 = *resignare rationem parem.* 𝔑u — 𝔅o — *rationem* ex Gruteri nota male intellecta. Mss. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *Quod mihi negotium.* DW = *Quid mihi metum.* E — *Quid mihi — inmittis.*

Cap. XLI.

DW — *Ante omnia — ingrati esse.* H — *Liberalis.* E — *Liberalis, hoc.* EH — *et occasiones — ingrati esse.* R = *ipsam hanc.* T — *hanc.* R — *Nemo enim — iudicat esse.* EH — *enim.* DW = *Nemo non libenter.* Steph. (ad Dalech. Ep. 15.) ci. + *Nemo enim libenter reddit, nisi quod invitus debet.* refutatur a Grut. Suspicc. XVI, 2. Mss. etiam Gr. ∾. E — *debet.* DW = *debet qui apud se.* T = *apud se rem non vult onus.* H — *esse* post *iudicat.*

Quanto melius ac iustius in promptu habere merita amicorum et 2
offerre, non ingerere nec obaeratum se iudicare? quoniam beneficium commune uinculum est et inter se duos adligat. Dic, Nihil moror quo minus tuum reuertatur: opto hilaris accipias. si necessitas alterutri nostrum inminet fatoque quodam datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere aut ego accipere, det potius qui solet. Ego paratus sum. *Nulla mora in Turno est:* ostendam hunc animum, cum primum tempus aduenerit. interim di testes sunt. **XLII.** Soleo, mi Liberalis, notare hunc in te adfectum et quasi manu prendere uerentis et aestuantis, ne in ullo officio sis tardior. Non decet gratum animum sollicitudo: contra summa fiducia sui et ex conscientia ueri amoris dimissa omnis anxietas. Iam conuicium est, Recipe quod de-

2. T — *Quanto melius — di testes sunt.* DW = *Quanto et melius et iustius.* DW = *ingenia amicorum vel merita.* E — *nec obaeratum — adligat.* G = *nec oberratum se iudicare.* VsD 𝔗 — 𝔈1. = *nec oneratum se iud.* H = *Beneficium enim commune vinculum.* DW = *inter se duos obligat* et — *Dic.* DE 𝔗𝔅 = *quo munus tuum revertatur.* Cod. Lips. = *quomodo munus revertatur ad te.* Grut. (Suspicc. XXVI, 9.) ci. + *quominus munus tuum revertatur.* V ex. d. Pauli 𝔏 — 𝔅o + ∾ *revertatur ad te.* Rell. ∾. E — *si necessitas — in Turno est.* DHW — *fatoque — datum est, ut.* DHW — *Ego paratus sum* — XLII, 1. ex. *qui dedit.*

Nulla mora in Turno est = RG Pinc. v. l. Naz. P2. Col. 𝔐. V 𝔗 — 𝔊 = *Nulla mora inter nos est.* P3. = *Nulla mora interna est.* 𝔏 — 𝔅o Virg. (A. XII, 11.) — *est.*, Grut. ci. = *testes sunto.* probat Lips.

Cap. XLII.

Col. = *Soles mihi Liberalis.* Rell. Gr. 𝔗 — 𝔈2. = *Soleo mihi Liberalis* (Erm. correxit in App.). RGτ𝔗 𝔅 = *hunc ad te affectum.* T = *hunc apud te affectum.* R = *manum prendere.* GV = *manu pendere.* RG V 𝔗 — 𝔈1. = *ne in nullo officio.* 𝔗 — 𝔈2. = *Nec decet* contra mstos etiam Pinc.

sollicitudo, contra summa fiducia sui = vet. Erm Agric. Naz. 𝔈𝔊 𝔊ro 𝔑u 𝔅2. 𝔐 — 𝔏4. 𝔅1. 𝔅o + *soll., sed contra summa fiducia sui.* RG VTτ rell. Gr. 𝔗 — 𝔈2. = *soll.* [𝔗𝔅 = *solitudo*], *contra summam fiduciam sui.* E — *contra — quod debes.* RGτ = *demissa omnis anxietas.* T = *demissa anxietas.* 𝔈1. 2. + *dimissa est omnis anx.* contra mstos etiam Pinc.

Iam convicium est, Recipe quod debes. Ita emendandum arbitror hunc locum. R = *Iam cum vitium* [Gron. male laudat *convicium*] *est recipere quod debes. hoc primum beneficii dati sit ut recipiendi.* G = *Tam convicium est recipere quod debes. hoc primum beneficii dati sit ut ius ut.* τ Naz. Erf. Leod. = *Tamen* [Naz. = *Tam.* Leod. = *tanquam*] *convicium est. recipe quod debes. Hoc primum.* nec multum differebat Cambron. P3. = *Tamen convitium est recipere quod debes. Hoc primum.* Col. = *Tamem convitium est. recipere quod debes, hoc primi beneficii dati sit ius.* V P2. 𝔗 — 𝔊 = *Tam convicium est recipere quod non debes quam non dare quod debes* [P2. verba *quam non — quod debes* in margine tantum habet]. *hoc primum beneficii* [𝔗 — 𝔊 = *Hoc beneficii primum*] *dati sit ius ut.* T = *Tam convicium est recipere quod non debes quam non dare quod debes. Quid ergo si nulla* rell. om. 𝔐 — 𝔅1. = *Tam cum vitio est*

bes. Hoc primum beneficii dati sit ius, ut recipiendi tempus
2 eligat qui dedit. At uereor ne homines de me sequius loquantur. Male agit qui famae, non conscientiae gratus est. Duos istius rei iudices habes, te quem non potes fallere et illum quem potes. Quid ergo, si nulla interuenerit occasio? semper debebo? Debebis: sed palam debebis, sed libenter debebis, sed cum magna uoluptate apud te depositum intueberis. Poenitet accepti beneficii quem nondum redditi piget: quare qui tibi dignus uisus est a quo acciperes indignus uideatur cui debeas? XLIII. In magnis erroribus sunt qui ingentis animi credunt proferre, donare, plurium sinum ac domum inplere, cum ista interdum non magnus animus faciat, sed magna fortuna. Nesciunt quanto interim maius ac difficilius sit capere quam fundere. Nam ut nihil alteri detraham, quoniam utrumque uirtute par est, non minoris est animi beneficium debere quam dare: eo quidem operosius hoc quam illud quo maiore diligentia custodiuntur acce-

recipere quod non debes quam non dare quod debes. Hoc beneficii primum dati. Gron. ci. = *Interim convicium est, recipe quod debeo. Hoc primum.* Ruben. ci. ℜu — 𝔅o = *Tanquam convicium est, recipe quod debeo. Hoc primum.* Lips. ci. = *reddere cum non debes* aut *recipere quomodo non debes quam dare quomodo non debes.* Ceterum ad *debes* supple Infinitivum *recipere.*

2. 𝔗 — 𝔈1. = *An vereor.* RV = *de me sepius loquantur.* DHW = *sepius de me male loquantur.* Mss. Lips. + *sequius id est obliquius, aut male, vel iniuste loquantur.* 𝔗𝔅 = *de me segnius: id est obliquius: aut male: vel iniuste loquantur.* DEW — *Duos istius — quem potes.* RGτ quidam Ermi Naz. P3. Col. = *iudices habes illum quem non potes. Quid ergo.* V Pinc. v. l. P2. = *iudices habes illum quem non potes et quem potes. Quid ergo.* Alii Ermi 𝔈1. 2. = *iudices habes illum quem potes. Quid ergo.* 𝔗𝔅 = *iudices habes: illum quem potes: et quem non potes. Quid ergo.* Scriptura vulgata Erasmi coniecturae debetur. E = *semper debeo?* R — *Debebis.* DW — *cum* ante *magna* et — *apud te.* G — *intueberis — piget.* V = *quem nondum redditi pudet.* R GTEH 𝔗 — 𝔈1. + *cui diu debeas.* quod fortasse erat recipiendum.

Cap. XLIII.

T — *In magnis — debere quam dare.* DW — *In magnis* — § 2. in. *Itaque.* V + *esse credunt.* 𝔗𝔅 = *donare plurimum suum.* 𝔈1. = *proferre dona plurimum sinum.* 𝔈2. — 𝔊 = *proferre dona, plurium sinum.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾ (E = *perferre.* τ = *plurimum*). 𝔐 = *ad domum* contra mstos etiam Gr. 𝔅o = *ac donum.*

inplere = RGVτH. 𝔗 — 𝔅o = *replere.* 𝔐 = *quanto maius ac difficilius interdum sit.* 𝔗𝔅 = *quantum maius ac difficilius sit.* 𝔈1. — *interim.* 𝔈2. — 𝔅1. (exc. 𝔐) = *quanto maius ac difficilius interim sit.* Mss. etiam Gr. ∾.

quoniam utrumque virtute par est = RV. H = *quoniam utrumvis virtute par est.* G = *quoniam utrum virtuti par est.* τ = *quoniam utrum ubi ex virtute par est.* Cod. Lips. 𝔗 — 𝔈1. = *quoniam utrumlibet virtute par est.* 𝔈2. — 𝔊 + *quoniam utrumque, ubi virtute fit, par est.* 𝔐 — 𝔅o + *quoniam utrumque, ubi ex virtute fit, par est.* T = *custodiuntur. accepta perdantur.*

pta quam dantur. Itaque non est trepidandum quam cito re- 2
ponamus nec procurrendum intempestiue, quia aeque delinquit qui ad referendam gratiam suo tempore cessat quam qui alieno properat. Positum illi apud me. nec illius nomine nec meo timeo. bene illi cautum est. non potest hoc beneficium perdere nisi mecum, immo ne mecum quidem. Egi illi gratias. Qui 3
nimis de reddendo beneficio cogitat nimis cogitare alterum de recipiendo putat. Praestat esse in utrumque facilem: si uult recipere beneficium, referamus reddamusque laeti. Illud apud nos custodiri mauult: quid thesaurum eius eruimus qui custodiam recusamus? dignus est cui utrum uolet liceat. Opinionem quidem et famam eo loco habeamus, tamquam non ducere, sed sequi debeat.

L. ANNAEI SENECAE
AD AEBUTIUM LIBERALEM
DE BENEFICIIS
LIBER VII.

I. Bonum, mi Liberalis, habeas animum uolo:

2. T — *Itaque* — § 3. ex. *sequi debeat.* V𝔗 — 𝔏𝔍u = *Ideo non est trepidandum.* RGτEH Naz. P3. Col. ∾. DW 𝔗 — 𝔈2. = *nec procurandum intemp.* Cod. Iur. = *nec percurrendum intemp.* Pinc. ci. 𝔊 — 𝔏4. = *nec properandum intemp.* Rell. etiam Naz. P3. Col. ∾. 𝔗𝔚 = *ad ferendam gratiam.* V + ∾ *quam qui alieno tempore properat.* DW Pinc. ci. 𝔐𝔏 — 𝔍u = *properat tempore alieno quam qui suo cessat.* Rell. etiam Gr. ∾. cf. P. Faber Semestrr. I, 23. τ(s∾) = *Posito illo apud me.* 𝔈1. — 𝔚o + *Positum est illi* contra mstos. 𝔗𝔚 = *nisi moetum: immo ne moetum q.* RGτ = *nec mecum q.* 𝔈2. — 𝔚o + *Egi illi gratias, id est, retuli.*

3. DW = *cogitare alium* [Dp.m. = *aliunde*] *de recipiendo putat.* H Pinc. v. l. 𝔗 — 𝔈1. 𝔏 = *Praestat se in utrumque.* 𝔈2. — 𝔐𝔚1. = *Praestat esse in utrumque.* Rell. etiam Gr. ∾. τE𝔏4. + *Si illud apud nos.* W = *apud se custodiri.* R(cr.∾) = *custodiri maluit.* 𝔗 — 𝔖 = *Quid thesaurum eius eripimus* contra mstos etiam Pinc.

qui custodiam recusamus = quaedam exx. Pinc. Naz. Col. P3. RG Vτ 𝔗 — 𝔚o = *quid custodiam recusamus.* E — *dignus est* — *sequi debeat.* DW = *eo loco habebimus.* DW codd. quidam Pinc. 𝔖 — 𝔐 + *tanquam quae non ducere.* τ = *non inducere.* Cod. Iur. = *sequi debeatur.*

Cap. I.

DW — *Bonum* — § 2. ex. *ingenti*

In manibus terrae. Non hic te carmine longo
Atque per ambages et longa exorsa tenebo.

Reliqua hic liber cogit et exhausta materia circumspicio non quid dicam, sed quid non dixerim. Boni tamen consules quicquid superest, cum tibi superfuerit. Si uoluissem lenocinari mihi, debuit paulatim opus crescere et ea pars in finem reser-
2 uari quam quilibet etiam satiatus adpeteret. Sed quicquid maxime necessarium erat in primum congessi: nunc, si quid effugit, recolligo. Nec mehercule, si me interroges, nimis ad rem existimo pertinere ubi dicta sint quae regunt mores, prosequi cetera non in remedium animi, sed in exercitationem in-
3 genii inuenta. Egregie enim hoc dicere Demetrius Cynicus, uir meo iudicio magnus, etiam si maximis conparetur, solet: ***Plus prodesse, si pauca praecepta sapientiae teneas, sed illa in promptu tibi et in usu sint, quam si multa quidem***
4 ***didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quemadmodum,*** **inquit,** ***magnus luctator est non qui omnes numeros nexusque perdidicit quorum usus sub aduersario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit et eorum occasiones intentus exspectat (nec enim refert quam multa***

inventa. E — *Bonum* — *In manibus terrae.* 𝔈2. — 𝔐 — *volo* contra mstos etiam quosdam Ermi Gr. T verba *In manibus* — *tenebo* collocat post *materia* et tum repetit verba *Reliqua* — *materia.* 𝔑 — 𝔈1. = *In manibus tene.* E + *te Liberalis carmine longo.* 𝔗𝔚 + *et reliqua.* 𝔈1. — 𝔐 = *Reliquias hic liber* contra mstos etiam Pinc. Gr. Iur. T = *et exacta* [infra recte legitur] *materia.* 𝔑 — 𝔐𝔅1. 𝔚o — *et* ante *exhausta* contra mstos etiam Gr. E — *Boni* — § 3. *maximis conparetur.* RGVTβH Naz. P2. 3. 𝔑 — 𝔚 + *quicquid tibi superest.* Col. = *quicquid tibi superfuerit* rell. om. T = *in fine reservari.* 𝔑 — 𝔈1. — *etiam* ante *satiatus.* T = *appetent.*

2. T — *necessarium.* V Pinc. v. l. 𝔑𝔗𝔈 — 𝔅1. + *in primum statim.* P2. 𝔚 — 𝔈2. + *in primum statum.* T = *in primis statim.* Col. = *in premium congessi.* RGβ Naz. P3. 𝔑u — 𝔚o ∾. T = *nunc quod effugit.* VT = *mehercules.* Rell. ∾.

si me interroges = RGVTβH Gr. Verd. Tronc. Scal. 𝔅2. 𝔑 — 𝔑u 𝔚o = *si me interrogas.* R = *minus ad rem existimo.* RGVTβ 𝔑 — 𝔚 = *ubi dicta sunt.* 𝔑 — 𝔚 = *quae tegunt mores.*

prosequi cetera = RGVTβ quatuor Gr. Tronc. Scal. 𝔑 — 𝔚o = *persequi cetera.* T + *cetera que non in exercitationem ingenii sunt inventa.* 𝔑 — 𝔚 = *in exercitatione.*

3. DW = *Egregie mihi videtur hoc dicere.* T = *Egregie Demetrius Cynicus dicere videtur.* R = *Demetrius Scynius.* 𝔑 = *maximis compertur.* 𝔗 — 𝔈1. = *maximis comperitur.* Germ. = *Plus prodest si pauca praecepta in promptu teneas: quam si multa ut non habeas ad manum.* VDEW = *si illa in promptu.* T = *et in usu tibi sint.* D = *et in usu sint tibi.* β — *tibi.* T = *dedisceris quidem.*

4. T — *Quemadmodum* — *pauca vincunt.* E + *Quemadmodum inquit Demetrius.* 𝔑 — 𝔈1. = *nexusque perdiscit.* VβDE = *ac diligenter.* E = *exercuit neque enim refert* rell.

sciat, si scit quantum uictoriae satis est): sic in hoc studio multa delectant, pauca uincunt. Licet nescias, quae ratio 5
Oceanum effundat ac reuocet. quare septimus quisque annus aetati signum inprimat. quare latitudo porticus ex remoto spectantibus non seruet proportionem suam, sed ultima in angustius coeant et columnarum nouissime interualla iungantur. quid sit quod geminorum conceptum separet, partum iungat. utrum 6
unus concubitus spargatur in duos, an totiens concepti sint. cur pariter natis fata diuersa sint maximisque rerum spatiis distent quorum inter ortus minimum interest. Non multum tibi nocebit transisse quae nec licet scire nec prodest. Inuoluta ueritas in alto latet. Nec de malignitate naturae queri possumus, quia nullius rei difficilis inuentio est, nisi cuius hic unus inuentae fructus est inuenisse. Quicquid nos meliores beatosque factu- 7
rum est aut in aperto aut in proximo posuit. Si animus fortuita contempsit, si se supra metum sustulit nec auida spe infinita conplectitur, sed didicit a se petere diuitias. si deorum hominumque formidinem eiecit et scit non multum esse ab homine timendum, a deo nihil. si contemptor omnium quibus torquetur

om. 𝔑 — 𝔐 = *intentus spectat* contra mstos etiam Gr. V = *sed scit quantum.* β (s∾) — *victoriae.* V = *victoriae satis sit.* Rell. ∾. P3. = *pauca vincant.* mCol. = *pauca vinciant.* Quidam codd. Pinc. = *pauca iuvant.* 𝔑 — 𝔈2. = *pauca manent.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

5. T = *unus quisque annus.* P3. = *septimus tibi annus.* DsEW ex. Francisc. P1. 3. Put. = *aetatis signum.* DW — *quare latitudo — iungantur.* RG𝔑 — 𝔊 = *non servet portionem.*

in angustius coeant = Naz. E = *in angustiis coeant.* Rell. etiam Gr. = *in angustias coeant* (P3. — *coeant*). E — *et columnarum — iungantur.* P3. = *et columnarum novisse iungatur* om. *intervalla.* T = *et novissime columnarum intervalla iungamus.* Pinc. ci. 𝔈 — 𝔅1. 𝔅o = *et novissima columnarum.* Rell. etiam Gr. ∾. E = *gemellorum conceptum.*

6. RGVβDEHW Naz. P1. 3. Col. = *an totiens concepisset.* T = *an totiens concipiat.* P2. 𝔑 — 𝔅 = *an toti omnes concepissent.* 𝔑 — 𝔅 = *ortus minimus.* T — *ortus.* R = *transsisse.* T = *Ne de malignitate.* 𝔑𝔗 = *possimus.* E — *nisi cuius hic — invenisse.* R — *nisi.* T + *nisi illius cuius hic.* G = *nisi cui hic unus.* 𝔑 — 𝔅 = *non cui hic unus iuventae.* 𝔈1. = *non cuius hic unus.*

7. T — *nos* post *Quicquid.* RTH = *aut in parato aut in proximo.* Cod. Iur. + *aut in proximo posuit. Et ideo licet sapiens nesciat naturas omnium rerum, scit tamen nec malum esse nisi turpe nec bonum nisi honestum* [cf. II, 1.]. *Si animus.* D — *aut* ante *in aperto.* DW — *Si animus — II, 1. honestique distinctio.* 𝔑 — 𝔊 + *supra metum sustulit et posuit* contra mstos etiam Pinc. Gr. R (cr.∾) = *nec avidia spe.* E — *sed didicit — a deo nihil.* 𝔑 — 𝔈1. = *per se petere divitias.* V = *si contemptu omnium.* E + *contemtor est.* Tronc. = *si contemptus est.* V — *dum* ante

uita, dum ornatur, eo perductus est, ut illi liqueat mortem nul-
8 lius mali materiam esse, multorum finem. si animum uirtuti consecrauit et quacumque uocat illa planum putat. si sociale animal et in commune genitus mundum ut unam omnium domum spectat, et conscientiam suam dis aperuit semperque tamquam in publico uiuit se magis ueritus quam alios: subductus ille tempestatibus in solido ac sereno stetit consummauitque scientiam utilem ac necessariam. reliqua oblectamenta otii sunt. Licet enim iam in tutum retracto animo ad haec quoque excurrere cultum, non robur ingeniis adferentia. II. Haec Demetrius noster utraque manu tenere proficientem iubet. haec nusquam dimittere, immo adfigere et partem sui facere eoque cotidiana meditatione perduci, ut sua sponte occurrant salutaria et ubique ac statim desiderata praesto sint et sine mora ulla ueniat illa turpis honestique distinctio, sciat nec malum esse ullum nisi tur-
2 pe nec bonum nisi honestum. Hac regula uitae opera distribuat. ad hanc legem et agat cuncta et exigat miserrimosque mortalium iudicet, in quantiscumque opibus refulgebunt, uentri ac libidini deditos quorumque animus inerti otio torpet. Dicat sibi ipse: Uoluptas fragilis est, breuis, fastidio obiecta, quo aui-

ornatur. R = *dum ornatus.* E — *dum ornatur.* T = *eo productus est.* T — *mali* ante *materiam.* E = *nullius realis materiam.* G = *planum putrit.* E = *planum portat.*

8. E — *si sociale* — *in publico vivit.* R = *si sociale animal etiam in commune.* V 𝔈2. — 𝔏𝔍u + *si sociale animal est et.* 𝔑 — 𝔈1. = *Si sociale animal est in comm.* Rell. etiam Gr. ∾. TV Tronc. = *in commune genitum.* 𝔑 — 𝔈1. = *mundus et unam domum spectat.* RVT H 𝔈2. — 𝔏𝔍u — *omnium.* Gβ Naz. ∾. 𝔑 — 𝔈1. = *conscientiam suam dominus* [𝔈1. = *dominusque*] *aperuit semper tanquam.* 𝔐 — 𝔏4. 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *aperit* contra mstos etiam Gr. β = *in publico unum.* 𝔐 — 𝔅1. + *si se magis* contra mstos etiam Gr. T = *se magis verens.* 𝔈1. — 𝔏𝔍u = *subductus illis tempestatibus.*

consummavitque = Naz. 𝔑u — 𝔅o. Rell. — *que.*

ac necessariam = mss. 𝔑 — 𝔅o = *atque necessariam.* H = *ingenii afferentia.* R = *adferentiā.*

Cap. II.

𝔈2. — 𝔐 = *nec usquam dimittere* contra mstos etiam Gr. (T = *haec nũquam*). E — *immo adfigere* — *sui facere.* RGVTβH = *immo adficere.* 𝔑 — 𝔈1. = *immo aspicere.* T — *ulla* ante *veniat.* VTP2. 𝔑 — 𝔅o + *sciatque nec malum.* D = *sed sapiens nec malum.* sDW = *scit sapiens.* Rell. etiam Gr. ∾. DW — *ullum.*

2. 𝔈2. = *Haec regula* (in App. correxit Erm.). DW = *distribuit* et — *ad hanc* — *otio torpet.* V = *in quantiscunque operibus.*

quorumque animus = RGVTβH. 𝔑 — 𝔅o — *que.* 𝔑 — 𝔅 = *Dicat sibi ipsa.* 𝔈1. — 𝔅o = *Dicat ipse sibi* contra mstos. T = *Voluntas.*

fragilis est, brevis, fastidio obiecta = mss. etiam quidam Pinc. Gr. cod. Lips. 𝔊ro — 𝔅o. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔏4. = ∾ *fastidit obiecta.* 𝔑 — 𝔈2.

dius hausta est, citius in contrarium recidens, cuius subinde necesse est aut poeniteat aut pudeat. In qua nihil est magnificum 3
aut quod naturam hominis dis proximi deceat. res humilis, membrorum turpium aut uilium ministerio ueniens, exitu foeda. Illa est uoluptas et homine et uiro digna non inplere corpus nec saginare nec cupiditates inritare quarum tutissima est quies: sed perturbatione carere et ea quam hominum inter se rixantium 4
ambitus concutit et ea quae intolerabilis ex alto uenit, ubi de dis famae creditum est uitiisque illos nostris aestimauimus. Hanc uoluptatem aequalem, intrepidam, numquam sensuram sui taedium percipit hic quem deformamus, qui maxime, ut ita dicam, 5
diuini iuris atque humani peritus. hic praesentibus gaudet, ex futuro non pendet: nihil enim firmi habet qui in incerta propensus est. Magnis itaque curis exemptus et distorquentibus mentem nihil sperat aut cupit nec se mittit in dubium suo contentus. Nec illum existimes paruo esse contentum: omnia illius 6
sunt non sic quemadmodum Alexandri fuerunt. cui, quamquam

= *fragilis et brevis fastidit obiecta.* Grut. ci. = *fragilis est brevique fastidio obiecta.* sed ipse dicit *brevique* sibi non satisfacere. DW = *quo avidius aucta est.* V = *necesse ut poeniteat.* P2. 3. = *necesse est ut poeniteat aut pudeat.* 𝔊1. 2. = *necesse est poeniteat. in qua nihil est.* ℜ — 𝔅 — *aut pudeat.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

3. E — *in qua — exitu foeda.* β = *nil est.* 𝔊1. — 𝔏 ℑu + *aut magnificum.* D(s∾) W = *aliis prox.* W = *proximus edoceat.* T = *proximis.* R = *menbrorum.*

aut vilium = RGVTβ. ℜ = *aut ultilium.* 𝔗𝔅 = *aut altilium.* 𝔊1. = *ab altilium.* 𝔊2. — 𝔅o = *ac vilium.* Germ. Scal. = *servilium.*

Illa est voluptas = RGVTβDEHWℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *Ista est vol.* DW = *non saginare non cupiditates.* DW — *quarum tutissima* — § 5. *qui maxime.*

4. ℜ — 𝔊1. = *perturbatione caret* om. *sed.* T — *sed.* P2. 3. 𝔐 — 𝔏 ℑu = *et ea quae hominum.* Mss. etiam Naz. Col. ∾. ℜ — 𝔅 = *inter se rixatum.* ℜ — 𝔅 = *concutiet.* Grut. ci. = *concitat.* Mss. etiam Gr. ∾. β = *ut de diis.* T = *nisi de diis.* ℜ = *nostris existimaverim.* 𝔗𝔅 = *nostris extimaverim.* T = *nunquam censuram.* VT ℜ — 𝔊1. = *quem informamus.*

5. *qui maxime, ut ita dicam* = RV P2. 3. H + *qui ẽ maxime ut ita dicam.* Quaedam exx. Pinc. Col. = *quam maxime.* T = *qui ut ita dicam divini roris atque humani* om. *maxime.* E — *qui maxime* — § 5. *propensus est.* 𝔐 — 𝔅o = *cum maxime: qui ut ita dicam.* (*cum maxime* debetur coniecturae Pinciani. qui ante *ut ita dicam* ne Gr. quidem aut Delb. habebant.) Gβ Naz. = *quem maxime ut ita dicam.* D + *peritus est.* W + *est peritus.*

hic praesentibus = RGVTβDHW Gr. ℜ — 𝔊1. 𝔊2. — 𝔊 = *de praesentibus.* 𝔐 — 𝔅o — *hic.* β = *ex futuro suspendit.* β = *qui incerta* om. *in.* T = *qui ad incerta.* β + *cupit. his itaque curis exemptus nec se mittit.*

6. DW — *Nec illum* — VI, 2. *ex. dominio sua.*

R = *Ne etiam illum.* G Naz. P3. Col. = *Ne et illum.* V + *et nec illum.* β = *Ne ad illum.* TP2. ℜ — 𝔅o ∾. E — *non sic* — III, 2. *congeras.* T = *Alexandro fuerunt.* β =

in litore rubri maris steterat, plus deerat quam qua uenerat.
illius ne ea quidem erant quae tenebat aut uicerat, cum in Ocea-
no Onesicritus praemissus explorator erraret et bella in ignoto
7 mari quaereret. Non satis adparebat inopem esse qui extra na-
turae terminos arma proferret? qui se in profundum, inexplo-
ratum et inmensum auiditate caeca prorsus inmitteret? Quid
interest quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum
tributo premat? tantum illi deest quantum cupit. III. Nec Ale-
xandri tantum uitium fuit quem per Liberi Herculisque uestigia
felix temeritas egit, sed omnium quos fortuna inritauit inplendo.
Cyrum et Cambysen et totum regni Persici stemma percense:
quem inuenies cui modum imperii satietas fecerit? qui non ui-
tam in aliqua ulterius procedendi cogitatione finierit? Nec id
mirum est: quicquid cupiditati contingit penitus hauritur et con-
2 ditur. nec interest quantum eo quod inexplebile est congeras.
Unus est sapiens cuius omnia sunt nec ex difficili tuenda. Non
habet mittendos trans maria legatos nec metanda in ripis hosti-
libus castra, non opportunis castellis disponenda praesidia. non
3 opus est legione nec equestribus turmis. Quemadmodum di in-
mortales regnum inermes regunt et illis rerum suarum ex edito
tranquilloque tutela est, ita hic officia sua, quamuis latissimo

cuiquam in litore r. m. VT P2. 𝔑 — 𝔈1. = *quando in litore* [𝔑 = *licto ore*] *r. m.* Col. = *cum in littore.* G = *quia in litore.* P3. hic mutilus est. Rell. etiam Laugob. Naz. ∾. RGβ = *quam quia venerat.* V P3. = *quam inveneral.* TP2. 𝔑 — 𝔈1. = *quam acquisierat.* Optimus Ermi Naz. Col. ∾. T — *Illius ne ea* — § 7. *prorsus inmitteret.* β = *Illius neci quidem.* 𝔑 = *cum in Oceano omnis: yoricus praefectus classibus praemissis.* 𝔗 𝔅 = *cum in Oceano omnis loricus praefectus praemissis.* 𝔈1. = *cum in Oceano omnis loricatus praefectus classibus praemissis.* VP2. 𝔈2. — 𝔏4. + *Onesicritus praefectus classibus.* Rell. etiam Gr. ∾.

7. β = *quod eripuit regna* ∾. T = *quoque eripuit regna quod dedit.* GV 𝔑 — 𝔅 = *quod eripuit.* 𝔑 — 𝔈1. — *regna.* T = *tributo pressit.* T = *Tantum cuique deest.*

Cap. III.

𝔈1. — 𝔏o + *Nec hoc Alexandri* contra mstos. T = *fortuna irritat.* T = *etiam totum regni.* V = *totius regni.* 𝔑 — 𝔅 = *totum regnum.* G = *stegma.* 𝔑 — 𝔅 = *strema.* V = *satietas effecerit.* V = *Nec id mirum esse.* H haec omittit. T = *quicquid sacie contingit.* 𝔈1. — 𝔅1. = *contigit* contra mstos etiam Gr. Scal.

2. 𝔈1. — 𝔏𝔍u = *in id quod inexplebile* contra mstos etiam Pinc. Gr. R (cr. ∾) = *quod inexplicabile est.* T = *eo quod cupieris congeras.* 𝔑 — 𝔈1. = *cui omnia sunt.* H = *ne ex difficili.* E — *nec ex diff.* — IV, 1. *decidisti expliceris.* T = *nec me tanta in ripis.* Naz. P3. Col. 𝔏𝔍u = *nec me tenda.* 𝔑 — 𝔅 = *nec moranda.* T = *castella.* Cod. Iur. = *nec equitum tribus turmis.*

3. T reliqua huius capitis sic componit: *Quemadmodum dii immortales regnum inermes regunt, ita hic sine*

pateant, sine tumultu obit et omne humanum genus potentissimus eius optimusque infra se uidet. Derideas licet, ingentis 4
spiritus res est, cum Orientem Occidentemque lustraueris animo quo etiam remota et solitudinibus interclusa penetrantur, cum tot animalia, tantam copiam rerum quas natura beatissime fundit adspexeris, emittere hanc dei uocem: Haec omnia mea sunt. Sic fit ut nihil cupiat, quia nihil est extra omnia.

IV. Hoc ipsum, inquis, uolui: teneo te. uolo uidere quomodo ex his laqueis in quos tua sponte decidisti expliceris. Dic mihi, quemadmodum potest aliquis donare sapienti, si omnia sapientis sunt? nam id quoque quod illi donat ipsius est. Itaque non potest dari beneficium sapienti cui quicquid datur de suo datur: atqui dicitis sapienti posse donari. Idem autem me scito et de 2
amicis interrogare. Omnia dicitis illis esse communia, ergo nemo quicquam amico donare potest: donat enim illi communia. Nihil prohibet aliquid et sapientis esse et etiam eius qui possidet, cui datum et adsignatum est. Iure ciuili omnia regis sunt: et tamen illa quorum ad regem pertinet uniuersa possessio in singulos dominos descripta sunt et unaquaeque res habet possessorem suum. Itaque dare regi et domum et mancipium et 3
pecuniam possumus: nec donare illi de suo dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singnlos proprietas. Fines Atheniensium aut Campanorum uocamus quos deinde inter se uicini priuata terminatione distinguunt. et totus ager illius aut illius reipublicae est: pars deinde suo domino quaeque censetur.

tumultu officia sua obit et omne humanum genus infra se videt. Ingentis spiritus est emittere hanc vocem: Haec omnia etc. 𝔑 — 𝔅 = *sine tumulto.*

4. R = *latissime fundit.* de quo vide. R + *dei vocem est.* Cod. Iur. + *ut nihil sapiens cupiat.* R (s∾ al. m.) — *est* ante *extra omnia.*

Cap. IV.

𝔑 — 𝔈1. — *ex* ante *his laqueis.* T = *tua sponde incidisti.* E = *Dices michi. Quomodo ergo potest.* T = *quomodo potest aliquis.* T — *Nam id — beneficium sapienti.* E = *sapienti posse dari.*

2. E pro verbis *Idem — adsignatum est* habet *Sic omnia sapientis esse — dominium habeat* ex V, 1. huc translata. RGVH 𝔑 — 𝔈1. — *ergo nemo — illi communia.* T — *Nihil prohibet* — § 7. ex. *intellegant.* 𝔑 — 𝔈2. — *et sapientis* contra mstos *etiam* Pinc.

et etiam eius = P2. Col. 𝔑 — 𝔅 𝔅2. RGV Naz. P3. — *et.* Pinc. v. l. (?) 𝔈1. — 𝔑u 𝔅o — *etiam.* 𝔈1. 2. + *et eius cui datum.* 𝔐 post *adsignatum est* habet *Sic omnia sapientis — dominium habeat* ex V, 1. huc translata, nec tamen illic omissa.

3. H = *et donum et mancipium.* 𝔑 — 𝔅 = *nec donari illi.* E = *dare illi.* GVEH = *Ad regem enim.* H Verd. Tronc. Scal. = *proprietates.* E — *Fines Atheniensium* — V, 1. *me posse donare sapienti.* 𝔑 — 𝔈1. — *et totus ager — quaeque censetur.*

illius aut illius reip. = sR P2.

4 ideoque donare agros nostros reipublicae possumus, quamuis
illius esse dicantur, quia aliter illius sunt, aliter mei. Num-
quid dubium est quin seruus cum peculio domini sit? dat tamen
domino suo munus. Non enim ideo nihil habet seruus, quia
non est habiturus, si dominus illum habere noluerit. nec ideo
non est munus, cum uolens dedit, quia potuit eripi, etiam si
5 noluisset. [Non] quemadmodum probemus omnia (nunc enim
omnia sapientis esse inter duos conuenit), illud quod quaeritur
colligendum est, quomodo liberalitatis materia aduersus eum su-
persit cuius uniuersa esse concessimus. Omnia patris sunt quae
in liberorum manu sunt: quis tamen nescit donare aliquid et
6 filium patri? Omnia deorum sunt: tamen et dis donum posui-
mus et stipem iecimus. Non ideo quod habeo meum non est,
si meum tuum est: potest enim idem esse meum et tuum. Is,
inquit, cuius prostitutae sunt leno est. omnia autem sapientis
sunt. inter omnia et prostitutae sunt: ergo prostitutae sapientis
sunt. leno autem est cuius prostitutae sunt: ergo sapiens est
7 leno. Sic illum uetant emere. dicunt enim: Nemo rem suam
emit. omnia autem sapientis sunt: ergo sapiens nihil emit. Sic
uetant et mutuum sumere, quia nemo usuram pro pecunia sua
pendat. Innumerabilia sunt per quae cauillantur, cum pul-

𝔅2. V = *illius aut huius reip.* R (p.m.) G — *illius* ante *aut*. Ex. d. Pauli Pinc. = *et totus ager illius reip. est*. Naz. Col. 𝔈2. = *et totus ager aut ullius reip. est.* P3. = *et totus ager aut nullius reip. est.* H = *et totus ager aut villa reip. est pars.* De quo vide. Ermi ci. ℭ — 𝔑u 𝔅o = *huius aut illius reip. est.* V = *domino suo quaeque.* 𝔊ro — 𝔅o = *suo domino quoque* contra mstos.

4. R = *quamvis ullius esse.* 𝔑 — 𝔅 = *Nunquam dubium est.* G𝔑 — 𝔅 = *adeo nihil habet servus.* G = *si deus illum.*

5. Germ. Agric. ci. = *Quin agedum probemus.* quod placet fere Grutero. 𝔏 — 𝔅1. = . *Quemadmodum*. putat enim Lips. nonnulla hic perdita esse. Lips. ci. = *Quem ad modum perhibemus omnia sapientis esse (nunc enim inter nos conveniat:) illud quod quaeritur.* Ego secutus Gronovii sententiam cum 𝔅2. addidi *Non*, quod quidem abest omnibus mstis etiam Gr.

inter duos convenit = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔊𝔅2. cf. infra XIX, 1. *inter duos pereat.* 𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *inter nos convenit.* 𝔑𝔗 = *eius universa.* 𝔑 — 𝔅 = *esse contempsimus.* 𝔈1. — 𝔐 = *esse contendimus.* contra mstos etiam Pinc. Gr.

6. 𝔈1. — 𝔐 = *tamen diis* om. *et* contra mstos etiam Gr. 𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *posuimus donum* contra mstos etiam Gr. Lat. Latin. = *Num ideo quod habeo.*

si meum tuum est = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔊𝔅2. 𝔐 — 𝔑u 𝔅o (exc. 𝔏4.) — *meum*. 𝔏4. = *si et tuum est.*

Is, inquit = RG Naz. P3. 𝔑𝔗 𝔑u — 𝔅o. VH P2. 𝔅 — 𝔅1. = *Is, inquis.* Aliquot Ermi Col. = *Is enim.* V — *inter omnia et prostitutae sunt.* 𝔑 — 𝔈1. — *inter omnia — sapientis sunt.* 𝔈2. — 𝔅o + *inter omnia autem.* RGH ∾. 𝔈2. — 𝔅o + *ergo et prostitutae.* RGVH ∾.

7. *pendat* = RGVH 𝔑 — 𝔅 𝔊ro — 𝔅o. 𝔈1. — 𝔏4. = *pendit.*

cherrime quid a nobis dicatur intellegant. V. Etenim sic omnia sapientis esse dico, ut nihilominus proprium quisque in rebus suis dominium habeat, quemadmodum sub optimo rege omnia rex imperio possidet, singuli dominio. Tempus istius probandae rei ueniet. interim hoc huic quaestioni sat est me id quod aliter sapientis, aliter meum est posse donare sapienti. Nec mirum est aliquid ei cuius est totum posse donari. Conduxi 2
domum a te. in hac aliquid tuum est, aliquid meum: res tua est, usus rei tuae meus est. Itaque nec fructus tanges colono tuo prohibente, quamuis tua in possessione nascantur, et si annona carior fuerit aut fames,

Heu frustra magnum alterius spectabis aceruum

in tuo natum, in tuo positum, in horrea iturum tua. Nec conductum meum, quamquam sis dominus, intrabis. nec seruum tuum, mercenarium meum, abduces. et cum a te rhedam conduxero, beneficium accipies, si tibi in uehiculo tuo sedere permisero. Uides ergo posse fieri ut aliquis accipiendo quod suum est munus accipiat. VI. In omnibus istis quae modo retuli uterque eiusdem rei dominus est. Quomodo? quia alter rei dominus est, alter usus. Libros dicimus esse Ciceronis. eosdem

V = *que a nobis dicantur.*

Cap. V.

Etenim sic omnia = RH 𝔅o. T — *Etenim.* P2. 𝔑 — 𝔏4. = *Enimvero sic omnia.* GV rell. Gr. 𝔊ro 𝔅2. = *Enim sic omnia.* probat Gron. Apud Liv. XXIII, 45, 10. eadem est scripturae varietas. 𝔑 — ℭ1. = *singulari domin.* T — *Tempus — sat est.* 𝔑 — ℭ1. = *Tempus istud.* V = *huic quaestioni satis est.*

me id quod aliter sapientis = RG Naz. P3. Col. 𝔅2. (R + *sapientis est*). ℭ2. — 𝔐u 𝔅o = *id quod aliter sapientis, aliter meum est me posse.* V = *id quod meum aliter sapientis est aliter meum. meum est habere, posse donare sapientis.* T = *id quidem est meum. aliter sapientis est aliter meum. Meum est habere. posse habere sapientis.* 𝔑 — ℭ1. = *id quod est meum aliter sapientis* [𝔅 = *sapiens*] *est aliter meum. meum est habere. posse donare sapientis.* R = *dare sapienti.* T = *ei cui totum est.* G = *posse donare.*

2. 𝔑 — 𝔅 = *in aliquod tuum est aliquod meum.* ℭ1. 2. = *Inde aliquid tuum est* [ℭ2. — *est*] *aliquid meum.* 𝔊 — 𝔐u 𝔅o — *est* post *tuum* contra instos etiam Gr. T — *Itaque* — VI, 2. *conducere potest.* E — *Itaque — abduces.* Grut. ci. — *aut fames.* putat autem e margine in contextum irrepsisse *ait uates* et deinde factum esse *aut fames.* R = *mercennarium.* 𝔑 — ℭ1. = *et ad te et reddam si conduxero.* ℭ2. — 𝔏 ℑu = *et abs te rhedam* [ℭ2. 𝔊 = *reddam*] *si conduxero.* 𝔏4. — 𝔐u 𝔅o = *et cum abs te* ∾. Mss. etiam Gr. ∾ (scribunt tamen RGVE P2. *redam.* Naz. *raedam.* P3. *reddam.* Col. *redeam*). V + *beneficium tuum.* 𝔑 — 𝔅 = *sedere promisero.*

Cap. VI.

E — *In omnibus — retuli.* 𝔑 = *uterque eis deē rei.* 𝔗 = *eisdem.* E = *Quomodo eiusdem rei dominus est.* G — *Quomodo? — dominus est.* E + *librarius libros suos.* H = *quia aliter rei* ∾ *aliter usus.*

Dorus librarius suos uocat: et utrumque uerum est. alter illos tamquam auctor sibi, alter tamquam emptor adserit: at recte utriusque dicuntur esse. Utriusque enim sunt, sed non eodem modo. sic potest T. Liuius a Doro accipere aut emere libros suos. Possum donare sapienti quod uiritim meum est, licet il-
2 lius sint omnia. Nam cum regio more cuncta possideat, singularum autem rerum in unumquemque proprietas sit sparsa, et accipere munus et debere, et emere et conducere potest. Caesar omnia habet, fiscus eius priuata tantum ac sua. et uniuersa in imperio eius sunt, in patrimonio propria. Quid eius sit, quid non sit sine diminutione imperii quaeritur. nam id quoque quod tamquam alienum abiudicatur aliter illius est. Sic sapiens uniuersa animo possidet, iure ac dominio sua. VII. Bion modo omnes sacrilegos argumentis esse colligit, modo neminem. Cum omnes de saxo deiecturus est, dicit: *Quisquis id quod deorum est sustulit et consumpsit atque in usum suum uertit sacrilegus est. omnia autem deorum sunt. quod quisque ergo tollit deorum tollit quorum omnia sunt: ergo quisquis tollit*
2 *aliquid sacrilegus est.* Deinde, cum effringi templa et expilari inpune Capitolium iubet, dicit *nullum sacrilegum esse. quia quicquid sublatum est ex eo loco qui deorum erat in eum transfertur locum qui deorum est.* Hic respondetur omnia quidem deorum esse, sed non omnia dis dedicata. In
3 his obseruari sacrilegium quae religio numini adscripsit. Sic et totum mundum deorum esse inmortalium templum, solum

at recte = RGVH Gr. 𝔑 — 𝔈2. Codd. Pinc.. 𝔊 — 𝔅o = *ac recte.* E — *at.* E — *sic potest* — XVI, 4. *iudices pertinere.*

2. R = *possideat conscientia.* Ermi ci. = *communia possideat.* et simillimis compendiis hae voces scribuntur. 𝔐𝔑 𝔅1. — *conscientia.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔑 — 𝔈1. = *singularium.* RG 𝔑 — 𝔈1. — *rerum.* H = *singulorum autem in unumquemque.* 𝔑 — 𝔈1. — *et* ante *emere* et — *potest* post *conducere.* T — *et* ante *universa.* V = *Quid sit, quid non sit* om. *eius.* T — *Quid eius sit* — *aliter illius est.* V = *adiudicatur.*

Cap. VII.

R = *Byon modo.* W = *Syon modo.* P3. = *Dic modo.* 𝔑 (ex. Gotting.) = *Lion modo.* 𝔗 (ex. meum) = *Sion modo.* 𝔅 𝔈1. = *Dion modo.* Rell. etiam Gr. ∾. D = *collegit.* DW = *de saxo proiecturus.* R = *quid quisque ergo tollit. quorum deorum tollit.*

2. R (cr. ∾) = *et explicari inpune.* TDW = *et expoliari.* DW — *inpune.*

nullum sacrilegum esse = RGV Naz. P2. Col. Put. recte docet Opsop. oppositionis lege ita scribi debere. TP3. 𝔅 — 𝔅o = *nullum sacrilegium esse.* T = *quo deorum erat.* GD = *transferatur.* TD = *Huic respondetur.*

dedicata = Naz. Rell. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅o = *dicata.*

3. T — *Sic et totum* — *siderum*

quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum: et tamen a
sacris profana discerni et non omnia licere in angulo cui fani
nomen inpositum est quae sub coelo et conspectu siderum licent.
Iniuriam sacrilegus deo quidem non potest facere quem extra
ictum sua diuinitas posuit: sed punitur, quia tamquam deo fe-
cit. Opinio illum nostra ac sua obligat poenae. Quomodo ergo 4
sacrilegus uidetur qui aliquid aufert sacri, etiam si quocumque
transtulit quod subripuerat intra terminos est mundi: sic et sa-
pienti furtum potest fieri. Auferetur enim illi non ex his quae
uniuersa habet, sed ex his quibus dominus inscriptus est, quae
uiritim ei seruiunt. Illam alteram possessionem adgnoscet, hanc
nolet habere, si poterit. emittitque illam uocem quam Romanus 5
imperator emisit, cum illi ob uirtutem et bene gestam rempubli-
cam tantum agri decerneretur quantum arando uno die circuire
potuisset: *Non opus est,* inquit, *uobis eo ciue cui plus opus
sit quam uni ciui.* Quanto maioris uiri putas respuisse hoc
munus quam meruisse? multi enim fines aliis abstulerunt, sibi
nemo constituit. VIII. Ergo cum animum sapientis intuemur
potentem omnium et per uniuersa dimissum, omnia illius esse
dicimus, cum ad hoc ius cotidianum, si ita res tulerit, capite
censebitur. Multum interest possessio eius animo ac magnitu-
dine aestimetur an censu. Haec uniuersa habere de quibus lo-

licent. DW — *Sic et totum* — § 5. *illam vocem quam.* 𝔑 — 𝔊 — *et* ante *tamen a sacris.* R = *discernet non omnia.* T = *extra istum sua dominitas posuit.* VT P2. 𝔑 — 𝔏𝔍u𝔅1. 𝔅o + *sed tamen punitur.* Rell. etiam Gr. ∾.

4. T — *Quomodo* — § 5. *illam vocem quam.* 𝔑 — 𝔏4. = *etsi quocunque.* P3. = *si quotcunque.* 𝔑 — 𝔅 = *inter terminos.* 𝔑 — 𝔅 + *et sic et sapienti.*

Auferetur enim = RGVH. 𝔑 — 𝔅o = *Aufertur enim.* De DW vide ad VIII, 1. V = *sed ex iis quibus.* Quidam codd. Pinc. P3. 𝔈 — 𝔐 = *quae vicissim ei serviunt.* Col. = *quae inritum ei serviunt.* R = *virtim.* Rell. etiam Naz. P2. ∾. G = *Nam alteram possessionem.*

si poterit = RGVH 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *etsi poterit.*

5. *emittitque* = RGVH 𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o = *emittetque.* T = *rogamus imperator cum illi ob virtutem.* DW = *quidam imperator cui illi ob virtutem.* H — *emisit.*

Non opus est, inquit, vobis eo cive = RGVTDHW (T = *Nam*). 𝔑 — 𝔅o = *Non est, inquit, vobis* [𝔑 — 𝔈1. = *nobis*] *eo opus cive.* 𝔐 V + *viri esse putas.* T — *viri.* T = *respuisse agrum quam.* 𝔑 — 𝔐 + *multi enim imperatores* contra mstos etiam Gr.

Cap. VIII.

𝔈1. — 𝔊 = *Credo cum animum.* DW = *illius esse dicemus.* T — *cum ad hoc* — § 2. ex. *deesset.* DW — *Multum interest* — § 2. *Paulo ante.* sed pro his habent verba VII, 4. omissa: *Aufertur itaque illi non ex his quae universa habet. sed ex his quibus dominus inscriptus est. quae vicissim* [sD ∾] *ei serviunt.*

animo ac magnitudine = RGVH

queris abominabitur. Non referam tibi Socratem, Chrysippum, Zenonem et ceteros magnos quidem uiros, maiores quidem,
2 quia in laudem uetustorum inuidia non obstat. Paulo ante Demetrium retuli. quem mihi uidetur rerum natura nostris tulisse temporibus, ut ostenderet nec illum a nobis corrumpi nec nos ab illo corripi posse: uirum exactae, licet neget ipse, sapientiae firmaeque in his quae proposuit constantiae, eloquentiae uero eius quae res fortissimas deceat non concinnatae nec in uerba sollicitae, sed ingenti animo, prout inpetus tulit, res suas prosequentis. Huic non dubito quin prouidentia et talem uitam et talem dicendi facultatem dederit, ne aut exemplum seculo nostro aut conuicium deesset. IX. Demetrio si res nostras aliquis deorum possidendas uelit tradere sub lege certa, ne liceat donare, adfirmauerim repudiaturum dicturumue: Ego uero me ad istud inextricabile pondus non adligo nec in altam fecem rerum hunc expeditum hominem demitto. Quid ad me defers populorum omnium mala? quae ne daturus quidem acciperem, quoniam multa uideo quae me donare non deceat. Uolo sub conspectu meo ponere quae gentium oculos regumque praestrin-

Naz. P2. Col. 𝔑 — 𝔊. P3. = *animo an magnitudine.* 𝔐 — 𝔏o = *animi magnitudine.*

maiores quidem, quia = RGVH Naz. P2. Verd. Tronc. Germ. Scal. 𝔑 — 𝔈1. 𝔑u — 𝔅o. P3. = *maiores quidem et in laudem.* Col. = *maiores quidem quam laudem.* 𝔈2. — 𝔅1. = *maiores tamen, quia.*

2. DW = *Demetrius mihi certe licet neget ipse exactae prudentiae firmaeque* rell. om. P3. = *nec illum a nobis corripi, nec nos ab illo corripi posse.* H = *ab ullo corripi.* Grut. ci. = *nec illum a nobis corripi nec nos ab illo corrigi posse.* Opsop. ci. 𝔊ro 𝔅1. = ∾ *nec nos ab illo corrigi posse.* Mss. etiam rell. Gr. Delben. ∾. R = *quae posuit constantiae.* DW + *constantiae esse videtur.* DW — *eloquentiae* — IX, 1. *hominem demitto* D sic pergit: *Cui cesar. ducenta donaret. ridens reiecit. nec dignam quidem sententiam iudicans que non accepta reguletur. Reddendum tamen egregio viro testimonium est. Ingentem rem ab illo dici audivi minaretur cesar quod se putasset tanti posse mutari. Si temptare me inquis constitueral toto illi fui experiendus imperio. Quid sibi etiam queque pulcerima afferenti diceret.* cf. XI, 1. 𝔑 — 𝔊 = *eloquentiae quoque eius.* V = *nec in verba sollicitatae.* R — *et talem* ante *dicendi facultatem.* V (m∾) = *aut servicium deesset.*

Cap. IX.

V + *eum repudiaturum.*

dicturumve = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅 𝔑u — 𝔅o. 𝔈1. — 𝔅1. = *dicturumque.* T — *vero* post *Ego.* R — *nec* post *adligo.* RGV Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *in aliam faecem.* T — *altam.* 𝔈2. — 𝔐 = *in illam faecem.* 𝔏 — 𝔅o ∾ ex emendatione Gruteri. T = *dimitto.* RTH = *Quid ad me fers.* DW = *Quid ad me affert.*

ne daturus quidem = GTDHW. RV 𝔑 — 𝔅o = *nec daturus q.* Naz. = *acceperem.* Grut. ci. = *acceperim.* T = *videt quae me donare non licet.* 𝔑 — 𝔈1. = *Nolo sub consp.* V = *Volo in conspectu.* T — *quae* ante *gentium.* D = *perstringant.* W = *praestringant.* TsD 𝔈2.

gunt? uolo intueri pretia sanguinis animarumque uestrarum? Prima mihi luxuriae spolia propone: siue illa uis per ordinem expandere, siue, ut est melius, in unum aceruum dare. Ui-
deo elaboratam scrupulosa distinctione testudinem et foedissi- 2
morum pigerrimorumque animalium testas ingentibus pretiis emptas in quibus illa ipsa quae placet uarietas subditis medicamentis in similitudinem ueri coloratur. Uideo istic mensas et aestimatum lignum senatorio censu, eo pretiosius quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit. Uideo istic crystallina 3
quorum accendit fragilitas pretium: omnium enim rerum uoluptas apud inperitos ipso quo fugari debet periculo crescit. Uideo murrea pocula: parum scilicet luxuria magno fuerit, nisi quod uomant capacibus gemmis inter se pronuntiauerint. Uideo 4
uniones non singulos singulis auribus conparatos: iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt. iunguntur inter se et insuper alii binis superponuntur. non satis muliebris insania uiros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia auribus singulis pependissent. Uideo sericas uestes, si uestes uocandae sunt, 5

— 24. = *perstringunt*. Grut. ci. = *praestinguunt*. Rell. etiam Naz. Col. P2. Delben. ∾. DW = *animarumque nostrarum*. T = *Omnia mihi luxuriae prima propone. Omnium enim rerum voluptas apud imperitos ipso quo fugare debet periculo accersit.* [cf. § 3.] *Video elaboratam*. Cod. Iur. = *luxuriei spolia*. V = *per orbem expandere*. 𝔑 — 𝔅 = *spandere*.

2. R = *scurpulosa*. D = *pilosa distinctione*. 𝔅1. 𝔅o = *at foedissimorum* librarii errore. Quidam codd. Pinc. = *quae placet veritas*. Mss. etiam Gr. ∾. Ermi ci. = *sublitis medicamentis*. probat Steph. Prood. II, 8. Cod. Iur. = *in speciem veri*.

senatorio censu = mss. etiam Gr. Trist. Scal. (R = *senatoria*. T = *sensu*). 𝔑 — 𝔅o = *senatoris censu*. T = *quod illud in*.

3. DW — *Video* — X, 2. *subsequi possit*. T = *Video illic* ∾ *quarum*. T — *omnium enim* — *pronuntiaverint*.

quo fugari debet = Naz. Tronc. 𝔅2. RGVT (vid. ad § 1.) 𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *quo fugare debet*. H = *quod fugare debet*. Grut. ci. = *quo fugari deberet*. ℭ1. — 𝔑u 𝔅o = *murrhina pocula* contra mstos etiam Gr. (*murrea* repositum voluit Ruhk.). RGV Naz. P2. 3. Col. = *magno fuerint nisi quod vomant* [P3. = *vomerat*] *cap*. H = *magno fuerit nisi quod vovant* [Lenz. ci. = *voveant*] *cap*. 𝔑 — 𝔅 = *magno fuerint nisi quod nomina cap*. ℭ1. = *magno fuerit nisi nomina capacibus*.

pronuntiaverint = RGVH Col. P2. 3. 𝔑u — 𝔅o. Naz. = *pronuntiave*. In cod. Lips. ambiguum erat, *pronuntiaverint* an *pernuntiaverint*, legendum esset. 𝔑 — 𝔅 = *pronuntiaverunt*. ℭ1. = *pronuntiaret*. Lips. ci. = *permutarint* vel *permutaverint*. ℭ2. — 𝔅1. = *propinarent*.

4. T = *exonerate aures*. Quidam codd. Pinc. — *aures*. Mss. etiam Gr. ∾. V = *oneri ferende*. P3. 𝔑 — 𝔊 = *supponuntur*. G = *subponuntur*. Lips. (Excurs. ad Tac. A. III, 53.) ci. = *suppanguntur*. G Naz. Col. = *superiecerat*. P3. = *supergestat*. T = *aut terna*. T = *singulis*. R = *pependisset*.

5. T = *vocandae sint*. 𝔑 — 𝔅 +

in quibus nihil est quo defendi aut corpus aut denique pudor possit: quibus sumptis parum liquido nudam se non esse iurabit. Hae ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quam in publico ostendant. X. Quid agis auaritia? quot rerum caritate aurum tuum uictum est? omnia ista quae retuli in maiore honore pretioque sunt. Nunc uolo tuas opes recognoscere, laminas utriusque materiae ad quas cupiditas nostra caligat. At mehercule terra quae quicquid utile futurum nobis erat protulit ista defodit et mersit et ut noxiosis rebus ac malo gentium in medium prodituris toto pondere incubuit.
2 Uideo ferrum ex isdem tenebris esse prolatum quibus aurum et argentum, ne aut instrumentum in caedes mutuas deesset aut pretium. Et tamen adhuc ista aliquam materiam habent, est in quo errorem oculorum animus subsequi possit: uideo istic diplomata et syngraphas et cautiones, uacua habendi simulacra, uerba auaritiae quaedam laborantis per quae decipiant animum ina-
3 nium opinione gaudentem. Quid enim ista sunt? quid fenus et calendarium et usura nisi humanae cupiditatis extra naturam quaesita nomina? Possum de rerum natura queri, quod aurum

defendi aut possunt membra aut corpus. 𝔈l. + *defendi aut membra aut corpus.* VT P2. 𝔑 — 𝔙o + *quibus sumptis mulier.* Rell. etiam Gr. ∾.

Hae ingenti = mss. etiam Gr. Delb. 𝔑 — 𝔙o = *Haec ingenti.* 𝔙l. — 𝔙o = *arcessuntur* contra mstos. T = *adulterii.* V = *suis in cubiculo.* G = *ostendantur.*

Cap. X.

R = *Quis agis.* VT = *quod rerum.* T = *in maiori.* 𝔐 = *Nec volo* contra mstos etiam Gr. T = *caligat. Quicquid terra futurum nobis utile protulit* rell om. T — *et mersit.* R(s∾ r.m.) — *ut* post *mersit et.*

noxiosis = RGT Naz. Col. P3. Tronc. Verd. Scal. 𝔑u — 𝔙c. V (H) 𝔑 — 𝔙l. = *noxiis.* V = *in proventuris.*

2. *ex isdem* = RG. T = *ex eisdem.* sR(r.m.) 𝔑 — 𝔊 = *ex hisdem.* V 𝔐 — 𝔙o = *ex iisdem.*

Et tamen adhuc = RGVH 𝔑 — 𝔊 (𝔑 — 𝔈l. = *ad hoc*). T = *Et tamen ista adhuc.* 𝔐 — 𝔙o — *tamen.* T = *aliquam materiam. Sed subsequuntur syngrafa et cautiones* rell. om. Quaedam exx. Pinc. = *Video ista diplomata.* Mss. etiam Gr. ∾. D (cr. ∾) = *displomata.* 𝔑 — 𝔙 = *deplamata.* W = *sunfragas et cautiones.*

verba avaritiae quaedam laborantis = WP3. RG (s.m.) VD Naz. = *umbra avaritiae quaedam laborantis per quae.* G(p.m.) = *umbra avaritiae quandam laborantis per quae.* P2. 𝔑 — 𝔈2. = *umbra quaedam avaritiae laborantis per quae.* T = *umbrã avaritiae quãdam laborantis quae decipiant.* H = *umbra avaritiae quadam laborantis per quae decipiat.* Quidam codd. Ermi 𝔈𝔊 = *umbra quadam avaritiae laborantis per quae.* 𝔐 — 𝔙o = *umbras quasdam avaritiae laborantis per quas.*

3. R — *et* ante *usura.* DW — *Possum* — § 4. *O miserum.* T = *de na-*

argentumque non interius absconderit, quod non illis maius quam quod detrahi posset pondus iniecerit. Quid sunt istae tabulae, quid conputationes et uenale tempus et sanguinolentae centesimae? uoluntaria mala ex constitutione nostra pendentia 4
in quibus nihil est quod subici oculis, quod teneri manu possit, inanis auaritiae somnia. O miserum, si quem delectat patrimonii sui liber magnus et uasta spatia terrarum colenda per uinctos et inmensi greges pecorum per prouincias ac regna pascendi et familia bellicosis nationibus maior et aedificia priuata laxitatem urbium magnarum uincentia! Cum bene ista per quae diuitias 5
suas disposuit ac fudit circumspexerit superbumque se fecerit, si quicquid habet ei quod cupit conparet, pauper est. Dimitte me et illis diuitiis meis redde. Ego regnum sapientiae noui, magnum, securum. ego sic omnia habeo, ut omnium sint.
XI. Itaque cum Caesar illi ducenta donaret, ridens reiecit nec dignam quidem summam iudicans qua non accepta gloriaretur. Di deaeque, quam pusillo illum animo aut honorare uoluit aut corrumpere! Reddendum egregio uiro testimonium est. Ingentem rem ab illo dici audiui, cum miraretur Caii dementiam,

tura om. *rerum*. T = *non in ferius absconderit*. G — *quod* ante *detrahi*. T — *Quid sunt istae* — § 4. ex. *vincentia*. RGV Naz. P2. Col. 𝔑 — 𝔅 + *Quid sunt ista? istae tabulae*. P3. + *Quid sunt ista vel istae tabulae*. Grut. ci. + *Quid sunt itaque istae tabulae*. Mihi quidem Seneca videtur scripsisse: *Quid sunt ista? quid conputationes*, ut *ista* respiceret ad omnia ea, quae in superioribus enarraverat. *istae tabulae* librarii sunt sive emendantis sive explicantis.

4. R = *inanis avarities omnia*. mV = *sunt omnia*. DW = *si quem haec delectant*. V = *colenda per vicos*. DW — *et inmensi* — *pascendi*.

5. DW = *Cum beneficia ista*. T + *disposuit avarus*. W = *ac fundit*. D = *sese fecerit*.

si quicquid habet = mVTD (tert. m.) HWP2. 𝔑 — 𝔅o. V = *si quid habet*. D (p.m.) = *si quid ei habet*. RG Naz. P3. — *si*. T = *ei qui non cupit*. D — *Dimitte* — XIII. in. *Ne te traham longius*. partim eadem omittit W. 𝔑 — 𝔈l. — *meis* post *divitiis*.

Cap. XI.

W = *Cui Caesar ducenta*. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o + *C. Caesar* contra mstos etiam Gr. mV + *Caesar illi s. Demetrio*. T = *Caesar Demetrio ducenta sestertia donaret*. Cod. Iur. 𝔑 — 𝔈l. + *ducenta talenta* (𝔑 = *talemta*).

nec dignam quidem = mss. 𝔑 — 𝔅o = *ne d. q.* W = *glorietur* et — *Di deaeque* — *corrumpere*. 𝔑 = *quam puxillo*. 𝔗 — 𝔏 𝔍u 𝔅l. = *quam pauxillo*. Mss. etiam Pinc. Gr. Verd. Tronc. Scal. ∾. 𝔈l. — 𝔏 𝔍u 𝔅l. 𝔅o = *illum animum*. H — *aut* ante *honorare*. V + *honorare illum voluit*. T = *voluit aut corripere*. Lips. ci. = *Ingenti ore ab illo dici*.

cum miraretur Caii dementiam = ex. schol. Naz. 𝔏4. — 𝔅o (Naz. = C.). W = *cum minaretur Caesar dementiam*. TH Col. = *cum miraretur Caesaris dementiam*. VP2. = *cum mirare*[illegible]*dementiam*. 𝔑 — 𝔏 𝔍u = [illegible] *dementiam*

quod se putasset tanti posse mutari. *Si temptare, inquit, me constituerat, toto illi fui experiendus imperio.* **XII.** Sapienti ergo donari aliquid potest, etiam si sapientis omnia sunt. aeque nihil prohibet, cum omnia amicis dicamus esse communia, aliquid amico donari. Non enim mihi sic cum amico communia omnia sunt, quomodo cum socio, ut pars mea sit, pars illius: sed quomodo patri matrique communes liberi sunt. quibus cum duo sunt, non singuli singulos habent, sed singuli bi-
2 nos. Primum omnium iam efficiam ut quisquis est iste qui me in societatem uocat sciat se nihil mecum habere commune. Quare? quia hoc consortium solum inter sapientes est inter quos amicitia est: ceteri non magis amici sunt quam socii. Deinde
3 pluribus modis communia sunt. Equestria omnium equitum Romanorum sunt: in illis tamen locus meus fit proprius quem occupaui. hoc si cui cessi, quamuis illi communi re cesserim, tamen aliquid dedisse uideor. Quaedam quorumdam sub certa condicione sunt: habeo in equestribus locum, non ut uendam, non ut locem, non ut habitem, in hoc tantum ut spectem.
4 Praeterea non mentior, si dico me habere in equestribus locum: sed cum in theatrum ueni, si plena sunt equestria, et iure habeo locum illic, quia sedere mihi licet, et non habeo, quia ab his cum quibus mihi ius loci commune est occupatus est. Idem inter amicos puta fieri. Quicquid habet amicus commune est nobis, sed illius proprium est, quia tenet. uti his illo no-

eius (ℜ — 𝔈1. = *clementiam*). RG — *Caii* et recte, arbitror. V = *toto illo*. G — *illi*. R = *illi sui expiendus imperio.*

Cap. XII.

T — *Sapienti ergo* — XVI, 1. *respondeat, Debeo.* R + *et cum omnia.* G = *amicis dicam esse.* 𝔅1. ℜu 𝔅o — *omnia* post *cum amico communia.* ℜ — 𝔈1. + *ut pars mea non* [ℜ = *nno*] *sit.* 𝔈1. — 𝔐ℜ = *quibus cum duo sint* contra mstos etiam Gr.

2. H = *Primum omnino.* R — *amici sunt.* V = *non magis sunt amici.* Naz. inter *modis* et *communia* spatium vacuum habet decem fere litterarum.

3. ℜ — 𝔈1. = *in illis tantum* contra mstos etiam Pinc. RGH — *locus* post *in illis tamen.* de quo vide. R = *hoc sic vi cessi.* ℜ — 𝔅 = *quamvis illi communi recensuerim.* H 𝔈1. = *recesserim.* ℜ — 𝔅 = *ut expectem.*

4. *Praeterea non mentior, si dico* = RGVH Gr. ℜ — 𝔊 = *Praeterea non mentiar, si dicam.* 𝔐ℜ — ℜu 𝔅o = *Propterea non mentiar, si dicam.* 𝔅2. = ∾ *si dicam* (in notis criticis locus corrigitur). RGH Gr. ℜ — 𝔊 = *in equestri locum.* R — *locum illic* — *non habeo.* ℜ — 𝔅 = *qui sedere mihi libere non habeo.* 𝔈1. = *qui sedere mihi liberum non habeo.* 𝔈2. — 𝔏 ℑu = *quia sedere est mihi liberum et non habeo.* Rell. etiam Gr. ∾. R — *sed* ante *illius proprium est.* recte, ut arbitror.

quia tenet = RGVH Gr. Tronc. Verd. Scal. ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *qui tenet.*

uti his illo nolente = RGVH Pinc.

lente non possum. Derides me, inquis: si quod amici est 5
meum est, liceat mihi uendere. Non licet: nam nec equestria, et tamen communia tibi cum ceteris equitibus sunt. Non est argumentum ideo aliquid tuum non esse, quia uendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius aut melius. Tuum enim est etiam quod sub lege certa tuum est. Accepi, sed cuncti non minus. XIII. Ne traham longius, beneficium maius esse non potest: ea per quae beneficium datur, possunt esse maiora et plura in quae se undique beneuolentia effundat et sic sibi indulgeat, quemadmodum amantes solent quorum plura oscula et conplexus artiores non augent amorem, sed exercent. Haec quoque quae uenit quaestio profligata est in prio-
ribus: itaque breuiter perstringetur. Possunt enim in hanc 2
quae aliis data sunt argumenta transferri. Quaeritur an qui omnia fecit, ut beneficium redderet, reddiderit. Ut scias, inquit, illum non reddidisse, omnia fecit, ut redderet: adparet ergo non esse id factum cuius faciendi occasionem non habuit. Et creditori suo pecuniam non soluit is qui ut solueret ubique

v. l. Naz. P2. 3. Erf. ℭ𝔊 𝔑u — 𝔅c. 𝔑 — 𝔅 = *uti his volente.* ℭ1. 2. = *uti hoc nolente.* 𝔐 — 𝔅1. — *his.* Gron. ci. = *uti nisi illo volente.* P2. = *non possumus.*

5. H — *communia* post *et tamen.* RGV Gr. (praeter Naz. qui ∾) 𝔑 — 𝔊 = *cum ceteris equestribus sunt.* V P2. Col. 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) + *aut melius non potes.* Rell. etiam Gr. ∾.

Accepi, sed cuncti non minus = P3. (qui tamen *cuncte*) 𝔑u — 𝔅o. probat Gron. sed male *cuncte* refert ad marginem P3. V cod. Lips. = *accipi potest, sed certe non minus habes.* probat Lips. P2. 𝔑 — 𝔅 = *accipi: sed certe non minus habes.* RG Naz. Erf. = *Accepi, sed certe non minus.* Col. = *Accepi, sed certe non munus* (mCol. = *minus*). ℭ1. — 𝔅1. = *Accepi, sed certe non minus habes.* Gron. ci. = *Accepi, sed ceteri non minus.*

Cap. XIII.

Ne traham longius = RGH Gr. (exc. P2.) P2. 𝔑 = *Hec te traham l.* 𝔗 (meum ex.) = *Ec te traham l.* (non est appicta littera initialis). 𝔅ℭ1. = *Nec te traham l.* V = *Ne te longius traham.* ℭ2. — 𝔅o + *Ne te traham l.* Muretus putat huic loco multa deesse.

in quae se undique benevolentia effundat = Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o. V P2. = *in quae sunt quae* [P2. = *qui*] *benevolentiam effundant.* Col. = *in quae se* [sp. vc.] *benevolentia effundat.* RG Naz. = *in quae? sed qui benevolentia effundat.* P3. = *inquam sunt qui benevolentiam effundant.* DW P1. = *in quae se benevolentia infundat.* Cod. Lips. = *inique sunt qui ben.* 𝔑 — ℭ1. = *in quae si ea benevol. effundat.* H ℭ2. — 𝔏4. — *undique.* DW = *et amplexus.* DW — *Haec quoque* — XVI, 4. *iudices pertinere.* V = *ita breviter.*

2. 𝔑 — ℭ1. = *Ut nescias, inquit.* V = *inquis.* RG Naz. + *cuius faciendi non esse occasionem non habuit.* in quo quid lateat, non perspicio.

Et creditori = RGVH Gr. 𝔑 — 𝔊 𝔊ro 𝔅2. 𝔐 — 𝔑u 𝔅o (exc. 𝔊ro)

3 quaesiuit nec inuenit. Quaedam eius condicionis sunt, ut effectum praestare debeant: quibusdam pro effectu est omnia temptasse, ut efficerent. Si omnia fecit ut sanaret, peregit medicus partes suas. etiam damnato reo oratori constat eloquentiae officium, si omni iure usus est. Laus imperatori etiam uicto redditur, si et prudentia et industria et fortitudo muneribus suis
4 functa est. Omnia fecit, ut beneficium redderet: obstitit illi felicitas tua. Nihil incidit durius quod ueram amicitiam experiretur. Locupleti donare non potuit, sano adsidere, felici succurrere: gratiam retulit, etiam si tu beneficium non recepisti. Praeterea huic intentus semper et huius rei tempus opperiens qui in hoc multum curae, multum sedulitatis inpendit plus laborauit quam cui cito referre gratiam contigit. XIV. Debitoris exemplum dissimile est cui parum est pecuniam quaesisse nisi soluit. Illic enim stat acerbus super caput creditor qui nullum diem gratis occidere patiatur: hic benignissimus qui, cum te uiderit concursantem et sollicitum atque anxium, dicat: Mitte hanc de pectore curam. desine tibi molestus instare. omnia a te habeo. Iniuriam mihi facis, si me quicquam amplius desi-
2 derare iudicas. Plenissime ad me peruenit animus tuus. Dic, inquit, mihi si reddidisse beneficium diceres illum, si gratiam retulisse. Eodem ergo loco est qui reddidit et qui non reddidit.

= *Ut creditori.* R = *ubique quae sunt nec.*

3. G = *ut affectum praestare.* ℜ — 𝔅 = *quibusdam profectu est.* ℜ — 𝔅o = *omnia attentasse* contra mstos. RGV = *ut efficeret.* ℜ — 𝔊1. + *eloquentiae studium et officium.*

si omni iure usus est = RGVH P2. 3. Col. Tronc. Verd. Scal. cod. Lips. 𝔊ro — 𝔅o probat Grut. Naz. = *si omni si omni iussus est.* ℜ — 𝔏4. = *si omni arte usus est.* Naz. Col. + *imperatori etiam victo duci.* RGVH P3. + *imperatori etiam victo duce.* P2. ℜ — 𝔅1. + *imperatori etiam victo et duci. duci* additamentum librarii esse apparet, ideoque reieci. Lips. ci. ℜu — 𝔅o = *Laus imperatoria etiam victo duci.*

4. 𝔊1. 2. = *quo veram amicitiam.* P3. = *quod naturam amicitiae.* Pinc. ci. = *quo v. am. experireris.* Rell. etiam ex. Pinc. Gr. ∾. R(s∾) — *in* ante *hoc multum.* V = *contingit.*

Cap. XIV.

H = *nisi solvat.* R = *creditur.* V = *occidere patitur.* V = *qui tecum viderit.* ℜ — 𝔅 = *qui tecum cursantem et sol.* om. *viderit.* 𝔊1. — 𝔐 = *qui te cum cursantem et sollicitum atque anxium viderit.* 𝔅1. ℜu 𝔅o = *cursantem.* Mss. etiam Pinc. Gr. ∾.

2. R = *Dic mihi inquit.* V = *inquis.*

mihi si reddidisse beneficium diceres illum, si gratiam retulisse = RG H P3. Col. 𝔅2. Naz. — *si* ante *gratiam.* VP2. ℜ — 𝔅 𝔊ro = ∾ *retulisset.* 𝔊1. 2. 𝔏 — 𝔏4. = *mihi reddidisse* ∾ *retulisset?* Ex. schol. = *sic gratiam retulisse.* Pinc. ci. 𝔊𝔊 = *mihi reddidisse beneficium diceres illum, si sic gratiam retulisset?* 𝔐

Contra nunc illud pone: si oblitus esset accepti beneficii, si nec temptasset quidem gratus esse, negares illum gratiam retulisse? At hic se diebus noctibusque lassauit et omnibus aliis renuntia- 3
uit officiis, huic uni inminens et operatus, ne qua se fugeret occasio. Eodem ergo loco erunt ille qui curam referendae gratiae abiecit et hic qui numquam ab illa recessit? iniquus es, si rem a me exigis, cum uideas animum non defuisse. Ad summam puta, cum captus esses, me pecuniam mutuatum rebus meis in securitatem creditoris obpositis nauigasse hieme tam saeua per infesta latrociniis litora, emensum quicquid periculi adferre potest etiam pacatum mare. peragratis omnibus solitu- 4
dinibus, cum quos nemo non fugiebat ego quaererem, tandem ad piratas perueni. et iam te alius redemerat: negabis me gratiam retulisse? etiamne si in illa nauigatione pecuniam quam saluti tuae contraxeram naufragus perdidi? etiamne si in uincula quae detrahere tibi uolui ipse incidi? negabis me retulisse gratiam? At mehercle Athenienses Harmodium et Aristogitonem 5
tyrannicidas uocant. et Mucio manus in hostili ara relicta instar occisi Porsenae fuit. et semper contra fortunam luctata uirtus etiam citra effectum propositi operis enituit. Plus praestitit qui

𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *mihi reddidisse beneficium diceres* [𝔐 = *dices*] *illum qui sic gratiam retulit?* Unus Ermi + *si sic gratiam retulisse.* H verba *At hic — renuntiavit officiis* collocat ante *Eodem ergo loco.* 𝔑 — 𝔈2. — *nunc* post *Contra* contra mstos etiam Pinc. 𝔑 — 𝔚 = *obliti* [voluerunt fortasse *oblati*] *beneficii.* 𝔈1. — *accepti.*

si nec temptasset q. = RGV 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *ne tentasset q.*

3. 𝔑 — 𝔅o = *diebus noctibusque se lassavit* (G 𝔑 — 𝔚 = *laxabit.* V H 𝔈1. = *lassabit*) contra mstos. RH 𝔑 — 𝔈1. = *renuntiabit.* 𝔐 𝔅1. = *et opperiens ne qua* contra mstos etiam Gr. Erm. ci. = *et operosus* aut *observans ne qua.* G = *ne quas se.* V = *loco erit.* RG = *Ad summa puta.* 𝔑 — 𝔈1. = *me pecuniam mutuam.* Grut. ci. = *me pecunia cum mutua.* sed retractavit. Pinc. quidam codd. = *appositis.* Pinc. ci. = *depositis.* Grut. ci. 𝔏 — 𝔅o = *hieme iam saeva.* Mss. etiam Gr. ∾.

4. V 𝔑 — 𝔚 = *solicitudinibus.* V + *cum his quos.* RGH Naz. P3. Col. — *non* ante *fugiebat.* P2. 𝔑 — 𝔚 = *non nemo fugiebat.* V = *tandem quaerens ad piratas.* Col. = *quaerentem.* R — *et* ante *iam te alius.* Naz. = *me* [sp. vc. trium fere litterarum] *gratiam retulisse.* RGH ex. schol. Naz. (s.m.) = *etiam nisi in illa* [H = *ipsa*] *nav.* P3. = *etiam nisi illa nav.* Col. = *etiam ubi in illa nav.* VP2. 𝔑 — 𝔏 ℑu = *etiam si in illa.* Naz. (p.m.) 𝔏4. — 𝔅o ∾. R ex. schol. Naz. P3. = *etiam nisi in vincula.* G = *etiam nisi vincula.* V = *etiamsi vincula.* Col. 𝔑 — 𝔚 = *etiam ubi vincula.* P2. = *etiam in vincula.* 𝔈1. — 𝔏 ℑu = *etiam ubi in vincula.* (H) Grut. ci. 𝔏4. — 𝔅o ∾.

5. V = *mehercles.* Rell. ∾.

et Mucio manus = RGVH 𝔑 — 𝔚 𝔏4. 𝔈1. — 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *et Mucii manus.* Verd. + *semper quae contra fortunam.* GScal. = *propositi operis emicuit.*

fugientes occasiones secutus est et alia atque alia captauit per quae referre gratiam posset quam quem sine ullo sudore gratum prima fecit occasio. XV. Duas, inquit, res ille tibi praestitit, uoluntatem et rem: tu quoque illi duas debes. Merito istud diceres ei qui tibi reddidit uoluntatem otiosam: huic non debes qui et uult et conatur et nihil intemptatum relinquit: utrumque enim praestat, quantum in se est. Deinde non semper numero numerus aequandus est: aliquando una res pro duabus ualet.
2 Itaque in locum rei succedit tam propensa uoluntas et cupida reddendi. Quodsi animus sine re ad referendam gratiam non ualet, nemo aduersus deos gratus est in quos uoluntas sola confertur. Dis, inquit, nihil aliud praestare possumus. Sed si huic quoque cui referre gratiam debeo nihil aliud praestare possum, quid est quare non eo aduersus hominem gratus sim quo nihil amplius in deos confero? XVI. Si tamen quid sentiam quaeris et uis signare responsum: hic beneficium recepisse se iudicet, ille se sciat non reddidisse. Hic illum dimittat, ille se teneat. hic dicat, *Habeo*, ille respondeat, *Debeo*. In omni

V𝔗 — 𝔏 𝔍u + *quam is quem sine ullo*. 𝔑 = *qui is sine ullo*. Rell. etiam Naz. P3. Col. ∾. 𝔑 — 𝔈1. = *primo fecit occasio.*

Cap. XV.

V = *inquis*. V = *qui tibi reddiderit.*

huic non debes qui et vult et conatur = cod. Lips. (habet tamen *et qui vult*). supple *dicere*. H = *huic vero debes qui et vult et conatur*. RG Naz. P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *huic vere* [Naz. P2. = *vero*] *debes et qui* [𝔈2. = *qui et*] *vult et* [P2. 𝔑 — 𝔈1. + *qui*] *conatur*. (*nõ* = non. *u'o* = vero. *u'e* = vere). V = *huic vere diceres sed qui vult et conatur*. Pinc. ci. = *huic vero qui vult et qui conatur* om. *debes*. 𝔈 — 𝔅o = *huic vero qui et vult et conatur*. P3. = *tentatum*. V 𝔈1. 2. = *reliquit*. Post hoc verbum libri addunt tria aut quatuor verba: RG P3. Col. 𝔑 — 𝔅 = *sed non potest dicere* (*potest* erat etiam in vet. Ermi et Agric.). Naz. (p.m.) *et non potest dicere*. VNaz. (s.m.) vet. Ermi (s.m.) 𝔈1. 2. *sed non potes dicere*. H quidam Ermi *sed non potes efficere*. Pinc. ci. 𝔈 — 𝔅o *non potes dicere*. Cod. Lips. *scilicet non potes dicere* (ex hoc *scilicet* natum illud *sed*). Subditiva haec reieci ex Lipsii sententia.

2. 𝔑 — 𝔅 = *Quid si animum sine re*. 𝔈1. = *Quid si animus*. 𝔐 = *animus sine te* contra mstos etiam Naz. P3. Col. G = *ad ferendam*. 𝔑 = *ad eferendam*. V = *Diis inquis*. H = *Diis inquam*. R = *praestare possum*. R — *Sed si huic* — *praestare possum*. 𝔈1. 2. = *nil aliud*. Naz. (s.m. ∾) = *quid est clara non*. Col. — *eo* ante *adversus*. Rell. etiam P2. 3. ∾.

Cap. XVI.

𝔑 — 𝔅 = *Vitam quid sentit quaeris*. 𝔈1. = *Bion quid sentit quaeris*. 𝔈2. = *Quid tamen sentiam quaeris*. Mss. etiam vet. Ermi ∾. G = *iudicetur*. Scal. + *ille se obligatum teneat*. RGH Naz. vet. Ermi (s.m.) 𝔑 — 𝔅 = *ille respondeat habeo*. 𝔈1. = *hic dicat non habeo, ille respondeat habeo*. 𝔈2. = ∾ *ille respondeat non habeo*. Col. = *ille respondeat non habes*. Alii Ermi + *ille respondeat non debeo*. Erm. ci.

quaestione propositum sit nobis bonum publicum: praecludendae
sunt excusationes ingratis, ad quas refugere non possint et sub
quibus infitiationem suam regere. Omnia feci. Fac etiam nunc.
Quid tu tam inprudentes iudicas maiores nostros fuisse, ut non 2
intellegerent iniquissimum esse eodem loco haberi eum qui pe-
cuniam quam a creditore acceperat libidine aut alea absumpsit et
eum qui incendio aut latrocinio aut aliquo casu tristiore aliena
cum suis perdidit? nullam excusationem receperunt, ut homi-
nes scirent fidem utique praestandam. Satius enim erat a pau- 3
cis etiam iustam excusationem non accipi quam ab omnibus ali-
quam temptari. Omnia fecisti ut redderes. Hoc illi satis sit,
tibi parum. Nam quemadmodum ille, si enixam et sedulam
operam transire pro inrita patitur, cui gratia referatur indignus
est: ita tu ingratus es, nisi ei qui uoluntatem bonam in solutum
accepit eo libentius debes, quia dimitteris. Non rapias hoc nec 4
testeris: occasiones reddendi nihilominus quaeras. Redde illi,
quia repetit, huic, quia remittit. illi, quia malus, huic, quia
non malus. Ideoque non est quod ad te hanc quaestionem iu-
dices pertinere an quod beneficium quis a sapiente acceperit red-
dere debeat, si ille desiit esse sapiens et in malnm uersus est.
Redderes enim et depositum quod a sapiente accepisses. etiam 5

= *ille resp. non habes* sive *non debes.* V Pinc. codd. P2. 3. ∾.

ad quas refugere non possint = R GVH quatuor Gr. i. e. ut ad eas refugere non possint. 𝔑 — 𝔊1. = *ad quos ref. non possit.* T = *at refugere non possunt.* 𝔊2. — 𝔅o — *non.*

2. 𝔑 — 𝔊1. — *haberi* post *eodem loco.* T = *libidine aut alea assumpsit.* RGV (p.m.) 𝔑 — 𝔅 = *libidini aut aleae assumpsit* (V s.m. = *consumpsit*). de quo vide. H = *libidini aut aleae absumpsit* (an potius *assumpsit?*). T = *in suis perdidit.* R V = *ut omnes scirent.* T = *sciret.*

3. R = *excusationem non accepi et ab hominibus aliquam.* G = *hoc illis satis sit.* R = *hoc illi satis est.* 𝔑 — 𝔊 — *sit.* Rell. etiam Pinc. ∾. 𝔑 — 𝔅 = *sed enixam.* 𝔊1. = *qui enixam.* R = *sedulam opera transsire.* G Tronc. Verd. Scal. 𝔑 — 𝔊1. = *in solutum accipit.* H = *in solutum acceperit.* V = *quam dimitteris.*

4. *Non rapias hoc nec testeris* = (H) Naz. P2. 𝔑 — 𝔅o. Col. = *Non rapias* [sp. vc.] *nec testeris.* RVT P3. = *Non rapias hoc nec steteris.* R GVH P3. Col. = *Redde illi quia repetit huic quia remittit. illi quia petit huic quia malus. Ideoque.* T = *Redde illi quia repetit quia remittit. illi quia bonus huic quia malus. Ideoque.* Naz. = *Redde illi quia repetit huic quia remittit. illi quia petit huic quia malus. illi quia repetit huic quia malus. Ideoque.* P2. 𝔑 — 𝔅o ∾ (𝔑 — 𝔅 = *Redde illa*). T = *hanc quaestionem ad te iudices pervenire.* DEW = *Quaeris an beneficium quod quis a sapiente accipiat* (E = *accepit*). RGT = *a sapiente accipit.*

si ille desiit = mss. etiam Gr. 𝔊ro — 𝔅o (R p.m. = *desit.* E = *desierit*). 𝔑 — 𝔊1. = *si ille desinat.* 𝔊2. — 𝔏4. = *si ille desinit.* E = *sapiens esse.* R — *esse.*

5. DW = *reddens depositum.* E

malo redderes creditum: quid est cur non et beneficium? Quia mutatus est ille, te mutat? Quid? si quid a sano accepisses, aegro non redderes, cum plus semper inbecillo amico debeamus? et hic aeger est animo: adiuuetur, feratur. stultitia morbus est animi. Distinguendum hoc quo magis intellegatur existimo. **XVII.** Duo sunt beneficia: unum quod dare nisi sapiens sapienti non potest. hoc est absolutum et uerum beneficium. alterum uolgare, plebeium cuius inter nos inperitos com-
2 mercium est. De hoc non est dubium, quin illi qualiscumque est debeam reddere, siue homicida siue fur siue adulter euasit. Habent scelera leges suas: melius istos iudex quam ingratus emendat. nemo te malum qui est faciat. Malo beneficium proiciam, bono reddam: huic quia debeo, illi ne debeam. **XVIII.** De altero beneficii genere dubitatur, quod si accipere non potui nisi sapiens, nec reddere quidem nisi sapienti possum. Puta enim me reddere: ille non potest recipere. non
2 est iam huius rei capax. scientiam utendi perdidit. Quid si me remittere manco pilam iubes? stultum est dare alicui quod accipere non possit. Ut respondere ab ultimo incipiam: Non dabo illi quod accipere non poterit. reddam, etiam si recipere non poterit. Obligare enim non possum nisi accipientem: liberari

— *enim et.* T = *Reddere enim depositum.* E = *quod a sapiente accepisti.*

etiam malo redderes = RGVTDEH W. 𝔑 — 𝔅o + *et etiam m. r.* E = *redderes debitum.* E = *cur et non beneficium.* DW — *et.* Vet. Ermi = *te mutas?* DW — *ille remutat?* D EW = *aegrolo non redderes.* E + *animo vel amico.* DW — *existimo.*

Cap. XVII.

DW + *unum quidem quod.* m𝔊2. = *hoc est solidum et verum.* H = *vulgare publicum.* T = *cui inter nos imperitos.* 𝔑 — 𝔊 + *inter nos et imperitos* contra mstos etiam Pinc. Gr.

2. E — *evasit.*

qui est faciat = RGVTDW Verd. Trist. Scal. E(H) 𝔑 — 𝔅o = *quia est, faciat.*

Malo beneficium proiciam, bono reddam: huic quia debeo, illi ne debeam = VE Naz. 𝔑 — 𝔅o. RGTH P2. 3. Col. = *Malo beneficium proici a bono* ∾ (T = *huic ne debeam*). DW = *Malo beneficia proici a bono* rell. om. Ex. Pinc. = *Malo beneficium proici a bono quam non reddi etiam malo. Reddam* ∾.

Cap. XVIII.

E = *non potuit.*

nec reddere quidem = RGVTEH 𝔑 — 𝔊. DW 𝔐 — 𝔅o = *nec r. q.* G Scal. = *quidem insipienti possum.* E — *Puta enim* — XXIII, 2. *ad credibilia perveniat.* V = *scientiam huius rei perdidit.* RGH = *utendi reddidit.*

2. V = *remittere maneo.* R = *mancopilem iubeas.* T = *pilum iubeas.* V = *illi qui accipere non poterit.* T = *quod recipere non potest. Et respondere.* RGT = *non dabo ulli.* Col. 𝔑 — 𝔏 𝔍u = *etiamsi accipere non poterit.* P3. = *ergo si accipere non poterit.* Rell. etiam Naz. P2. ∾ (G = *potuit*). DW — *enim et nisi.* V = *liberari tamen.*

tantum, si reddidi, possum. Ille uti illo non poterit? uiderit. penes illum erit culpa, non penes me. XIX. Reddere est, inquit, accepturo tradidisse. Quid enim, si cui uinum debeas et hoc ille te infundere reticulo iubeat aut cribro: reddidisse te dices aut reddere uoles quod, dum redditur, inter duos pereat? Reddere est id quod debeas ei cuius est uolenti dare. hoc unum mihi praestandum est. Ut quidem habeat quod a me accepit, iam ulterioris est curae. Non tutelam illi, sed fidem debeo. multoque satius est illum non habere quam me non reddere. Et creditori statim in macellum laturo quod acceperit reddam. 2
etiam si mihi adulteram cui numerem delegauerit soluam, et si nummos quos accipiet in sinum suum discinctus fundet, dabo. Reddendum enim mihi est, non seruandum, cum reddidero, ac tuendum. Beneficii accepti, non redditi custodiam debeo. Dum apud me est, saluum sit: ceterum, licet accipientis manibus effluat, dandum est reposcenti. Reddam bono, cum expediet, 3
malo, cum petet. Tale, inquit, illi beneficium quale accepisti non potes reddere: accepisti enim a sapiente, stulto reddis.

si reddidi, possum = RGVTsDH W Naz. P2. Col. 𝔏4. 𝔅2. D P3. 𝔑 — 𝔅 = *si reddi possum.* 𝔈1. — 𝔏𝔍u 𝔊ro — 𝔑u 𝔅o = *si reddo, possum.* Cod. Iur. = *possum. quomodo accipiat viderit.*

Cap. XIX.

T — *Reddere — Quid enim.* V = *inquis.* Col. = *Reddere iniquum est.* D(s∾)W = *acceptum tradidisse.*

ille te infundere = RGV Gr. 𝔅2. T = *illi te infundere cribro* rell. om. DW = *ille te effundere.* 𝔑 — 𝔑u 𝔅o — *te.* Tronc. = *effundere iubeat aut cribro infundere.*

inter duos pereat = mss. etiam Gr. 𝔊ro — 𝔅o. 𝔑 — 𝔏4. = *inter duos perit.* T — *Reddere — est curae.* DW — *ei cuius est.*

ut quidem habeat = 𝔈2. — 𝔅o. Mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *Ut quidam debeat.* Pinc. ci. = *Ut custodiam debeam eius quod a me.* Grut. ci. + *Ut quidem id habeat.*

2. D — *Et.*

quod acceperit = RGVTHW P2. Col. Tronc. Verd. Scal. 𝔊ro — 𝔅o. V Lectius = *quod accepi.* Naz. = *quod acceperet.* 𝔑 — 𝔏4. = *quod accepit.* RG = *delegaverit solum.* H = *delegaverat solvi.* R = *et si numeros quos.* RG = *discinctos fundet.* Col. = *distinctos fundet.* Naz. (s.m.) = *discinctos infundet.* TD (s.m.) W P2. 3. 𝔈1. — 𝔐 = *discinctum fundet.* D (p.m.) 𝔑 — 𝔅 = *distinctum fundet.* Naz. (p.m.) V ∾ (V = *discintus*).

ac tuendum = RGVTCDH. Gr. partim = *ac* partim = *at tuendum.* 𝔑 — 𝔅o = *aut tuendum.* probat Grut. D = *custodiam debebo.* W = *custodiam praebeo.* CDW — *Dum apud me* — XX, 5. ex. *poscit.*

3. *Reddam bono* = 𝔈2. — 𝔅o. Naz. (p.m.) = *Redda bono.* RGVT H Gr. (etiam Naz. s.m.) 𝔑 — 𝔈1. = *Reddo bono.* Quid, si scriptum fuerit *Redde bono?* T = *cum expedit. malo cum reposcet.*

Tale, inquit, illi beneficium quale accepisti non potes reddere = Naz. RT — *illi.* sR (r.m.) GV (H) 𝔑 — 𝔅o = *Tale, inquit, benef. q. accepisti non illi potes reddere.*

Non. reddo illi quale nunc potest accipere. nec per me fit
quod deterius, sed per illum. id quod accepi reddam. Cui, si
ad sapientiam redierit, reddam. Quale, dum in malis, red-
4 dam? Quale ab illo potest accipi. Quid, inquit, si non tan-
tum malus factus est, sed ferus, sed inmanis, qualis Apollo-
dorus aut Phalaris: et huic beneficium quod acceperas reddes?
Mutationem sapientis tantam natura non patitur. nam in pessi-
ma ab optimis lapsus necesse est etiam in malo uestigia boni te-
neat. Numquam tantum uirtus exstinguitur, ut non certiores
5 animo notas inprimat, quam ut illas eradat ulla mutatio. Fe-
rae inter nos educatae sunt. in siluas eruperunt: aliquid man-
suetudinis pristinae retinent tantumque a placidissimis absunt
quantum a ueris feris et numquam humanam manum passis.
Nemo in summam nequitiam incidit qui umquam haesit sapien-
tiae. altius infectus est, quam ut ex toto elui et transire in
6 colorem malum possit. Deinde interrogo utrum iste ferus sit
animo tantum an et in perniciem publicam excurrat? Propo-

Non. reddo illi = RGTH omnia exx. Pinc. mNaz. (quid habeat contextus, latet) Col. P3. (hic non habet punctum) 𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o. VP2. cod. Lips. = *Nam reddo illi.* probat Lips. Pinc. ci. = *Nunc reddo illi.* 𝔐𝔑 — 𝔏4. = *Imo reddo illi.* Muretus *Imo* sumpsit ab Erasmo hunc locum explicante. idem tamen male, „Locum hunc," inquit, „ut alios sane quam multos, depravaverat Erasmus." Ego quidem non diiudicaverim, uter plures Senecae locos depravaverit, Erasmus an Muretus. T = *quale non potest.* RGTH Naz. P3. Col. = *nec* [H = *ne*] *per me fit quid* [H Naz. = *quod*] *deterius. id quod accepi reddam sed per illum.* V P2. ∾ *quid deterius* ∾. 𝔈1. — 𝔏4. — *quod.* 𝔑 — 𝔅 𝔊ro — 𝔅o ∾.

reddam. Quale, dum in malis, reddam? Quale = RGV Naz. TH + ∾ *dum in malis est* ∾. P2. = *id quod accepi reddam. Quale dum in malis est reddam* rell. om. Naz. (s.m.) P3. = *cui sed ad sapientiam redierit reddam. Quale dum in malis reddam. Quale ab illo.* 𝔑 — 𝔅 = *Cui sit ad sapientiam reddiderit reddam. Quale dum in malis est reddam: quale.* 𝔈1. = *Qui si ad sapientiam redierit, reddam. Quale dum malus est reddam? quale.* 𝔈2. — 𝔅o = *reddam quale accepi: dum in malis* [𝔈2. — 𝔐 = *malus*] *est, reddam quale ab illo.* Naz. = *in illo potest accepi.*

4. T — *Quid, inquit* — § 5. *manum passis.* R = *Quid sit* [*t* n.] *inquit.* V = *inquis.* R (s∾) = *sed ferus, sed inanis.* P3. = *Appolidorus.* Col. = *Apolledorus.* Rell. etiam Naz. P2. ∾. GVII quatuor Gr. = *non in pessima.* R 𝔑 — 𝔅o ∾. V + *lapsus est.* sG = *lassus.* 𝔈1. — 𝔅1. 𝔅o + *Nunquam in tantum* contra mstos etiam Gr. R = *at non certiores.*

5. *Ferae inter nos educatae sunt. in silvas* = RGVII Gr. 𝔑 — 𝔅. Grut. ci. = *educatae, simul in silvas.* 𝔈1. — 𝔅o = *educatae, cum in silvas.* RV Naz. = *qui numquam haesit.* P3. = *qui nusquam haesit.* G Scal. = *nisi qui nunquam haesit.* Grut. ci. = *qui nonnunquam haesit.* TH (P2.) 𝔑 — 𝔅o ∾.

in colorem malum = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *in colorem alium.*

6. T — *Deinde interrogo* — XX, 3. *lascivientium mittam.* Quidam apud Grut. cii. = *ferus sit amico sive domi tantum.*

suisti enim mihi Apollodorum et Phalarin tyrannum, quorum si naturam habet intra se malus, quidni ego isti beneficium suum reddam, ne quid mihi cum illo iuris sit amplius? Si uero san- 7
guine humano non tantum gaudet, sed pascitur, sed et suppliciis omnium aetatum crudelitatem insatiabilem exercet nec ira, sed auiditate quadam saeuiendi furit, si in ore parentum liberos iugulat, si non contentus simplici morte distorquet nec urit solum perituros, sed excoquit, si arx eius cruore semper recenti madet: parum est huic beneficium non reddere. Quicquid erat 8
quo mihi cohaereret intercisa iuris humani societas abscidit. Si praestitisset quidem aliquid mihi, sed arma patriae meae inferret: quicquid meruerat perdidisset et referre illi gratiam scelus haberetur. si non patriam meam inpugnat, sed suae grauis est et sepositus a mea gente suam exagitat: abscindit nihilominus illum tanta prauitas animi. etiam si non inimicum, inuisum mihi efficit. priorque mihi ac potior eius officii ratio est, quod humano generi quam quod uni homini debeo. XX. Sed quam-

mihi Apollodorum et Phalarin tyrannum = (H) 𝔈2. — 𝔅o (𝔈2. — 𝔊 = *Phalarim*). RV = *mihi Phalarin* [V = *falarim*] *et tyrannum*. ita etiam Gr. sed quidam eorum = *Phalarum*, alius = *Phalanum*, hoc ambigua scriptura. G — *Apollodorum*. 𝔑 — 𝔈1. = *mihi autem* [𝔅 𝔈1. = *aut prohalatum et titanum*. Cod. Agric. = *prohalantum et Titanum*. „Ex priore fecerat *Halantum*. nec abhorrebant vestigia vetusti cod., etiamsi quispiam fecerat ex *phalanto Phalarim*.“ haec Erm. V = *naturam habent*.

intra se malus = Naz. 𝔈2. — 𝔅o. Rell. mss. etiam Pinc. Gr. — *se*. probant Pinc. Grut. 𝔑 — 𝔅 = *intra malos*. 𝔈1. = *intra muros*. R = *Quid tu? Ego isti*.

cum illo iuris sit = RGV. 𝔑𝔗 = *cum sit iuris*. 𝔅 — 𝔅o = *cum eo sit iuris*.

7. *sed pascitur* = RGVH Gr. 𝔑 — 𝔈1. 𝔏4. 𝔊ro 𝔅2. 𝔈2. — 𝔏𝔍u 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *et pascitur*. Col. 𝔅2. = *si et suppliciis*. probat Grut. Rell. etiam Naz. P2. 3. ∾. RGVH P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔊 = *in ora parentum*. non improbat Grut. Naz. 𝔐 — 𝔅o ∾ (Naz. = *parentium*).

liberos iugulat = RGVH Gr. cod. Delbcn. 𝔅2. 𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *filios iugulat*. R = *si non contemptus*.

si arx eius cruore semper recenti = Grut. ci. (ex dubiis litteris Naz. *arcemque*) 𝔊ro 𝔑u — 𝔅o. Grut. capit de rupe Tarpeia. (cf. Suspicc. XXVII, 9.) Lips. intelligit tyrannorum proprias arces. RG P3. Col. = *si arsit eius cruorem et semper recenti*. VH = *si arsit eius cruore et semper recenti*. P2. 𝔑 — 𝔊 = *si ars eius est cruor et semper recenti*. 𝔐 — 𝔏4. 𝔅1. = *si ara eius cruore semper recenti* ex Mur. ci. Verd. = *si arx eius al. si atrium eius cruore semper recenti madet. forte respiciẽs ad illud* (haec tamen extrema verba non codicis illius videntur esse, sed potius Dalechampii). R + *madet. madet*.

8. G(cr. ∾) = *sed amara patriae*. H = *meruerat perdiderat*. V = *gratiam sceleris haberetur*. Verd. = *si vero patriam meam*. Naz. = *positus a mea gente*.

abscindit nihilominus = RG Gr. 𝔅2. V(H) 𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *abscidit nihilominus*. RGH = *officio ratio est*.

uis hoc ita sit et ex eo tempore omnia mihi in illum sint libera ex quo corrumpendo fas omne, ut nihil in eum nefas esset, effecerit: illum mihi seruandum modum credam, ut, si beneficium illi meum neque uires maiores daturum est in exitium commune nec confirmaturum quas habet, id autem erit quod illi
2 reddi sine pernicie publica possit, reddam. Seruabo filium eius infantem: quid hoc beneficium obest cuiquam eorum quos crudelitas eius lacerat? pecuniam quae satellitem stipendio teneat non subministrabo. Si marmora et uestes desiderauerit, nihil oberit cuiquam id quo luxuria eius instruitur: militem et arma non subgeram. Si pro magno petet munere artifices scenae et
3 scorta et quae feritatem eius emolliant, libens offeram. Cui triremes et aeratas non mitterem, lusorias et cubiculatas et alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam. Et si ex toto eius sanitas desperata fuerit, eadem manu beneficium omnibus dabo, illi reddam: quoniam ingeniis talibus exitus remedium est optimumque est abire ei qui ad se numquam rediturus est.
4 Sed haec rara nequitia est et semper portenti loco habita, sicut hiatus terrae et e cauernis maris ignium eruptio. Itaque ab illa recedamus: de iis loquamur uitiis quae detestamur sine hor-

Cap. XX.

𝔑 — 𝔈2. + *omnia mihi in illum bona* contra mstos etiam Pinc. RGH 𝔑 — 𝔊 = *ita autem erit quod illi.* Verd. = *id ita etiam erit quod illi.*

2. V = *qua satellitem.*

vestes desideraverit = RGVH Naz. P2. 3. 𝔊ro — 𝔅o. Col. 𝔐 — 𝔏4. = *vestes desiderabit.* 𝔑 — 𝔊 = *vestes desideravit.* R = *Sed pro magno petet.* H — *Si pro magno — lascivientium mittam.* R = *artifices cenae.* T + *eadem manu qua.*

3. *Cui triremes et aeratas* = Erm. ci. 𝔊ro — 𝔅o. probant Brodaeus (Miscell. IV, 13.) et Turneb. (Adverss. XXVIII, 23.). Ex. d. Franc. = *Cui Tyrrhenicas et ceratas.* RGV Naz. P3. Col. 𝔑 — 𝔊 = *Cui triremes et ceratas* (*caer.*). P2. = *Cui triremes et caratas.* Pinc. ci. = *cecyras* sive *cercuros.* 𝔐 — 𝔏4. = *Cui tr. et cerastas.*

quoniam ingeniis talibus = RGVTH Naz. P3. Col. Scal. 𝔅2. Omnia exx. Pinc. P2. 𝔑 — 𝔊 = *quanquam ing. tal.* Pinc. ci. = *namque ingen. tal.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *quando ing. tal.* 𝔑 — 𝔅o + *vitae exitus* contra mstos.

optimumque est abire = Naz. Col. 𝔅2. RGVTH Pinc. v. l. 𝔖 — 𝔑u𝔅o = *optimumque est obire.* 𝔑 — 𝔈2. = *Optimum est obire.* RG = *qui a ad se numqaam.* T = *redditurus est.*

4. RG Naz. P3. Col. = *Sed haec rare* [Col. = *tute*] *nequitia est semper.* VTH P2. ∾. T = *potenti loco.* 𝔑 — 𝔅 = *habita fuit: hiatus terrae.* 𝔈1. — 𝔐 = *habita fuit, ut hiatus terrae.* Mss. etiam Gr. ∾.

et e cavernis = RGVTH 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *et de cavernis.* T — *Itaque ab illa* — § 5. *sed darem.* H — *Itaque ab illa* — § 5. *eius prodesse.*

de iis loquamur vitiis quae detestamur sine horrore = Gron. ci. 𝔊ro — 𝔅o (𝔊ro — 𝔅o = *de his*). Naz. G = *de iis* [G = *de his*] *loquamur ut iis* [G = *ut his*] *quae det.* RP3. = *recedamus ut his quae detestamur* (Gron. rursus male legit R, ex quo laudat *loquamur*). V P2. Col. 𝔑 —

rore. Huic homini malo quem inuenire in quolibet foro possum, quem singuli timent, reddam beneficium quod accepi. Non oportet mihi nequitiam eius prodesse: quod meum non est 5
redeat ad dominum, bonus sit an malus. Quid? diligenter istud excuterem, si non redderem, sed darem. Hic locus fabulam poscit. XXI. Pythagoricus quidam emerat a sutore phaecasia, rem magnam non praesentibus nummis. Post aliquot dies uenit ad tabernam redditurus et, cum clausam diu pulsaret, fuit qui diceret: *Quid perdis operam? sutor ille quem quaeris elatus, conbustus est. Quod nobis fortasse molestum est qui in aeternum nostros amittimus, tibi minime qui scis futurum, ut renascatur.* iocatus in Pythagoricum. At philoso- 2
phus noster tres aut quatuor denarios non inuita manu domum retulit subinde concutiens. Deinde cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam uoluptatem intellegens arrisisse sibi illud lucellum redit ad eamdem tabernam et ait: *Ille tibi uiuit. redde quod debes.* Deinde per clostrum qua se commissura

𝔈1. = *de his loquamur ut de his* [V = *hiis*] *quae detestamur* (𝔑 — 𝔅 = *detestantur*). 𝔈2. — 𝔏4. = *de his loquamur quae detestamur.* RV = *sine errore.*

5. G = *prodisse.*

quod meum non est redeat ad dominum, bonus sit an malus = RGV Pinc. v. l. Naz. P2. 3. Col. cod. Lips. 𝔊ro — 𝔅o. H + *quod ergo meum non est.* 𝔑 — 𝔅 = *quod in eum non est* ∾. 𝔈1. — 𝔏4. = *quod in me non est redeat domum, bonus* [𝔈1. = *bonus sit*] *an malus.*

Quid? diligenter istud = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. = *Qui diligenter istud.* 𝔈2. — 𝔅o = *Quam diligenter istud.* Pinc. ci. = *Diligenter istud* aut *Quidni? diligenter istud.* H — *Quid? diligenter — poscit.* P3. + *sed non darem.* Col. = *si non darem.*

Cap. XXI.

C = *emerat sculpturam phecasiam.* DW = *emerat a sculptore phecasiam* (W = *phetasia*). T = *phecusia.* Col. + *rem non magnam.* D = *magistrum.* Lips. ci. = *re non magna.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔑 — 𝔅 = *rem magnam non poscentibus minimis.* T = *diu portaret.*

Quid perdis operam? = Naz. 𝔑u — 𝔅o. V = *Quid perdis opera tua?* Rell. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅1. + *operam tuam.* CsDW = *sculptor* [Dp.m. = *sultor*] *ille quem quaeris.* RG P2. 3. Naz. 𝔑 — 𝔅 = *electus, combustus est.* T = *electus et combustus est.* V = *eiectus et combustus est.* DW P1. Col. 𝔈1. = *eiectus, combustus est.* R (s∾) = *qin aeternum.* C — *qui scis.* DW + *quod in futurum ut.*

2. Ex. Schol. = *At Pythagoricus noster.* DW — *tres aut quatuor.* 𝔈1. — 𝔅1. = *treis aut quatuor.* T — *domum — reprehendisset.* T — *tacitam.* VCD P3. Verd. Trist. m𝔈2. = *tacitam voluntatem.* Rell. etiam Gr. ∾. T = *intelligas arrisisse.* V = *intelligens adusisse.* W + *lucellum i. e. parvum lucrum.* TC Tronc. Verd. = *rediit.* T — *eamdem.* T = *ille tibi nunc redde.* D (s∾) = *vivet.* 𝔑 — 𝔏4. + *tu redde* contra mstos etiam Gr. 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *quos debes.* TCmD = *Deinde per claustrum.* D = *Deinde inde per lustra.* W = *deinde perlustra.* H = *Deinde per dostrum.* Germ. Lat. Latin. = *Deinde per ostium.*

laxauerat quatuor denarios in tabernam inseruit ac misit poenas a se exigens inprobae cupiditatis, ne alieno adsuesceret. XXII. Quod debes quaere cui reddas et, si nemo poscet, ipse te adpella. Malus an bonus sit ad te non pertinet. Redde et te accusa: oblitus es quemadmodum inter uos officia diuisa sint. illi obliuio imperata est, tibi meminisse mandauimus. Errat tamen, si quis existimat, cum dicimus eum qui beneficium dedit obliuisci oportere, excutere nos illi memoriam rei praesertim honestissimae: quaedam praecipimus ultra modum, ut ad
2 uerum et suum redeant. Cum dicimus, Meminisse non debet: hoc uolumus intellegi, Praedicare non debet nec iactare nec grauis esse. Quidam enim beneficium quod dederunt omnibus circulis narrant. hoc sobrii loquuntur, hoc ebrii non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt. Ut haec nimia et exprobratrix memoria subsideret, obliuisci eum qui dedit iussimus, et plus imperando quam praestari poterat silentium suasimus. XXIII. Quotiens parum fiduciae est in his quibus imperes, amplius est exigendum quam sat est, ut praestetur

𝔑 — 𝔊 = *Deinde per clostrium.* VW = *lassaverat.* CDW — *quatuor.* Tronc. = *in tabellam inseruit.* DW = *insuesceret.*

Cap. XXII.

H — *Quod debes* — § 2. *hec gravis esse.* CsD Put. Verd. Trist. + *Sic tu quod debes.* non improbat Opsop. D + *Si tu quod debes.* WP1. = *Sic tu qui debes.* Col. = *quare cui* om. *reddas.* G — *reddas.* V = *poscit.* 𝔈1. — 𝔊 = *nemo posset.* D — *te* post *ipse.* Naz. — *sit* post *bonus.*

Redde et te accusa = cod. Delben. T = *Redde et accusa te.* RGV Gr. 𝔑 — 𝔙𝔬 — *te.* CD — *Redde* — *mandavimus.* Sed pro his alia substituunt: *Non enim tibi debet. eius prodesse malignitas.*

Oblitus es = Naz. RGVT P3. Col. — *es.* P2. 𝔑 — 𝔙𝔬 = *non oblitus* om. *es.* V P2. Col. 𝔑 — 𝔈2. = *inter nos officia.*

divisa sint = Naz. RGVT rell. Gr. 𝔑 — 𝔙𝔬 = *divisa sunt.* GT = *Illi oblivio intemperata est.* CW — *tamen* post *Errat.* D = *Erras* om. *tamen.*

qui beneficium dedit = VTCH P2. 3. 𝔑 — 𝔙𝔬. RG Naz. Col. = *qui beneficium reddit.* DW P1. = *qui benef. reddat* (sD *dat*). RGV Gr. 𝔑 — 𝔙 = *Quae praecipimus.* Pinc. v. l. m𝔈2. = *Quaedam ideo petimus* (alii Pinc. = *praecepimus*). Pinc. ci. = *Quaedam petimus* [= 𝔈𝔊] vel ∾. C — *Quaedam* — XXIII, 2. *incredibilia perveniat.* DW — *Quaedam* — *redeant.* T𝔈2. — 𝔙𝔬 ∾. R — *ultra modum.* 𝔈1. 2. = *ut adversum suum redeant* contra mstos etiam Pinc. Gr. P3. + *et ad suum.*

2. DW — *Quidam enim* — XXIII, 1. *fiduciae est.* H — *enim.* T = *omnibus obviis narrant.* H = *subsidat* ∾ *iubemus.*

Cap. XXIII.

Quotiens — *fiduciae est* apud D leguntur in margine. H — *Quotiens* — § 2. *similis sit oblito.* T = *pari infiduciae.*

quibus imperes = RGVTDW Naz. P2. 3. 𝔑 — 𝔈1. P1. Col. = *quibus impares.* 𝔈2. — 𝔙𝔬 = *quibus imperas.*

quam sat est = RGT Verd. Trist.

quantum sat est. In hoc omnis hyperbole extenditur, ut ad uerum mendacio ueniat. Itaque ille, cum dixit,

Qui candore niues anteirent, cursibus auras.

quod non poterat fieri dixit, ut crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit,

His inmobilior scopulis, violentior amne.

nemini hoc quidem se persuasurum putauit aliquem tam inmobi- 2
lem esse quam scopulum. Numquam tantum sperat hyperbola quantum audet: sed incredibilia adfirmat, ut ad credibilia perueniat. Cum dicimus, Qui beneficium dedit obliuiscatur, hoc dicimus, similis sit oblito. memoria eius non adpareat nec incurrat. Cum dicimus beneficium repeti non oportere, non ex 3
toto repetitionem tollimus: saepe enim opus est malis exactore, etiam bonis admonitione. Quid ergo? occasionem ignoranti non ostendam? necessitates illi meas non detegam, quare nescisse se aut mentiatur aut doleat? Interueniat aliquando admonitio, sed uerecunda, quae non poscat nec in ius uocet. XXIV. Socrates amicis audientibus, *Emissem,* inquit, *pallium, si nummos haberem.* Neminem proposcit, omnes admonuit. a quo

Scal. V(DW) 𝔑 — 𝔅o = *quam satis est.*

quantum sat est = RGT. DW — *sat.* VsD 𝔑 — 𝔅o = *quantum satis est.* Col. = *omnes hyperbole extendit* (s *extenduntur*). P3. = *omnis hyperbole ostenditur.* 𝔑 — 𝔐 = *omnis hyp. excedit.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. T = *ut ad verum modum ratio veniat.*

Itaque ille, cum dixit = RGV Naz. P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔐 𝔅2. TDW Pinc. v. l. P1. = *Itaque ille qui dixit.* Quidam codd. Pinc. = *Itaque iste qui dixit.* 𝔏 — 𝔐u 𝔅o = *Itaque qui dixit.* T = *quod candore nives.* T — *Et qui dixit* — § 2. *quam scopulum.*

2. *nemini hoc quidem* = 𝔊ro — 𝔅o. Naz. (p.m.) = *nemine hoc q.* Naz. (s.m.) Agric. ci. 𝔊 — 𝔏4. = *ne hoc q.* RGVDW codd. Ermi P1. 2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈2. — *nemini.* R (s∾) = *persuasum.* R = *non quantum sperat.* T = *Numquam tamen sperat.* D = *superatur tantum* [T =] *yperbole.* W = *superat hyperbolae.* R(p.m.) = *hyperbolum.* T — *sed incredibilia adfirmat.* DW — *sed incred.* — § 3. *admonitione.* pro his habent *dicere fortasse aliquis.* R — *adfirmat ut ad incredibilia.*

3. H = *exactione.* VP2. 𝔑 — 𝔏4. = *etiam bonis admonitore.* H — *etiam.* Rell. etiam Gr. Scal. ∾. Sed C pergit: *Cum dicimus. meminisse non debet hoc volumus intelligi: predicare non debet. nec iactare nec gravis esse* ∾ *Itaque ille qui dixit* ∾ *Numquam tantum superat yperbola quantum audet. Dicet fortasse aliquis.* Ex. Francisc. + *ignoranti illi.* C = *ignorandi ei.* D = *ignorandi illi.* W = *ignorandum illi.* Rell. etiam Gr. ∾. H — *quare* — *doleat.* E = *sed cum verecundia.* W = *sed verenda.* R = *quae non pascat nec unius vocet.* V = *quae non postulet.* DW (s.m.) = *nec minus* [W p.m. = *munus*] *vocet.* T = *nec in res vocet.*

Cap. XXIV.

E = *Emerem palium inquit.* DW = *si nummos habuissem.* D + *cum omnes admonuit.* H — [illegible]cipe-

acciperet ambitus fuit. Quidni esset? Quantulum enim erat quod Socrates accipiebat? at multum erat eum fuisse a quo So-
2 crates acciperet. Num illos castigare mollius potuit? ***Emissem,*** inquit, ***pallium, si nummos haberem.*** Post hoc quisquis properauerit sero dat. iam Socrati defuit. Propter acerbos exactores repetere prohibemus, non ut numquam fiat, sed ut parce.
XXV. Aristippus aliquando delectatus unguento: ***Male,*** inquit, ***istis effeminatis eueniat qui rem tam bellam infamauerunt.*** Idem dicendum est: Male istis inprobis et inportunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eueniat qui tam bellam rem, admonitionem inter amicos, sustulerunt. Ego tamen utar hoc iure amicitiae et beneficium ab eo repetam a quo petissem, qui alte-
2 rius beneficii loco accepturus est potuisse reddere. Numquam ne querens quidem dicam:

Eiectum litore egentem
Excepi et regni demens in parte locaui.

Non est ista admonitio, conuicium est. Hoc est in odium beneficia perducere. hoc est efficere, ut ingratum esse aut libeat aut iuuet. Satis abundeque est submissis et familiaribus uerbis memoriam reuocare:

ret — *Socrates acciperet.* P3. = *ambitus sum.* 𝔑 — 𝔈1. = *ambiguus fuit.* R — *enim* post *Quantulum.* R Langob. Naz. P3. = *aut* [Erf. =] *multum erat eum fuisse.* Col. = *aut multum erat cum fuisset.* DW P1. = *aut non multum erat eum fuisse.* VT P2. 𝔑 — 𝔈1. = *nonne multum erat eum meruise.* 𝔈2. — 𝔊 = *Aut multum erat emeruisse.* 𝔐 — *eum.* 𝔏ℨu = *at multum erat commeruisse.* G Delb. ∾.

2. *Num illos castigare* = GV (W) Naz. P2. Delben. 𝔊ro — 𝔅o. R = *aut illos castigare.* TH (CDE) P3. 𝔑 — 𝔏4. = *Non illos castigare.* CD E (s∾) W P1. Col. = *melius potuit.* G (n.) + *mollius posset? potuit.* V + *Emissem enim inquit.* EH — *Emissem* — *haberem.* DW = *si nummos habuissem.* 𝔑 — 𝔏4. = *Post haec quisquis* contra mstos etiam Gr. D = *Post hoc si quis.* T = *properavit sero dedit.* CD = *properavit* ∾. H + *itaque propter acerbos.* H = *sed parce* om. *ut.*

Cap. XXV.

CEH — *Aristippus* — *potuisse reddere.* DW — *Aristippus* — XXV, 2. ex. *alium occupatio.* T + *corruperunt infamaverunt.*

qui tam bellam rem, admonitionem = Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅o. Naz. = *quam bellarem admonitionem.* Rell. etiam Gr. 𝔑 — 𝔏4. — *rem.* T — *accepturus.*

2. H = *Nunquam conquerens dicam.* T — *quidem* post *querens.*

Non est ista admonitio, convicium est = E Naz. 𝔑u 𝔅2. RGVTα P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈1. + *Non est ista admonitio. immo convicium est.* 𝔈2. — 𝔅1. 𝔅o + *Non est ista admonitio, non: convicium est.* H + *Non est enim ista admonitio, sed convicium est.* C = *Est ista admonitio. illos castigare convicium est.* E = *beneficia adducere.*

aut libeat aut iuvet = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔅. 𝔈1. — 𝔅o = *aut liceat aut iuvet.* Erm. ci. = *submisse familiaribus.* probat Steph. Prood. II, 8.

Si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
Dulce meum.

Ille inuicem dicat: Quidni merueris? eiectum litore egentem ex-
cepisti. XXVI. Sed nihil, inquit, proficimus: dissimulat, ob-
litus est. quid facere debeam? Quaeris rem maxime necessa-
riam et in qua hanc materiam consummari decet, quemadmodum
ingrati ferendi sint. Placido animo, mansueto, magno. Num-
quam te tam inhumanus et inmemor et ingratus offendat, ut non
tamen dedisse delectet. Numquam in has uoces iniuria inpellat:
Uellem non fecisse. Beneficii tui tibi etiam infelicitas placeat. 2
Semper illum poenitebit, si te ne nunc quidem poenitet. Non
est quod indigneris, tamquam aliquid noui acciderit: magis mirari
deberes, si non accidisset. Alium labor, alium inpensa deter-
ret. alium periculum, alium turpis uerecundia, ne dum reddit
fateatur accepisse. alium ignorantia officii, alium pigritia, alium
occupatio. Adspice quemadmodum inmensae hominum cupidita- 3
tes hient semper et poscant: non miraberis ibi neminem reddere
ubi nemo satis accepit. Quis est istorum tam firmae mentis ac
solidae, ut tuto apud eum beneficia deponas? Alius libidine in-
sanit, alius abdomini seruit, alius lucri totus est cuius summam,
non uias spectat. alius inuidia laborat, alius caeca ambitione
et in gladios inruente. Adice torporem mentis ac senium et con- 4

E = *Quidni meruerim?*

Cap. XXVI.

R(m∾) — *Sed nihil — proficimus.* 𝔑 — 𝔏𝔍u = *profecimus* contra mstos etiam Gr. C = *quid facere debeat querit.* EH = *quid facere debeas queris.* CE — *rem maxime — mansueto, magno.* G = *rem maximam.* T = *ingrata ferendi* [V =] *sunt.*

2. 𝔑 — 𝔏𝔍u — *tibi* post *Beneficii tui.* CE — *semper illum — poenitet.* RT = *nec nunc quidem.* Rell. ∾. C = *mirari debeat.* α = *mirari desideres.* 𝔑 — 𝔊 = *mirari debes.* Rell. ∾. CE — *Alium labor — alium occupatio.*

3. R = *non miraris ibi.*

satis accepit = RGVTαCDHW. E𝔑 — 𝔅o = *satis accipit.* H — *Quis est istorum* — XXVII, 3. *senes pallidos.* 𝔑 — 𝔐 = *tam firmae voluntatis* contra mstos etiam Pinc. Gr. T = *ac stolidae.* V = *abdomen servit.* α = *abdominis eruit.*

alius lucri totus = G quidam Ermi 𝔐 — 𝔅o. RGVαDW quinque Gr. = *alius lucritosus.* Cod. Iur. = *alius lucricosus.* probat Iuretus. sE 𝔑 — 𝔊 = *alius lucrosus.* TE = *alius luxuriosus.* C = *alius curiosus.* VCW Pl. = *cuius summa.*

non vias spectat = sE Naz. 𝔊ro — 𝔅o (𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *spectet*). E = *non tua spectat.* Col. = *non ius spectat.* RGVTαCD Pl. 2. 3. Erf. = *non vices spectat.* Cod. Lips. = *non vinces spectat.* Lips. probat *non vices sp.* sed ci. = *non vinces: peccat alius invidia, laborat alius caeca.* 𝔑 — 𝔏4. = *non vinces: alius invidia.*

et in gladios inruente = Naz. Col. 𝔑u 𝔅2. T = *etiam in gladios ruente.* D = *et in gladios ruentes.* Cod. Iur. = *ambitio*[illegible]

traria huic inquieti pectoris agitationem tumultusque perpetuos. adice aestimationem sui nimiam et tumorem ob quae contemnendus est insolentem. Quid contumaciam in peruersa nitentium, quid leuitatem semper aliquo transsilientem loquar? Huc accedat temeritas praeceps et numquam fidele consilium daturus timor et mile errores quibus uoluimur: audacia timidissimorum, discordia familiarissimorum et publicum malum incertissimis fidere, fastidire possessa quae consequi posse spes non fuit. XXVII. Inter adfectus inquietissimos rem quietissimam, fidem, quaeris? Si tibi uitae nostrae uera imago succurret, uideberis tibi uidere captae cum maxime ciuitatis faciem in qua omisso pudoris rectique respectu uires in concilio sunt uelut signo ad permiscenda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur: solut*a* legibus scelera sunt. ne religio quidem quae inter arma hostilia supplices texit ullum inpedimentum est ruentium in prae-
2 dam. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex profano, hic ex sacro rapit. hic effringit, hic transsilit. hic non contentus angusto itinere ipsa quibus arcetur euertit et in lucrum ruina uenit. Hic

dios ruit. probat Iuretus. RGVαC ℜ — 𝔅1. 𝔅o = *et in gladios ruente.* E — *et in gladios* — § 4. *eloquar?*

4. *et contraria huic* = V Naz. P2. 3. 𝔅2. Rell. ℜ — 𝔅o = *et contrariam huic.* Cod. Iur. = *ab quo contemnendus est insolens.* R = *Qui contumatiam.* V + *levitatem suam.*

semper aliquo transsilientem = mss. (exc. W) etiam Pinc. Naz. P2. ℜ — 𝔊. Cod. Iur. = *semper aliqua tr.* W P1. Col. = *super aliquo tr.* P3. = *semper ab alio trans.* Grut. ci. = *semper ad alia tr.* Pinc. 𝔐 — 𝔅o = *semper alio tr.* TαC — *loquar.*

5. T = *consilium daturus amor.* Quidam codd. Pinc. + *in quibus volvimus.* Cod. Iur. = *quibus involvimus* (an *involvimur?*). Col. = *errores* [sp. vc.] *volvimur.* T = *in miserrimis fidere fastidire posse.* CDW quidam Pinc. P1. 3. Col. 𝔊𝔊 𝔏 (contra mentem Lipsii) 𝔍u 𝔊ro — 𝔅o + *optare quae consequi.* probat Grut. RGVTαE Naz. P2. ℜ — 𝔊2. 𝔏4. ∾. T — *spes.*

Cap. XXVII.

CDW — *Si tibi vitae* — § 3. ex. *effugerit.* E — *Si tibi* — *omnia date.* T = *succurreret.* P3. = *videbis tibi captae* om. *videre.* RGα Naz. Col. — *videre.* VT P2. ℜ — 𝔅o ∾. T = *tamen maxime.* 𝔈1. = *quam maximae.* 𝔈2. — 𝔊 = *maximae* om. *cum.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

vires in concilio sunt = RGTα. Vℜ — 𝔅o = *v. in consilio sunt.* T — *non igni* — *abstinetur.* E = *aut ferro.*

ne religio quidem = RGVTα. ℜ — 𝔅o = *nec rel. q.* T = *impedimentum est* [sp. vc.] *in praedam.*

2. E — *Hic ex privato* — *referentem.*

hic ex sacro rapit = Naz. Col. 𝔅2. RGVTα ℜ — ℜu𝔅o (exc. 𝔊ro 𝔏4.) = *hic sacra rapit.* 𝔏4. 𝔊ro = *hic sacro rapit* om. *ex.* P3. = *ipsa quibus artetur.* V ex. Francisc. = *ipsa quibus artatur* (Franc. = *arctatur*). probat Pinc. Rell. etiam Gr. ∾. R — *et* ante *in lucrum.*

sine caede populatur, hic spolia cruenta manu gestat. nemo non fert aliquid ex altero. In hac auiditate generis humani o nae tu nimis fortunae communis oblitus es qui quaeris inter rapientes referentem! Si indignaris ingratos esse, indignare luxuriosos, 3
indignare auaros, indignare inpudicos, indignare aegros deformes, senes pallidos. Est istuc graue uitium, est intolerabile et quod dissociet homines, quod concordiam qua inbecillitas nostra fulcitur scindat ac dissipet: sed usque eo uolgare est, ut illud nec qui queritur quidem effugerit. XXVIII. Cogita tecum an quibuscumque debuisti gratiam retuleris, an nullum umquam apud te perierit officium, an omnium te beneficiorum memoria comitetur. Uidebis quae puero data sunt ante adulescentiam elapsa, quae in iuuenem conlata sunt non perdurasse in senectutem. Quaedam perdidimus, quaedam proiecimus, quaedam e conspectu nostro paulatim exierunt: a quibusdam oculos auertimus. Ut excusem tibi inbecillitatem tuam, inprimis fragile est 2
memoria et rerum turbae non sufficit. necesse est quantum recipit emittat et antiquissima recentissimis obruat. Sic factum est ut minima apud te nutricis esset auctoritas, quia beneficium eius longius aetas sequens posuit. sic factum est ut praeceptoris tibi non esset ulla ueneratio. sic euenit ut circa consularia occupato

𝔑 — 𝔐 = *cruenta manu portat* contra mstos etiam Gr. ∾.

o nae tu nimis = RGTα Gr. (exc. P2.) Delben. 𝔏4. (scribunt tamen *ne*). VP2. — *o nae.* 𝔑 — 𝔈1. = *num tu nimis.* 𝔈2. — 𝔚o (exc. 𝔏4.) — *o.* T = *inter sapientes gratias referentem.* 𝔈1. — 𝔐 = *reverentem* contra mstos etiam Gr.

3. E = *Si indigneris* et — *indignare* — XXVIII, 2. ex. *excideret.*

Est istuc = RGTα. V (H) 𝔑 — 𝔚o = *Est istud.* H = *et intolerabile.* H — *quod concordiam* — *dissipet.* T = *quod dissonet.* R = *quia inbecillitas.* α = *scindet.* T = *et dissipet.* RGVTα 𝔑 — 𝔚 = *effugeret.*

Cap. XXVIII.

CW = *gratiam attuleris.* D = *gr. atulleris.* GVsW = *an ullum* [W = *illum*] *unquam.* R = *perierit officii.* 𝔑 — 𝔈2. — *omnium* ante *te beneficiorum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V(m∾) = *an omnium tibi benef.* W = *quae iuveni collata sunt.* T — *collata sunt.* R (s∾) — *e* ante *conspectu.* D = *ex conspectu.*

2. WP1. + *memoria praeteritorum.* D + *memoria preteritarum et* [hoc n.] *rerum.* Naz. Col. = *inprimis tuam.* Mei ∾.

fragile est memoria = RGα Naz. Col. H + *fragile vas est mem.* V TCDW P1. 2. 3. 𝔑 — 𝔚o = *fragilis est mem.* T = *obruant.* D + *Sicque factum est ut minima.* H — *Sic factum est* — *suffragator excideret.* α = *ut nimia apud te.* R = *sic venit ut circa.* CDW — *sic evenit* — § 3. *in sinu invenies.* C pro his habet *Non igne aut ferro abstinetur* ∾ *Nec religio quidem* ∾ *fruentium in*

comitia aut sacerdotiorum candidato quaesturae suffragator exci-
3 deret. Fortasse uitium de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Inique publico crimini irasceris, stulte tuo: ut absoluaris, ignosce. Meliorem illum facies ferendo, utique peiorem exprobrando. non est quod frontem eius indures: sine, si quid est pudoris residui, seruet. Saepe dubiam uerecundiam uox conuiciantis clarior rupit. nemo id esse quod iam uidetur timet. deprensus pudor emittitur. XXIX. Perdidi beneficium. Numquid quae consecrauimus perdidisse nos dicimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si male respondit, bene conlatum. Non est ille qualem sperauimus. Simus nos quales fuimus, ei dissimiles. damnum non tunc factum, adparuit. Ingratus non sine nostro pudore protrahitur, quoniam quidem que-
2 rela amissi beneficii non bene dati signum est. Quantum possumus, causam eius apud nos agamus: fortasse non potuit, fortasse ignorauit, fortasse facturus est. Quaedam nomina bona lentus ac sapiens creditor fecit qui sustinuit ac mora fouit. Idem

praedam [XXVII, 1.]. *Si indignaris ingratos esse indignare luxuriosos. indignaris impudicos* (XXVII, 3.). α — *comitia*. V (m∾) = *aut sacerdotium*. V = *suffragio excideret*. 𝔑 — 𝔅 = *suffragatorum excideret*.

3. VC = *de quo queris*. E — *crimini*. 𝔑 — 𝔅 — *irasceris*. T = *irasceris. sed tu tuo ut absolvaris*. CDW + *ignosce potius*. TE — *utique*. E — *non est quod — residui, servet*. V = *sive si quid est*. E + *Saepe enim*. R = *vox viciantis*. E — *nemo id esse* — XXIX, 1. *bene conlatum*.

quod iam videtur = Naz. Col. 𝔏4. — 𝔅o. RGVTαCDHW P1. 2. 3. 𝔑 — 𝔏 𝔍u = *quod etiam videtur*. R Gα Naz. P3. Col. = *deprenso pudore emitur*. CsDW = *deprehenso pudor emittitur*. probo, modo ut scribatur *deprenso*. W P1. = *deprehenso pudore emittitur*. D = *deprehensio pudorem emittit*. VT = *deprehensus pudor emittitur*. P2. = *deprehensus tumor emittitur*. 𝔑 — 𝔅 = *deprehensus pudore emittitur*. 𝔈1. — 𝔅o = *deprehensus pudor amittitur*. H — *deprensus — emittitur*.

Cap. XXIX.

R (m∾) — *Numquid quae — etiam si male*. T = *Intra consecrata*. C 𝔈1. — 𝔏 𝔍u = *bene collocatum*. D W P1. = *male collocatur*. T + *collatum est*. Rell. etiam Gr. ∾. R — *Simus nos quales*.

damnum non tunc factum, adparuit = RGVTα Naz. P2. Col. 𝔑 — 𝔈2. Ex. d. Pauli 𝔊𝔈 = *damnum nunc tunc factum apparuit*. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o = *damnum tunc factum nunc apparuit*. P3. = *damnum non tectum factum apparuit*. CDEW — *damnum — signum est*. H — *damnum — quoniam quidem*. R + *quoniam mā quidem*. T = *quando quidem*. T = *querela amici beneficii*. 𝔑 — 𝔈1. = *protrahatur*. RGVTαH Gr. — *non ante bene dati*. 𝔑 — 𝔅o ∾.

2. 𝔑 — 𝔅 = *casum eius apud nos*. DW — *fortasse*. H — *Quaedam nomina* — XXX, 1. *moderatio profuit*. 𝔑 — 𝔅 — *nomina*. TαCDE = *et sapiens*. Bentl. (ad Hor. Epp. II, 1, 90.) ci. = *lentus ac patiens*. T — *creditor*. 𝔑 — 𝔅 = *hac mora*.

nobis faciendum est: nutriamus fidem languidam. XXX. Perdidi beneficium. Stulte, non nosti detrimenti tui tempora: perdidisti, sed cum dares. nunc palam factum est. Etiam in his quae uidentur in perdito moderatio plurimum profuit. Ut corporum ita animorum molliter uitia tractanda sunt. saepe quod explicari potuit pertinacia trahentis abruptum est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid insectatione? quare illum liberas? quare dimittis? Si ingratus est, iam nihil debet. Quae 2
ratio est exacerbare eum in quem magna contuleris, ut ex amico dubio fiat non dubius inimicus et patrocinium sibi nostra infamia quaerat nec desit? Quid est quod eum cui tantum debuit ferre non potuit? Subest aliquid: nemo non superioris dignitatem querendo, etiam si non inquinauit, adspersit. nec quisquam fingere contentus est leuia, cum magnitudine mendacii fidem quaerat. XXXI. Quanto illa melior uia qua seruatur illi species amicitiae et, si reuerti ad sanitatem uelit, etiam amicitia! Uincit malos pertinax bonitas nec quisquam tam duri infestique aduersus diligenda animi est, ut etiam iniuriatus bonos non amet.

Idem nobis faciendum est = RGV TαCDEW ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔚o — *est.*

Cap. XXX.

CDW — *Perdidi* — *factum est.* E — *Perdidi* — *tractanda sunt.* ℜ — 𝔈1. = *Credidi beneficium.* R + *detrimenti tui tui.* T = *quae videntur perdita.* DCW = *vitia trahenda sunt.* ℜ — 𝔅 = *detractanda sunt.*

saepe quod explicari potuit = H. Naz. = *saepe quod explicari pertinacia.* Col. = *saepe quod explicari nititur pertinacia.* E = *saepe quod explicari cum mora debuit pertinacia.* C = *saepe quod explicari cum modo debuit pert.* R GTαDW P1. 3. = *saepe quod explicavit* [D = *explicuit*] *pertinacia.* V P2. ℜ — 𝔚o = *saepe quod explicavit mora pert.* E — *Quid insectatione?* D (s∾) = *si gratus est.* E = *si gratus* om. *est.*

2. T = *exacervare.* W + *non exacerbare.* R (cr. ∾) = *ex animo dubio.* CD — *dubio.* E — *et patrocinium* — *fidem quaerat.*

quaerat nec desit? Quid est quod eum = R. GαCDW Naz. P1. 3. Erf. 𝔊ro ℜu 𝔅2. + *quaerat? nec desit. nescio quid est quod.* probat Gron. V T (H) P2. ℜ — 𝔅1. 𝔅o + *quaerat? nec desit qui dicat: Nescio quid est quod.* C — *Nemo non* — *fidem quaerat.* 𝔚 𝔈1. 𝔅1. = *dignitatem quaerendo.* 𝔐 = *mendaciis* contra mstos. D = *menducii etiam fide.* H = *quaerit.*

Cap. XXXI.

C = *Quantum* ∾ *vita.* R = *illam melior.* D P2. ℜ — 𝔊 = *illi spes amicitiae.* W = *ei spes amicitiae.* 𝔐 = *illa species.* Rell. etiam Gr. ∾. H = *ad sanitatem voluerit.* E — *nec quisquam* — § 3. *Nihilominus tamen.*

etiam iniuriatus bonus non amet = R (s.m.) GVTαCsDW quidam codd. Ermi P1. 3. 𝔅2. (cf. Const. Sap. IX, 1. *iniuriatur*). probat censor ℜu (Diar. Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 411.). R (p.m.) = *iniuriatos bonos.* P2. = *etiam iniuratos bonos n. a.* Lan-

quibus hic quoque coepit debere, quod inpune non soluit. Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Non est mihi relata gratia: quid faciam? quod di, omnium rerum optimi auctores. qui bene-
2 ficia ignorati dare incipiunt, ingratis perseuerant. Alius illis obicit neglegentiam nostri, alius iniquitatem. alius illos extra mundum suum proicit et ignauos hebetesque sine luce, sine ullo opere destituit. Alius solem cui debemus, quod inter laborem quietemque tempus diuisimus, quod non tenebris mersi confusionem aeternae noctis effugimus, quod annum cursu suo temperat et corpora alit, sata euocat, percoquit fructus, saxum aliquod aut fortuitorum ignium globum et quiduis potius quam
3 deum adpellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum qui maledictis suorum infantium adrident non cessant di beneficia congerere de beneficiorum auctore dubitantibus: sed aequali tenore bona sua per gentes populosque distribuunt unam potentiam sortiti prodesse. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu mouent, siderum cursu notant tempora, hiemes

gob. Naz. Col. = *etiam iniuriam bonos non amet.* H = *etiam iniuri a bonos n. a.* Erm. ci. = *etiam iniuri a m passus* vel *post iniuriam.* Grut. ci. = *ut etiam cum iniuria bonos n. a.* aut *etiam ingratiis b. n. a.* Lips. ci. = *ut etiam in iniuria b. n. a.* D = *que invitatus bonus non amat.* Etiam Pontan. ci. = *invitatus.* 𝔑 — 𝔊 = *etiam vitiatus* [m𝔈 = *violatus*] *bonos n. a.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *etiam vi tractus bonos n. a.*

hic quoque = RGαD Gr. ſere omnes. Rell. 𝔑 — 𝔅o = *hoc quoque.* V = *At illas itaque.* H = *Ad illam.* R = *cogitiones.* H — *Non est mihi* — § 4. *iactura ſacta est.* C = *Non est mihi reddita gr.* C = *Non materia gr.* W = *Non est mihi reddi a gratia.* CDW — *omnium* ante *rerum.*

ignorati dare incipiunt = quaedam exx. Pinc. RGVTαCD 𝔑 — 𝔈1. = *ignoranti dare incip.* (C = *beneficium*). (W) ci. Agric. 𝔈2. — 𝔅o = *ignorantibus dare incip.*

2. RC = *alius alios extra.* W = *extra murum suum.* T = *alius extra mundum pericit et ignavos* rell. om. DW = *quod inter solem quietemque.* R = *vitam divisimus.* 𝔑 — 𝔅 = *tempus durissimum.* CD W — *tempus.*

tenebris mersi = RGVTαCDW. 𝔑 — 𝔅o = *tenebris immersi* (𝔑 = *imersi*). R = *quo annum cursu temperat* om. *suo.* C (s.m.) = *qui annum.* D𝔑 — 𝔅 = *quod animum cursu.* C — *saxum aliquod* — *adpellat.* Ex. Francisc. + *saxum aliquod ignitum.* DP1. 3 = *saxum aliquod ignit ſortuitorum.* W = *saxum aliquod igitur ſort.* R = *et qui diis potius.* DW = *et quidam* [W = *quidem*] *deos potius.* Cod. Iur. = *sata revocat.* D = *appellant.*

3. Rα = *parentium.* E (s∾) = *cum cessant.* E = *beneficiorum au ctoritate.* R = *si aequali.* R = *bona sua per a gentes.* D = *pergente et populos.* R = *potentiam sorti prodes se.* G = *sortiri prodesse.* DW = *maria fluctu movent.* E haec omittit. E — *hiemes* — *ac propitii ſe-*

aestatesque interuentu lenioris spiritus molliunt. errorem labentium animorum placidi ac propitii ferunt. Imitemur illos: 4
demus, etiam si multa in inritum data sunt. demus nihilominus aliis, demus ipsis apud quos iactura facta est. Neminem ad excitandas domos ruina deterruit. et, cum penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus et urbes haustas saepius eidem solo credimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra marique humana opera cessarent, nisi male ruentia iterum temptare libuisset. XXXII. Ingratus est: non mihi fecit iniuriam, sed sibi. ego beneficio meo: cum darem, usus sum. uec ideo pigrius dabo, sed diligentius, quod in hoc perdidi ab aliis recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum et tamquam bonus agricola cura cultuque sterilitatem soli uincam. Perit mihi beneficium: iste omnibus. Non est magni

runt. RGα Naz. Col. = *interventu leniore spiritu molliunt.* D = *interventu leviores spiritus molliunt.* P1. 2. 3. = ∾ *levioris* ∾. VT 𝔑 — 𝔅o ∾. Sed facile mihi persuadeo *lenioris spiritus* (*leniore spiritu*) librariorum potius esse quam Seuecae. RVTαDW 𝔑 — 𝔐 = *labentium animarum.*

4. *in inritum data sunt* = RGTα CDEW Gr. 𝔅2. (Naz. — *in*). V𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *in irritum data sint.*

Neminem ad excitandas domos = RGVTα CH Naz. P 2. Col. 𝔑 — 𝔊 𝔅2. DW P1. = *Neminem ad erigendas domos.* P3. = *N. ad exercitandas domos.* E = *N. ad dissicandas domos.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *N. ab excitanda domo.* V𝔑 — 𝔅 = *ignis assumpsit.* TC = *repente adhuc area.* DW = *repente* [Dp.m. = *repertu*] *adhuc fumante area.* 𝔑 𝔗 = *rapente adhuc fumante arena.* 𝔅 = *repente adhuc harena.* 𝔈1. ∾ *harena.* E — *et cum penates* — *animus est.* H — *et urbes* — *credimus.*

eidem solo credimus = Grut. ci. 𝔏4. Naz. (p.m.) + *eidem solo ponimus. credimus adeo.* RGα Naz. (s.m.) Col. = *eodem solo ponimus. credimus adeo.* P3. = *eodem solo proonimus. credimus adeo.* D(p.m.) WP1. = *eodem solo proponimus. adeo credimus.* haec scriptura probat illam a nobis receptam: nam orta est, quod aliquis verbo *credimus* imposuit *pro ponimus.* deinde hoc in contextum ingesto locus corruptus est amplius. D (s.m) = *eodem solo condimus. adeo credimus.* VTC P2. 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *eodem solo condimus.*

nisi male ruentia iterum temptare = RGVTα P3. 𝔑 — 𝔊 (P3. = *tentare*). P2. = *nisi male ruentium iterum t.* Naz. = *nisi male temptare temptare.* ECol. = *nisi male temptata temptare.* CD P1. = *nisi male cedentia iterum t.* 𝔐 — 𝔅o = *nisi male cadentia iterum tentare.*

Cap. XXXII.

DW = *beneficio meo cum te usus sum.* T = *beneficio meo cum reversus sum.* DW — *ideo.* D = *quod inter hec perdidi.* E — *quod in hoc* — *recipiam.* D = *accipiam.* T + *Sed et huic ipsi.* T = *sterilitatem terrae.*

Perit mihi = RGVTαCD (s.m.) W (s.m.) Gr. 𝔑 — 𝔈2. D(p.m.) = *Petit mihi.* (H) W (p.m.) vet. Ermi 𝔈 — 𝔅o = *Periit mihi.* E — *Perit* — *omnibus.*

quibus hic quoque coepit debere, quod inpune non soluit. Ad
illa itaque cogitationes tuas flecte. Non est mihi relata gratia:
quid faciam? quod di, omnium rerum optimi auctores. qui bene-
2 ficia ignorati dare incipiunt, ingratis perseuerant. Alius illis
obicit neglegentiam nostri, alius iniquitatem. alius illos extra
mundum suum proicit et ignauos hebetesque sine luce, sine ullo
opere destituit. Alius solem cui debemus, quod inter laborem
quietemque tempus diuisimus, quod non tenebris mersi confu-
sionem aeternae noctis effugimus, quod annum cursu suo tem-
perat et corpora alit, sata euocat, percoquit fructus, saxum
aliquod aut fortuitorum ignium globum et quiduis potius quam
3 deum adpellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum
qui maledictis suorum infantium adrident non cessant di benefi-
cia congerere de beneficiorum auctore dubitantibus: sed aequali
tenore bona sua per gentes populosque distribuunt unam poten-
tiam sortiti prodesse. Spargunt opportunis imbribus terras,
maria flatu mouent, siderum cursu notant tempora, hiemes

gob. Naz. Col. = *etiam iniuriam bonos non amet.* H = *etiam iniuria bonos n. a.* Erm. ci. = *etiam iniuriam passus* vel *post iniuriam.* Grut. ci. = *ut etiam cum iniuria bonos n. a.* aut *etiam ingratiis b. n. a.* Lips. ci. = *ut etiam in iniuria b. n. a.* D = *que invitatus bonus non amat.* Etiam Pontan. ci. = *invitatus.* 𝔑 — 𝔊 = *etiam vitiatus* [m𝔈 = *violatus*] *bonos n. a.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *etiam vi tractus bonos n. a.*

hic quoque = RGαD Gr. fere omnes. Rell. 𝔑 — 𝔅o = *hoc quoque.* V = *At illas itaque.* H = *Ad illam.* R = *cogitiones.* H — *Non est mihi* — § 4. *iactura facta est.* C = *Non est mihi reddita gr.* C = *Non materia gr.* W = *Non est mihi reddi a gratia.* CDW — *omnium* ante *rerum.*

ignorati dare incipiunt = quaedam exx. Pinc. RGVTαCD 𝔑 — 𝔈1. = *ignoranti dare incip.* (C = *beneficium*). (W) ci. Agric. 𝔈2. — 𝔅o = *ignorantibus dare incip.*

2. RC = *alius alios extra.* W = *extra murum suum.* T = *alius extra mundum pericit et ignavos* rell. om. DW = *quod inter solem quietemque.* R = *vitam divisimus.* 𝔑 — 𝔅 = *tempus durissimum.* CDW — *tempus.*

tenebris mersi = RGVTαCDW. 𝔑 — 𝔅o = *tenebris immersi* (𝔑 = *imersi*). R = *quo annum cursu temperat* om. *suo.* C (s.m.) = *qui annum.* D𝔑 — 𝔅 = *quod animum cursu.* C — *saxum aliquod* — *adpellat.* Ex. Francisc. + *saxum aliquod ignitum.* DP1. 3 = *saxum aliquod ignit fortuitorum.* W = *saxum aliquod igitur fort.* R = *et qui diis potius.* DW = *et quidam* [W = *quidem*] *deos potius.* Cod. Iur. = *sata revocat.* D = *appellant.*

3. Rα = *parentium.* E (s∾) = *cum cessant.* E = *beneficiorum auctoritate.* R = *si aequali.* R = *bona sua per a gentes.* D = *pergente et populos.* R = *potentiam sorti prodesse.* G = *sortiri prodesse.* DW = *maria fluctu movent.* E haec omittit. E — *hiemes* — *ac propitii fe-*

aestatesque interuentu lenioris spiritus molliunt. errorem labentium animorum placidi ac propitii ferunt. Imitemur illos: 4
demus, etiam si multa in inritum data sunt. demus nihilominus aliis, demus ipsis apud quos iactura facta est. Neminem ad excitandas domos ruina deterruit. et, cum penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc area ponimus et urbes haustas saepius eidem solo credimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terra marique humana opera cessarent, nisi male ruentia iterum temptare libuisset. XXXII. Ingratus est: non mihi fecit iniuriam, sed sibi. ego beneficio meo: cum darem, usus sum. nec ideo pigrius dabo, sed diligentius, quod in hoc perdidi ab aliis recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum et tamquam bonus agricola cura cultuque sterilitatem soli uincam. Perit mihi beneficium: iste omnibus. Non est magni

runt. RGα Naz. Col. = *interventu leniore spiritu molliunt.* D = *interventu leviores spiritus molliunt.* P1. 2. 3. = ∾ *levioris* ∾. VT 𝔑 — 𝔅o ∾. Sed facile mihi persuadeo *lenioris spiritus* (*leniore spiritu*) librariorum potius esse quam Senecae. RVTαDW 𝔑 — 𝔐 = *labentium animarum.*

4. *in inritum data sunt* = RGTα CDEW Gr. 𝔅2. (Naz. — *in*). V𝔑 — 𝔑u 𝔅o = *in irritum data sint.*

Neminem ad excitandas domos = RGVTα CH Naz. P2. Col. 𝔑 — 𝔊 𝔅2. DW P1. = *Neminem ad erigendas domos.* P3. = *N. ad exercitandas domos.* E = *N. ad dissicandas domos.* 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *N. ab excitanda domo.* V𝔑 — 𝔅 = *ignis assumpsit.* TC = *repente adhuc area.* DW = *repente* [Dp.m. = *repertu*] *adhuc fumante area.* 𝔑 𝔗 = *rapente adhuc fumante arena.* 𝔅 = *repente adhuc harena.* ℭ1. ∾ *harena.* E — *et cum penates* — *animus est.* H — *et urbes* — *credimus.*

eidem solo credimus = Grut. ci. 24. Naz. (p.m.) + *eidem solo ponimus. credimus adeo.* RGα Naz. (s.m.) Col. = *eodem solo ponimus. credimus adeo.* P3. = *eodem solo proonimus. credimus adeo.* D (p.m.) WP1. = *eodem solo proponimus. adeo credimus.* haec scriptura probat illam a nobis receptam: nam orta est, quod aliquis verbo *credimus* imposuit *pro ponimus.* deinde hoc in contextum ingesto locus corruptus est amplius. D (s.m.) = *eodem solo condimus. adeo credimus.* VTC P2. 𝔑 — 𝔅o (exc. 24.) = *eodem solo condimus.*

nisi male ruentia iterum temptare = RGVTα P3. 𝔑 — 𝔊 (P3. = *tentare*). P2. = *nisi male ruentium iterum t.* Naz. = *nisi male temptare temptare.* ECol. = *nisi male temptata temptare.* CD P1. = *nisi male cedentia iterum t.* 𝔐 — 𝔅o = *nisi male cadentia iterum tentare.*

Cap. XXXII.

DW = *beneficio meo cum te usus sum.* T = *beneficio meo cum reversus sum.* DW — *ideo.* D = *quod inter hec perdidi.* E — *quod in hoc* — *recipiam.* D = *accipiam.* T + *Sed et huic ipsi.* T = *sterilitatem terrae.*

Perit mihi = RGVTαCD (s.m.) W (s.m.) Gr. 𝔑 — ℭ2. D (p.m.) = *Petit mihi.* (H) W (p.m.) vet. Ermi ℭ — 𝔅o = *Periit mihi.* E — *Perit* — *omnibus.*

animi beneficium dare et perdere: hoc est magni animi perdere et dare.

beneficium dare et perdere = R GVTαCDHW Gr. 𝔑 — 𝔊 𝔏4. E = *beneficii dare et perdere.* Plerique Pinc. 𝔐 — 𝔏o (exc. 𝔏4.) — *beneficium.* Mss. haec subiiciunt: G = *Senece de beneficiis liber VII. explicit. Et sciendum quod* etc. vid. vol. I. Praef. p. XX sq. V = *Explicit liber VII9. et ultimus de beneficiis.* T = *Lucii Annei Senece ad eburtium liberalem amicum de beneficiis liber explicit.* C = *Explicit liber officiorum beneficiorumque.* D = *Expliciunt libri VII anney lucii cordubensis senece de beneficiis ad Eburtum liberalem feliciter. Amen.* E = *Explicit de benefitiis* [haec s.m.] *Explicit liber anneii Senece morigeri de beneficiis. Deo gratias.* W = *Explicit liber septimus Annei Lucii Senece de beneficiis.*

L. ANNAEI SENECAE

AD NERONEM CAESAREM

DE CLEMENTIA

LIBRI II.

L. ANNAEI SENECAE

AD NERONEM CAESAREM

DE CLEMENTIA

LIBER I.

I. Scribere de clementia, Nero Caesar, institui, ut quo-
dammodo speculi uice fungerer et te tibi ostenderem peruentu-
rum ad uoluptatem maximam omnium. Quamuis enim recte
factorum uerus fructus sit fecisse nec ullum uirtutum pretium di-
gnum illis extra ipsas sit: iuuat inspicere et circumire bonam
conscientiam, tum inmittere oculos in hanc inmensam multitu-
dinem discordem, seditiosam, inpotentem, in perniciem alie-
nam suamque pariter exsultaturam, si hoc iugum fregerit, et
ita loqui secum: Egone ex omnibus mortalibus placui electus- 2
que sum qui in terris deorum uice fungerer? ego uitae necisque
gentibus arbiter? qualem quisque sortem statumque habeat in
manu mea positum est? Quid cuique mortalium fortuna datum
uelit meo ore pronuntiat? ex nostro responso laetitiae causas

C = *Annei Lucii Senece de clementia. Liber primus incipit ad Neronem.* D = *Anei lucii eordubensis senece de clementia Ad Neronem imperatorem liber primus incipit. De clementia Ad neronem.* E = *Incipit liber agnei Senece de clementia ad neronem.* G = *Incipit liber primus de clementia ad Neronem.*

Cap. I.

r = *Neroni Caesari.* H = *constitui.* 𝔗𝔚 = *fungeretur.* r = *virtutum premium.* G (cr. ∾) = *extra ipsam.*

iuuat inspicere = Aα CDEGb Gr. Erf. Voss. Torrent. Cambron. 𝔑 — 𝔈1. 𝔐u — 𝔅o. r + *tamen iuuat inspicere.* (Hb) 𝔈2. — 𝔅1. + *iuuat tamen inspicere.*

circumire = A α. r 𝔑 — 𝔅o = *circuire.* Rell. n. l. G (n.) + *pariter et.*

et ita loqui secum = sD (ab) ex. Pinc. P2. Col. 𝔈 — 𝔅o. AαrCDE GH Naz. P1. 3. 𝔈2. — *et.* Cod. Rom. = *et ita loquar.* 𝔑 — 𝔈1. = *ita loquitur secum.* m 𝔈2. = *ita ergo loquetur.* Germ. = *ita ergo loquitur secum.*

2. *Egone ex omnibus* = AαCDEH b sex Gr. 𝔑 — 𝔈1. G = *Ergo ex omnibus.* r (a) 𝔈2. — 𝔅o = *Ego ex omn.* om. *ne.* α = *statum* om. *que.* HE = *Cui mortalium* om. *que.* a = *fortuna dare velit.* α = *laetitiae cau-*

populi urbesque concipiunt? Nulla pars usquam nisi uolente propitioque me floret? Haec tot milia gladiorum quae pax mea conprimit ad nutum meum stringentur? quas nationes funditus excidi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri quorumque capiti regium circumdari decus oporteat, quae ruant urbes, quae oriantur mea iuris-
3 dictio est? In hac tanta facultate rerum non ira me ad iniqua supplicia conpulit, non iuuenilis inpetus, non temeritas hominum et contumacia quae saepe tranquillissimis quoque pectoribus patientiam extorsit. non ipsa ostentandae per terrores potentiae dira, sed frequens magnis imperiis gloria. Conditum, immo constrictum apud me ferrum est. summa parsimonia etiam uilissimi sanguinis. nemo non cui alia desint hominis nomine apud
4 me gratiosus est. Seueritatem abditam, at clementiam in procinctu habeo. sic me custodio, tamquam legibus quas ex situ ac tenebris in lucem euocaui rationem redditurus sim. Alterius aetate prima motus sum, alterius ultima. alium dignitati donaui, alium humilitati. quotiens nullam inueneram misericordiae

sa. ADEb = *Nulla pars unquam.* a = *nulla pars nusquam.*

quae pax mea conprimit = Aα D (ab) Naz. Col. P2. 3. 𝔑 — 𝔈2. 𝔐 — 𝔅o. 𝔈𝔊 = *quae pars mea compr.* r = *quae pax mea opprimit.* CEH = *quae pars mea opprimit.* G P4. = *quae pars nostra comprimit.* mG P1. = *quae pax nostra compr.* EG P1. 3. Col. = *stringuntur.*

funditus excidi = Aα rCDGHa sex Gr. 𝔑 — 𝔈1. 𝔏4. 𝔊ro. 𝔈2. = *f. exscidi.* E𝔈 — 𝔅o (exc. 𝔏4. 𝔊ro) = *f. exscindi.* E = *quas deportari.* r = *quorum capiti* om. *que.* A = *mei iuris ditio est.* αrCDEGH quinque Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *mei* [D p.m. = *meis*] *iuris dictio est.* a cod. Rom. = *mei iuris est.* Naz. ∾.

3. Cod. Rom. = *non ita me unquam.* r = *ad iniquum supplicium.* 𝔑 — 𝔊 = *non temeritas hominum et contumelia* (m𝔈2. ∾). r — *hominum.* a = *impatientiam extorsit.* Trist. Verd. = *ostendendae.* Ea = *per errores potentiae.* AαCDEG quinque Gr. 𝔑 — 𝔈1. = *dira et frequens.* Rell. etiam Naz. ∾. ACDEGHa Pall. 𝔑 — 𝔈1. = *immo strictum.* Rell. etiam Naz. Col. ∾. A — *non* post *nemo.* a = *cui aliqua desint.* G = *alia desunt.* C — *nomine.* 𝔑 — 𝔈2. — *est* post *gratiosus.*

4. *at clementiam in procinctu habeo* = AαDE Naz. Col. P1. 3. C = *et clem.* ∾. rGH = *ac clem.* ∾. a = *ad clem. in promptu habeo.* P4. = *ac clem. in prospectu habeo.* 𝔑 — 𝔈1. = *ac clem. in promptu habeo.* 𝔈2. — 𝔐 = *clementiam in promptu habeo* om. *at.* (b) 𝔏 — 𝔅o — *at. in procinctu* habent etiam cod. Dominic. (Mod. Ep. 49.) duo Put. unus Delben. m𝔈2. r (m ∾) — *tamquam.*

ex situ ac tenebris = b codd. Put. 𝔏4. — 𝔅o. Naz. = *exitu ac tenebris.* AαrDEGa Pall. Col. 𝔑 — 𝔏𝔍u = *ex abdito ac tenebr.* CH = *ex abdito et tenebris.* E — *in lucem.* rEH cod. Iur. 𝔑 — 𝔈1. = *revocavi.* C = *in lucem revocabo.* a = *in lucem rogavi.* Rell. ∾. Naz. (s∾) = *redditurus sum.* Cod. Iur. = *Alterius in aetate prima miseratus sum, alterius in ultima. Alium dignitate donari, alium humilitate.* D

causam, mihi peperci. Hodie dis inmortalibus, si a me rationem repetant, adnumerare genus humanum paratus sum. Potes 5
hoc, Caesar, audacter praedicare, omniaque in fide et tutela haberi, nihil per te neque ui neque clam damni reipublicae. Rarissimam laudem et nulli adhuc principum concessam concu-

(s∾) = *alium digitatio donavi*. E = *Aliud dignitati donavi. Aliud*. a = *dignitati dono*. a = *admirare genus humanum*.

5. *Potes hoc, Caesar, audacter praedicare, omniaque in fide et tutela haberi, nihil per te neque vi neque clam damni reipublicae.* Ita scribendum duxi, partim ex sententia Gron., qui ci. = *Potes hoc, Caesar, praedicare audacter, omnia tua in fide et tutela haberi, nihil per te neque vi, neque clam, damni reipublicae.* Idem ci. = *omnium tuae fidei et tutelae rerum nihil per te neque vi neque clam quaeri reip.* Naz. = ∾ *omnia quae in fidem tutelam beri nihil parte neque vi neque clamari Rei. p. Rarissimam.* P3. = ∾ *omnia quae in fidem tutelam suscepisti, nil parte, neq. vi, neq. clam dampno vel dumpnato clamarem R. P. missimam laudem.* A = ∾ *omnia que in fidem tutelamque suscepisti nihil per te neque vi neque clam r. p. Rarissimam.* α = ∾ *omnia que in fidem tutelam heri* [lineola imposita significat *haberi*] *nihil per te neque vi neque clamati* [tres litterae extremae notatae] *r. p. Rarissimum.* rCEα — *omniaque* — § 6. *onus inposuisti.* D = *audater praedicare omnia que in fide tutela haberi. nichil.* mD = *omnia que in fidem tutelamque suscepisti tuam. venerunt. nichil.* G = *omnia que in fide* [s m] *tutelam suscepisti nihil per te neque vi neque clamanti r. p. Rarissimam.* H = *omnia quae in fidem ac tutelam haberi.* b = *omnia quae in fidem tutelamque suscepisti nihil per te nec vi nec clam abstrinxisti reip.* P4. = ∾ *omnia quae in fidem tutelamque suscepisti, nihil te neque vi neque clam abtraxisti Romano populo.* Exx. Francisc. et Pinc. = *omnia quae in fidem tutelamque tuam venerunt nihil per te neque vi neque clam reip. ereptum.* P2. = ∾ *omniaque in fida tutela haberi, nihil parte, nec vi nec clam reip. erectum.* 𝔎 — 𝔈1. = *Omniaque in fida tutela haberi. Nihil per te neque vi neque clam a te reip. ereptum.* 𝔈2. — 𝔊 = *omnia in fida tutela haberi, nihil neque vi neque elam reip. ereptum.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o = *praedicare audacter, omnium, quae in fidem tutelamque tuam venerunt, nihil per te neque vi neque clam reip. ereptum.* P1. = *omniaque in fidem tutelam suscepisti. nil per te, neque vi, neq. clam R. P. rarissimam.* Col. = *omnia quae in fidem tutelamque tuarum venerunt, nihil parte, neque vi neque clam adeptum Reip. non rarissimam.* Leod. = *omnia quae in fidem tutelam haberi. n̄ per te neque vi neque clam a te R. P. Rarissimam.* Cambron. = *omnia quae in fidem tutelam beri nichil per te neque vi neque clam ari R. P. Rarissimam.* Erf. = *omnia q̃ in fidem tutelam beri nichil p te n; vi n; clamari R. P. Rarissimam.* Cod. Lips. = *ademptum reipublicae.* Cod. Dominic. = *omnia quae in fidem tutelamque tuam suscepisti.* Mod. ci. = *omnium quae in fidem tutelamque tuam suscepisti; nihil per te neque vi neque clam reip. abrasum.* Ruben. ci. = *omnia quae in fidem tutelamque tuam venerunt* [aut *quae in fide tutelaque tua*] *haberi: nihil per te neque vi neque clam abesse reip.* Grut. hunc locum non ab uno amanuensi dicit corruptum. neque ego infitior suspectam mihi esse vocem *tutela*, ut potius scribendum videatur: *omniaque in fide haberi.* Ceterum *hoc* spectat ad praecedentia. Cod. Iur. = *Clarissimam laudem.* Naz. = *nulli adhuc* [illegible]. Naz. (s∾)

pisti, innocentiam. Non perdis operam nec bonitas ista tua singularis ingratos aut malignos aestimatores nacta est: refertur tibi gratia. Nemo unus homo uni homini tam carus umquam fuit quam tu populo Romano, magnum longumque eius bonum.
ut quibus ad communem = Naz. Put. Trist. = *quibuslibet ad com.* Tronc. Verd. = *quibus cum libet ad com.* Rell. etiam Gr. — *ut* (mG P4. = *ad omnem*). Naz. = *securitati se dare videm* [*ur*, an *us?*]. Ab = *miles. Publice acerbo et sanguiniario necesse est graventur stipatores* rell. om. DGw 𝔑 — 𝔈1. = *At illo acerbo et sanguinario.* H = *At illi acerbo et sanguinario.* Cod. Rom. Verd. Scal. = *At acerbo et sanguinario.*

Cap. XIII.

𝔑 — 𝔈2. = *fidae ac bonae voluntatis* contra mstos etiam Pinc. Gr. Vetust. Ermi Naz. = *omnibus rerum*

bus noxior ac sollicitior, ut qui homines deosque testes ac uindices facinorum timeat eo perductus, ut non liceat illi mutare mores. Hoc enim inter cetera uel pessimum habet crudelitas: perseuerandum est nec ad meliora patet regressus. Scelera enim sceleribus tuenda sunt: quid autem eo infelicius cui iam esse malo necesse est? O miserabilem illum, sibi certe! nam 2
ceteris misereri eius nefas sit qui caedibus ac rapinis potentiam exercuit, qui suspecta sibi cuncta reddidit, tam externa quam domestica, cum arma metuat ad arma confugiens, non amicorum fidei credens, non liberorum pietati. Qui ubi circumspexit quaeque fecit quaeque facturus est et conscientiam suam plenam sceleribus ac tormentis adaperuit, saepe mortem timet, saepius optat inuisior sibi quam seruientibus. E contrario is cui curae 3
sunt uniuersa, qui alia magis, alia minus tuetur, nullam non reipublicae partem tamquam sui nutrit inclinatus ad mitiora, etiam si ex usu est animaduertere, ostendens quam inuitus aspero remedio manus admoueat, in cuius animo nihil hostile, nihil efferum est. Qui potentiam suam placide ac salutariter exercet 4
adprobare imperia sua ciuibus cupiens, felix abunde sibi uisus, si fortunam suam publicauerit, sermone adfabilis accessuque facilis, uoltu qui maxime populos demeretur amabilis, aequis desideriis propensus, etiam iniquis acerbus a tota ciuitate amatur, defenditur, colitur. Eadem de illo homines secreto loquuntur quae palam. Tollere filios cupiunt et publicis malis ste- 5

noxior. unde Grut. suspicatur hiatum. w (m∾) 𝔈2. — 𝔏4. = *omnibus r e i s noxior.* 𝔊ro = *omnibus r e s o b noxior.* 𝔅1. = *omnibus r e i o b noxior.* Lips. ci. 𝔅o = *omnibus r e i s o b noxior.* Rell. etiam Gr. Lips. ∾. D (s∾) = *ac sol u tior.* Pinc. v. l. = *Hoc enim vel pessimum habet crudelitas q u o d perseverandum est.* 𝔑 — 𝔈1. — *vel.* 𝔏 — 𝔅o (exc. 𝔏4. ∾) + *q u o d perseverandum est.* D Col. + *q u i a perseverandum est.* Rell. etiam Gr. ∾ (Naz. = *pessim a um*).

cui iam esse mal o necesse est = Naz. 𝔏 — 𝔅o. Rell. etiam Gr. = *esse* [H = *o m n e*] *mal u m nec. e.*

2. Ab = *sus c e p t a sibi cuncta.* 𝔑 — 𝔈1. = *Qu i b u s ubi circumspexit.* A — *quaeque fecit.* G(s∾) = *ac tormentis ap p a r u i t.*

3. A — E ante *contrario.* 𝔑 — 𝔈1. = *curae sunt i m m e n s a.*

q u i alia magis = A sD sGHw Naz. P2. 3. 4. 𝔑 — 𝔈1. Col. + *qui n o n alia magis.* D𝔈2. — 𝔊 = *q u i a alia magis.* G P1. = *q u a e alia.* 𝔐𝔑 — 𝔅o = *q u a n q u a m alia magis.*

4. Domin. (𝔍u) 𝔑 — 𝔈1. = *salu b r i ter exercet.* A = *public a r i t.* Naz. + *sermone affabilis a d u t i* [voluit *a d i t u*] *accessuque facilis.* D (s.m.) G Col. = *q u o maxime* (Col. = *popu l u s*). P1. 3. 4. = *q u a e maxime.*

e t i a m iniquis = mss. etiam Gr. (exc. P3.) 𝔏4. — 𝔅1. 𝔅2. P3. 𝔑 — 𝔏𝔍u = *e t iniquis.* Lips. ci. 𝔑u 𝔅o = *n e c iniquis.* 𝔑 — 𝔈2. + *q u i a tota civitate* contra mstos etiam Pinc. Gr. A = *lo c untur.*

5. 𝔑 — 𝔈1. [illegible] *lere filios cupiunt.*

**rilitas indicta recluditur: bene se meritorum de liberis suis quis-
que non dubitat quibus tale seculum ostenderit. Hic princeps
suo beneficio tutus nihil praesidiis eget, arma ornamenti causa
habet. XIV. Quod ergo officium eius est? quod bonorum pa-
rentum qui obiurgare liberos nonnumquam blande, nonnumquam
minaciter solent, aliquando admonere etiam uerberibus. Num-
quid aliquis sanus filium a prima offensa exheredat? nisi magnae
et multae iniuriae patientiam euicerint, nisi plus est quod timet
quam quod damnat, non accedit ad decretorium stilum. Multa
ante temptat quibus dubiam indolem et peiore loco iam positam
2 reuocet: simul deploratum est, ultima experitur. Nemo ad
supplicia exigenda peruenit, nisi qui remedia consumpsit. Hoc
quod parenti etiam principi faciendum est quem adpellauimus
Patrem Patriae non adulatione uana adducti. Cetera enim
cognomina honori data sunt. *Magnos* et *Felices* et *Augustos*
diximus et ambitiosae maiestati quicquid potuimus titulorum
congessimus illis hoc tribuentes: *Patrem* quidem *Patriae* ad-
pellauimus, ut sciret datam sibi potestatem patriam quae est tem-
3 peratissima, liberis consulens suaque post illos reponens. Tar-
de sibi pater membra sua abscidat. etiam cum absciderit, repo-
nere cupiat et in abscidendo gemat cunctatus multum diuque.**

H = *securitas indicta.* Naz. = *suisque non dubitat.* non damnat Grut. ADGH quatuor Pall. Col. 𝔑 — 𝔈1. — *quisque.* G = *Hoc princeps.* 𝔑 — 𝔅 = *Hinc princeps hic.* 𝔈1. = *Hinc princeps* om. *hic.*

Cap. XIV.

D (m∾) G (m∾) — *nonnumquam blande.* A = *et verberibus.* A = *filios ad primam offensam.* DGH w Pinc. v. l. quatuor Pall. Col. 𝔐 — 𝔏4. = *filium ad primam offensam.* 𝔑 — 𝔈1. = *f. pro prima offensa.* Naz. 𝔈2. — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o ∾. probat Burm. ad Ovid. Her. V, 152. w = *evicerunt.* D(m∾) = *evincerit.* G(m∾) = *ubi plus potest que timet.* 𝔑 — 𝔈1. = *non accedat.*

simul deploratum est = Naz. probat Gron. et intelligit *negotium.* AD Gbw𝔑 — 𝔈1. = *postquam omnia deplorata sunt.* (H ?) 𝔈2. — 𝔅o = *simul deplorata est.*

2. A = *et principi.* G Scal. = *adulatione nova.* DGH 𝔑 — 𝔈1. — *et* ante *Augustos.* Ab Domin. = *et ambitione.* mDG 𝔑 — 𝔊 = *patriae appellamus.* G P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *potestatem patriae.* Rell. etiam Naz. P2. ∾. H = *post alios reponens.* 𝔐 — 𝔏4. = *post illos ponens* contra mstos etiam Gr. (P4. = *reponetis*).

3. A = *reponens tradat sibi.* D codd. Ermi P1. 2. 3. 4. 𝔑 — 𝔈1. = *reponens tradi sibi pater* (P1. 2. 3. 𝔑 — 𝔈1. = *sibi. Pater*). G = *reponens is* [hoc n.] *tradi sibi.* H = *reponens tradit sibi.* Col. = *reponens tradita sibi membra sua pater.* Naz. = *reponens tradis ibi pater.* Germ. + *Tarde ut sibi.* Agric. ci. 𝔈2. — 𝔅o ∾. P4. 𝔑 — 𝔈1. 𝔐 — 𝔏4. 𝔅1. 𝔅o = *abscindat.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔑 — 𝔈1. 𝔐 — 𝔅1. 𝔅o = *in abscindendo.* A = *multa diuque.*

Prope enim est ut libenter damnet qui cito. prope est ut inique puniat qui nimis. Trichonem equitem Romanum memoria nostra, quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit. Uix illum Augusti Caesaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit. XV. Tarium qui filium deprehensum in parricidio exilio damnauit causa cognita nemo non suspexit, quod contentus exilio et exilio delicato Massiliae parricidam continuit et annua illi praestitit quanta praestare integro solebat. Haec liberalitas effecit ut in qua ciuitate numquam deest patronus peioribus nemo dubitaret quin reus merito damnatus esset quem is pater damnare potuisset qui odisse non poterat. Hoc ipso exemplo dabo quem compares bono patri 2
bonum principem. Cogniturus de filio Tarius aduocauit in consilium Caesarem Augustum. uenit in priuatos penates, adsedit, pars alieni consilii fuit. Non dixit, Immo in meam domum ueniat. Quod si factum esset, Caesaris futura erat cognitio, non patris. Audita causa excussisque omnibus et his quae adu- 3

𝔑 — 𝔅 = *Prope est enim.* In A r.m. annotavit verba *Prope enim* — *qui cito* legenda esse post *qui nimis.*

prope est ut = mss. etiam Pall. 𝔑 — 𝔅 (G p.m. + *prope enim est ut*). Naz. = *prope es inique.* Col. = *prope est inique* om. *ut.* 𝔊1. — 𝔅o — *est.*

Trichonem = ci. Lips. qui censet etiam *Triconem* scribi posse. AD IIw Naz. Pall. Lips. = *Trixonem.* G = *Terrissonem.* Col. = *Trixionem* et — *Romanum.* 𝔑 — 𝔅o = *Erixonem.* m𝔊2. = *Trixonem al. Buxonem.* eadem habet m𝔍u, sed adiicit *Brissonem.* Torrent (ad Hor. Sat. I, 3, 119.) ci. = *Trionem.* 𝔑 — 𝔊1. = *flagellis ceciderat* contra mstos etiam Gr. idem laudat Briss. Select. Antiq. III, 9. et probat Grut.

Cap. XV.

Ab = *Tarii.* P1. = *Tharium.* 𝔑 = *Farium.* 𝔗 (meum ex.) — 𝔊1. = *Marium.* 𝔗 (ex. Fessleri) = *Darium.* 𝔐 — 𝔅o = *T. Arium.* Rell. etiam Gr. Lips. ∾. L. Tarius Rufus consul fuit a. u. 737. Praenomina saepe omittit Seneca. Codd. Pinc. Naz. Col. = *consilio damnavit.* probat Pinc. Rell. etiam Gr. ∾. A = *consilia cognita.* D (m∾) G (m∾) P1. 3. 4. = *consilio cognito.* w Naz. Col. P2. 𝔑 — 𝔅o ∾.

et exilio delicato Massiliae = Naz. ci. Torrent. (ad Suet. Vesp. 3.) 𝔊ro — 𝔅o. probant Grut. Lips. Ab = *exilio est et ex illo delegato Massiliae.* DGHw 𝔑 — 𝔏4. = *et exilio delegato Massiliae* (G = *mãxilie*). mw = *et filii relegatum.* P1. = *deligato Mansilio.* m P1. = *religato.* P2. 3. = *Delegato Maxiliae.* P4. = *delegatus Marsiliae.* Col. = *delegato Mamphiliae.* 𝔑 = *anima illi prestitit.* A = *Hic liberalitas.* D (s∾) Naz. P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊1. = *efficit.* H = *merito damnandus esset.* Naz. = *quem ipsa ter damnare.* ADGHbw P 1. 3. Domin. Scal. 𝔑 — 𝔊1. = *quem* [G p.m. = *quoniam*] *ipse ter damnare.* sD mG sw P2. Col. Trist. Verd. = *quem ipse pater damnare.* P4. = *quem ipse tibi damnare.* 𝔊2. — 𝔅o ∾.

2. a = *dabo quo res compares.* E = *de filio Terarius.* 𝔑 — 𝔊1. = *de filio Darius.* 𝔐 — 𝔅o = *T. Arius.* Rell. ∾. w = *in consilio.* 𝔑 — 𝔊1. = *Caesaris fortuna erat.* E w (m[illegible] *futura esset.*

lesceus pro se dixeral et his quibus arguebatur petit ut sententiam suam quisque scriberet, ne ea omnium fieret quae Caesaris fuisset. Deinde priusquam aperirentur codicilli, iurauit se Tarii hominis locupletis haereditatem non aditurum. Dicet aliquis pusillo animo: Timuit ne uideretur locum spei suae aperire
4 uelle in filii damnatione. Ego contra sentio. Quilibet nostrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiduciae habere in bona conscientia: principes multa debent etiam famae dare. Iurauit se non aditurum hereditatem. Tarius quidem eodem die et alterum heredem perdidit, sed Caesar libertatem sententiae suae redemit. et postquam adprobauit gratuitam esse seueritatem suam, quod principi semper curandum est, dixit relegan-
5 dum quo patri uideretur. Non culeum, non serpentes, non carcerem decreuit memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset. Mollissimo genere poenae contentum esse debere patrem dixit in filio adulescentulo, inpulso in id scelus in quo se, quod proximum erat ab innocentia, timide gessisset. debere illum ab urbe et a parentis oculis submoueri. XVI. O dignum quem in consilium patres aduocarent! o dignum quem coheredem innocentibus liberis scriberent! Haec clementia principem decet, ut quocumque uenerit mansuetiora omnia faciat. Nemo regi tam uilis sit, ut illum perire non sentiat: qualiscumque pars imperii est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplum.

3. E = *que arguebatur peciit ut.* ACE mGIIw (m∾) = *priusquam appararentur.* D (m∾) = *p. apparentur.* G 𝔑 — 𝔅o ∾. A = *codicelli.* ADE = *iuravit se dare homini locupletis.* CG Pall. 𝔑 — 𝔈1. = *iuravit se dare hominis locupletis.* D(s.m.) b Col. = *iuravit se dare homini locupleti.* Naz. = *iuravit se-dari homini locupletis.* 𝔐 — 𝔅o = *T. Arii.*

velle in filii damnatione = AEGH P2. 4. Domin. Scal. Verd. DbsG P1. 3. 𝔑 — 𝔈1. = *velle in filii damnationem.* Col. = *velle filii damnationem.* C — *velle.* Naz. = *velli fili damnatione.* 𝔈2. — 𝔅o — *in.*

4. 𝔑 — 𝔈1. = *Quilibet vestrum.*

Tarius quidem = mss. etiam Gr. 𝔈2. — 𝔊 (E = *Carius.* P2. Col. = *Tharius*). 𝔑 — 𝔈1. = *Darius.* 𝔐 — 𝔅o = *Arius* P3. — *eodem die.* C = *eadem die.* E — *die.* Col. — *heredem.* mDG Pinc. v. l. P1. 3. 4. = *gratuitam esse sententiam suam.* Rell. etium Gr. ∾. E — *semper.* C = *curandum est vixit.* E — *dixit.* ACD (m∾) a = *quod patris videretur.* E — *quod patri videretur.* G = *negligendumque* [m∾] *quod patri videretur.*

5. G (m∾) H = *Non eculeum.* E = *non serpentem.* 𝔑 — 𝔈1. — *in* ante *consilio.* E — *in id scelus.* E = *timidus.* mw + *debere tamen illum.* D (s∾) 𝔑 — 𝔈1. — *a* ante *parentis.* G (cr. ∾) = *a parentibus.*

Cap. XVI.

G (m∾) Scal. = *mansuetiora cuncta.* D = *faciet.* CEa — *qualiscumque* — XVIII, 1. ex. *sed tutela?* H = *In magno imperio.* Lips. voluit abesse *imperia.*

Non est unum imperandi genus: imperat princeps ciuibus suis,
pater liberis, praeceptor discentibus, tribunus uel centurio mi-
litibus. Nonne pessimus pater uidebitur qui adsiduis plagis li- 2
beros etiam ex leuissimis causis conpescet? Uter autem prae-
ceptor liberalibus studiis dignior qui excarnificabit discipulos,
si memoria illis non constiterit aut si parum agilis in legendo
oculus haeserit, an qui monitionibus et uerecundia emendare
ac docere malit? Tribunum centurionemque da saeuum: de-
sertores faciet. quibus tamen ignoscitur. Numquid nae aequum
est grauius homini et durius imperari quam imperatur animalibus
mutis? atqui equum non crebris uerberibus exterret domandi 3
peritus magister. Fiet enim formidolosus et contumax, nisi
eum blandiente tactu permulseris. Idem facit uenator quique in-
stituit catulos uestigia sequi quique iam exercitatis utitur ad ex-
citandas uel persequendas feras. Nec crebro illis minatur:
contundet enim animos et quicquid est indolis comminuetur tre-
pidatione degeneri. nec [non] licentiam uagandi errandique pas-
sim concedit. Adicias his licet tardiora agentes iumenta. quae,
cum ad contumelias et miserias nata sint, nimia saeuitia cogan-
tur iugum detrectare. XVII. Nullum animal morosius est, nul-
lum maiore arte tractandum quam homo. nulli magis parcendum.

2. G = *ex clementissimis causis.* Scal. = *ex dementissimis causis.* A = *compescat.* G (m∾) = *cepisset.* w(s.m.) ℜ — 𝔖 = *compesceret.* Cod. Iur. = *compescit.* Rell. ∾. ADGH ℜ — 𝔈1. = *Utrum autem.*

qui excarnificabit = D (p.m.) GH Naz. P1. 2. 3. Trist. Verd. Scal. 𝔏4. — 𝔅o. Col. = *qui excarnificavit.* AD (s.m.) ℜ — 𝔏 𝔍u = *qui excarnificat.* D (cr.∾) G (cr.∾) = *oculis.* Col. = *Tribunum centurionemque dare servimini.* D (m∾) ℜ — 𝔈1. = *quibus tantum ignoscitur.*

Numquid nae aequum est = Naz. Col. = *Numquid ne aequum est.* mD = *Numquid non aequum est.* Rell. etiam Gr. = *Numquidnam aequum est.* b = *gravibus homini.* w (s.m.) Dalech. ci. — *imperatur.* ℜ — 𝔈1. + *brutis et mutis.*

3. A ℜ = *atqui aequum.* G (n.) + *non de crebris.* D (cr. ∾) = *non crebrius.* Col. = *nisi eum blande et actu.* ℜ — ℜu 𝔅o = *tactu blandiente* contra mstos etiam Gr.

quique instituit = ADw Naz. P2. Verd. Domin. D (s.m.) G ℜ — 𝔅o = *qui instituit* om. *que.* Col. = *qui instruit.* Rell. n. l. mDG = *qui iam exercitatis* om. *que.*

contundet enim animos = Ab Naz. P2. Domin. Trist. ℜ — 𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o (𝔊ro 𝔅1. = *contunde*). DG P1. Scal. 𝔏4. = *contundetur enim animus* ∾. P3. = *contenditur enim animus* ∾ *et comminuetur.* Col. + *contundet enim animos si hoc fecerit et quicquid* ∾. Pinc. v. l. 𝔈 — 𝔏𝔍u = *contunditur enim animus* ∾ *comminuitur.* [*non*] ante *licentiam* adieci contra mstos, sed sententia poscente.

cogantur = DGw Naz. Col. P1. 3. 4. ℜ — 𝔈1. AP2. 𝔈2. — 𝔅o = *cogatur.* P2. + *alienum iugum.* ℜ [illegible] *detractare.*

Quid enim stultius quam in iumentis quidem et canibus erubescere iram exercere, pessimam autem coudicionem sub homiue hominem esse? Morbis medemur uec irascimur. atqui et hic morbus est animi: mollem medicinam desiderat ipsumque medentem minime iufestum aegro. Mali medici est desperare ne
2 cures. Idem in his quorum animus adfectus est facere debebit cui tradita salus omnium est: non cito spem proicere nec mortifera signa pronuntiare. Luctetur cum uitiis, resistat. aliis morbum suum exprobret. quosdam molli curatione decipiat citius meliusque sanaturus remediis fallentibus. Agat princeps curam non tantum salutis, sed etiam honestae cicatricis. Nulla regi gloria est ex saeua animaduersione: quis enim dubitat posse? at contra maxima, si uim suam contiuet, si multos irae alienae eripuit, neminem suae inpendit. XVIII. Seruis imperare moderate laus est. et in mancipio cogitandum est non quantum illud inpune pati possit, sed quantum tibi permittat aequi bonique natura. quae parcere etiam captiuis et pretio paratis iubet. Quanto iustius iubet hominibus liberis, ingenuis, honestis non ut mancipiis abuti, sed his quos gradu antecedas quorumque tibi non seruitus tradita sit, sed tutela?

Cap. XVII.

A + *Quid enim e s t stultius.* 𝔊ro — 𝔅o — *quidem* post *iumentis* contra mstos. ADGw Verd. Trist. Scal. = *ir a s exercere.*

pessim a m autem condicion e m sub homine h o m i n e m esse. Ita scribendum videtur. 𝔑 — 𝔈1. = *pessimam autem conditionem sub homine esse.* Naz. (p.m.) = *pessim a autem conditionem sub hominem esse.* A = *pessim a condition e sub homine esse.* DG Hb P1. 2. 3. Trist. Verd. Domin. = *pessim a autem condition e sub homine esse.* Col. = *pessim a autem condit i o e s t sub homine esse.* 𝔈2. — 𝔏4. = *pessim a autem condition e hominem esse.* Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o = *pessim a autem condition e sub homine hominem esse.* 𝔗 = *nec irasc e mur.* Scal. 𝔐 = *atqui et morbus animi mollem medicinam* contra mstos etiam Gr. 𝔏𝔍u = *atqui et hic morbus animi mollem medicinam.* D (s.m.) G(s.m.) w (s.m.) P2. 3. 𝔑 — 𝔏4. = *ne cur e t.* D(p.m. ut videbatur) = *n e c cura r e.* Rell. etiam Gr. ∾.

2. *cui t r a dita salus* = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔈2. Quidam codd. Pinc. 𝔊 — 𝔅o = *cui c r e dita salus.* P2. = *qu a dam molli curatione.* 𝔑 — 𝔈2. = *m o r b i curatione* contra mstos etiam Pinc. Gr. w = *citius m o l liusque.* G (s∾) 𝔑 — 𝔐 = *Nulli regi.* Rell. etiam Gr. ∾.

Cap. XVIII.

A = *e t captivis pretio paratis.* AD (s.m.∾) GHbw (n.) P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔊 + *Quanto iustius h i s i u b e t t a n t o i u s t i u s hominibus.* Naz. + *Quanto iustius i u b e t q u a n t o i u s t i u s hominibus.* Col. + *Quanto iustius i u b e t hominibus.* P2. + *Quanto iustius h i s p a r c i i u b e t t a n t o i u s t i u s hominibus.* In w verba *non ut mancipiis abuti, sed his* sunt expuncta. A + *sed u t his.* H = *q u i gradu antece d a n t.* G = *quos grad u s antece d a t.* 𝔑 — 𝔈1. 𝔏 — 𝔅o = *tradita servitus sit.* 𝔈2. — 𝔐 = *tradita servitus* om. *sit.* Col. = *servitus sit sed tutela s e r v i t.* Rell. etiam Gr. ∾.

Seruis ad statuam licet confugere. cum in seruum omnia li- 2
ceant, est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium uetet. Quis non Vedium Pollionem peius oderat quam serui sui, quod muraenas sanguine humano saginabat et eos qui se aliquid offenderant in uiuarium, quid aliud quam serpentium, abici iubebat? O hominem mile mortibus dignum! siue 3
deuorandos seruos obiciebat muraenis quas esurus erat, siue in hoc tantum illas alebat ut sic aleret. Quemadmodum domini crudeles tota ciuitate commonstrantur inuisique et detestabiles sunt, ita regum et iniuria latius patet et infamia atque odium seculis traditur. Quanto autem non nasci melius fuit quam numerari inter publico malo natos? XIX. Excogitare nemo quicquam poterit quod magis decorum regenti sit quam clementia, quocumque modo is et quocumque iure praepositus ceteris erit. Eo scilicet formosius id esse magnificentiusque fatebitur quo in maiori praestabitur potestate. quam non oportet noxiam esse, si ad naturae legem conponitur. Natura enim commenta est re- 2
gem. quod et ex aliis animalibus licet cognoscere et ex apibus quarum regi amplissimum cubile est medioque ac tutissimo loco. Praeterea onere uacat, exactor alienorum operum, et amisso rege totum dilabitur examen. nec umquam plus unum patiuntur

2. 𝔑 — 𝔈1. = *liceat confugere.* D + *Est autem aliquid.* ADEGw P1. 2. 4. Naz. 𝔑 — 𝔊 = *quod in homine.* In hanc vocem desinit A. C (Hab) P3. Col. 𝔐 — 𝔅o ∾. CE = *communis vis animantium.* Iur. = *communis natura vetet.* 𝔐 — *animantium.* 𝔏𝔍u = *animantum.* Cod. Lips. 𝔏 — 𝔅o + *animantium vetet: quia eiusdem naturae est, cuius tu.* CDEGHabw 𝔑 — 𝔐 haec non habent, neque in ullo Gr. videntur fuisse. E (cr. ∾) = *Vidium Pollionem.* 𝔑 — 𝔈1. = *Vecliv um Pollionem.* w — *se* ante *aliquid offenderant.* 𝔑 — 𝔈1. = *offenderant iniuriarum quid aliud.* E = *in ora serpentum abici videbat.* P1. Iur. = *quam serpentium obiici.* P2. 𝔑 — 𝔏4. = *quam serpentibus obiici* (𝔑 — 𝔈1. = *iubeat*). Rell. etiam Pinc. Gr. Domin. Verd. Scal. Ops. ∾ (P4. = *iubebatur*).

3. CG (s∾) Pinc. v. l. P1. 3. 4. = *servos abiiciebat.* Rell. etiam Gr. ∾. Trist. = *in civitate commemorantur.* a = *in odium sceleris traditur.* *non nasci melius fuit* = CDEGH abw (P1. 2.). Naz. 𝔊ro — 𝔅o — *melius.* probat Gron. Col. = *melius non nasci fuit.* P3. = *non irasci melius fuit.* P4. = *non vasa melius fuit.* 𝔑 — 𝔈1. = *quam numerare.* CDEGH abw Pall. 𝔑 — 𝔈1. = *inter publica mala natos.* Naz. Col. 𝔈2. — 𝔅o ∾.

Cap. XIX.

CEa — *Excogitare nemo* — § 2. *maxime distinguitur.* DGw = *quo in maiore.* 𝔑 — 𝔈1. = *praestabit.* Quaedam exx. Pinc. m𝔊𝔐 = *sed ad naturae legem compositam* contra mstos etiam Gr.

2. D (s∾) w 𝔗𝔈1. = *quod ex aliis* om. *et.* 𝔅 = *quod ab aliis.* DGHb Naz. Col. P1. 3. 4. — *examen* post *totum.* recte fortasse. mD mG Scal. Rom. cod. Lips. = *totum agmen.* wP2. 𝔑 — 𝔅o ∾. Hw (s.m.) P1. (in *Proverbiis*) P4. Trist. + *plus quam unum.* GP1. 3. Scal. = *post unum pati*[illegible] = *plus una patiun-*

melioremque pugna quaerunt. Praeterea insignis regi forma est dissimilisque ceteris, tum magnitudine, tum nitore. hoc tamen maxime distinguitur. Iracundissimae ac pro corporis captu pugnacissimae sunt apes et aculeos in uolnere relinquunt: rex ipse sine aculeo est. Noluit illum natura nec saeuum esse nec ultionem magno constaturam petere. telumque
3 detraxit et iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est. Est enim illi mos exercere se in paruis et ingentium rerum documenta minima agere. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto uehementius nocet. Utinam quidem eadem homini lex esset et ira cum telo suo frangeretur nec saepius liceret nocere quam semel nec alienis uiribus exercere odia! facile enim lassaretur furor, si per se sibi satis-
4 faceret et si mortis periculo uim suam effunderet. Sed ne nunc quidem illi cursus tutus est. Tantum enim necesse est timeat quantum timeri uoluit. et manus omnium obseruet et eo quoque tempore quo non captatur peti se iudicet nullumque momentum inmune a metu habeat. Hanc aliquis agere uitam sustinet, cum liceat innoxium aliis et ob hoc securum salutare potentiae

tur. P4. = *plus quam depaciuntur.* Col. = *nec unquam pusillum patiuntur.* P2. Col. (uterque in *Proverbiis*, quae P2. *Notabilia* appellat) = *plus quam unde patiuntur.* Rell. etiam Naz. P2. 𝔑 — 𝔅o ∾. 𝔐 = *regis forma est* contra mstos etiam Naz. Col. P2. Ops. D (m∾) = *hoc tam maxime distinguitur.* Quaedam exx. Pinc. = *hoc cum maxime.* Col. — *maxime.* mw + *quod cum iracundissimae.* G = *pro corporeo actu.* D = *pro corpore captu.* mD = *pro corpore actu.* a = *pro corporis capacitate.* E = *natura nec servum esse.* C = *nec ultionem magnam.*

3. w(s.m.) = *Exemplum hoc.* CE w 𝔈2. — 𝔐 — *est* post *ingens.* Col. = *Mos illis* [= ci. Agric.] *est exercere se.* G (s∾) P3. — *se* post *exercere.* a = *exercere se in partus et ingentia rerum.* P4. = *exercere se in peyus.* Ermi ci. 𝔈2. — 𝔅o = *exerere* [*exserere*] *se.* Rell. etiam Ermi Gr. ∾. w (s.m.) = *documenta e minimis agere.* Cod. Iur. = *de minimis agere.* E = *nimia agere.* Naz. = *documentam minima argere.* Col. = *d. minima augere.* Erm. ci. = *per minimas agere.* Lips. ci. = *minima* aut *minimis agere.* Rell. etiam Gr. ∾. CEa — *Pudeat* — § 5. *clementia praestabit.* D (m∾) — *nocet* post *vehementius.* D (m∾) G — *saepius.* w𝔑 — 𝔈1. = *exerceret odia.* D(m∾) GH Trist. Domin. Scal. 𝔑 — 𝔈1. = *laxaretur furor.*

4. sG = *Sed nec nunc.*

inmune a metu habeat = DmGH b Pinc. v. l. P4. Erm. ci. 𝔈 — 𝔅o. GP2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *immune a met. habeat.* 𝔈2. — *a metu.* P1. = *immunet amet. Habeat.* Naz. = *immuneam et habeat habeat.* D (m∾) = *Sed hanc quis vitam aegram.* GP1. 3. 4. = *Si quis hanc aegram vitam.* Pinc. v. l. = *Sed quis vitam aegram sustinet?* Naz. = *hanc aliquis agerem vitam.* Col. = *Habeatque hanc aliquis agere vitam.* w𝔑 — 𝔏4. 𝔑u — 𝔅o = *Hanc* [*hanc*] *aliquis aegram vitam.* Cod. Put. Grut. ci. 𝔊ro — 𝔅1. ∾. Germ. Trist. Scal. = *sustineat.*

cum liceat innoxium aliis et ob hoc securum salutare potentiae ius lae-

ius laetis omnibus tractare? Errat enim, si quis existimat tutum esse ibi regem ubi nihil a rege tutum. Sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum 5
editas arces nec in adscensum arduos colles emunire nec latera montium abscidere, multiplicibus se muris turribusque sepire: saluum regem in aperto clementia praestabit. Unum est inexpugnabile munimentum amor ciuium. Quid pulchrius est quam uiuere optantibus cunctis et uota non sub custode nuncupantibus? si paulum ualitudo titubauit, non spem hominum excitari, sed metum? nihil esse cuiquam tam pretiosum quod non pro salute praesidis sui commutatum uelit? omne quod illi contingit sibi quoque euenire deputet? In hoc adsiduis bonitatis argumen- 6

tis omnibus tractare = (Hb) cii. N. Fabri Opsop. 𝔊ro — 𝔅o. probat Grut. Col. Put. — *et*. Pinc. v. l. P4. = ∾ *salutarem potentiam eius*. Naz. = ∾ *aliis ob hoc securum salutare potentia eius* ∾. Erm. sic se restituere dicit locum (ex mstis, ut videtur): *cum liceat innoxium aliis ob hoc securum salutarem potentiam eius laetis omnibus tractare.* et suspicatur *aliis* mutatum esse pro *atque*, deinde *eius* Pronomen redundare. D = ∾ *aliis hoc* [s.m. = *aliis et ob hoc*] *securum. salutarem potentiam eius lecti* [s.m. = *leti*] *omnibus tractare.* GP3. = ∾ *aliis ob hoc* ∾ *potentiam eius laetis* [hoc G habet tantum in m] *omnibus tractare.* P1. 2. 𝔑 — 𝔈2. = ∾. *Aliis* [𝔈2. =, *aliis*] *ob hoc securum salutare potentiam eius* ∾. Trist. Domin. Rom. = *salutarem potentiam laetis civibus.* 𝔈 — 𝔐 = ∾ *innoxium atque ob hoc securum salutarem potentiam laetis omnibus tractare.* 𝔏 — 𝔏4. = ∾ *innoxium atque ob hoc* ∾. D𝔑 — 𝔈1. = *si quis aestimat.*

a rege tutum. Sed securitas = mss. etiam Gr. (P1. = *Si*). 𝔑 — 𝔊 + *a rege tutum est. Sed sec.* 𝔐 — 𝔅o = *a rege tutum est. Securitas.* Grut. ci. = *Scilicet securitas.* P1. (in *Proverbiis*) Vinc. Bell. (Sp. H. IX, 105.) = *mutua pascenda est.*

5. Verd. Rom. = *Non opus est extruere.* G(s.m.) = *struere.* Domin. (Mod. Ep. 21.) = *nec in ascensum arduo calle munire.* Domin. (𝔍u) = *nec ascensu arduo colle se munire.* Col. = *arduo colle se munire.* G (s.m.) = *colles munire.* P1. = *arduos colles enumerare.* P4. = *arduos calles emunire.* Rell. etiam Naz. P2. ∾. G(cr. ∾) 𝔑 — 𝔏4. 𝔅1. 𝔅o = *latera montium abscindere.* Rell. etiam Gr. ∾. sw + *nec multiplicibus.* Gron. (Obss. III, 21. p. 475. Pl.) laudat *muris trabibusque sepire.* H = *salvum regem clementia in alto ambit.* C = *expugnabile munimentum.* D (cr. ∾) mG = *non sub custodibus.* G = *custodiae municipantibus.* a = *in vita non sub custode* [CE =] *non culpantibus.* E = *nihil cuiquam est.* H = *nihil esse cuiquam tam speciosum.* C cod. Iur. = *praesidii sui.* probat Iur. E = *pro salute sua commutatum.*

omne quod illi contingit sibi quoque evenire deputet = Ermi ci. 𝔈2. — 𝔅o. Haec retinui, quamvis falsa esse appareret: sed meliora non erant in promptu. D = *omne illi cui contingit sibi quoque vivere debeat,* G = *om*[n.]*ne ille cui contingit sibi quoque vivere debeat.* P1. 2. Naz. = *O ne illo cui contingit sibi quoque vivere debeat.* P3. = *sine illo cui contingit sibi quoque vivere debeat.* P4. = *Onerillo cui contigit sibi quoque vivere debeat.* w = *evenire deputent* (?). b = *evenire* [?] *debeat.* 𝔑 — 𝔈1. = *Omne illo cui contingit sibi quoque vivere debeat.* Agric. ci. = *omne illi*

tis probauit non rempublicam suam esse, sed se reipublicae. Quis huic audeat struere aliquod periculum? quis ab hoc non, si possit, fortunam quoque auertere uelit sub quo iustitia, pax, pudicitia, securitas, dignitas florent. sub quo opulenta ciuitas
7 copia bonorum omnium abundat? Nec alio animo rectorem suum intuetur, quam si di inmortales potestatem uisendi sui faciant: intueamur ueneranles colentesque. Quid autem? non proximum illis locum tenet is qui se ex deorum natura gerit beneficus ac largus et in melius potens? Hoc adfectare, hoc imitari decet, maximum ita haberi, ut optimus simul habeare. XX. A duabus causis punire princeps solet, si aut se uindicat aut alium. Prius de ea parte disseram quae ipsum contingit: difficilius est enim moderari, ubi dolori debetur ultio quam ubi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere, ne facile credat, ut uerum excutiat, ut innocentiae faueat et ut adpareat, ut non minorem agi rem periclitantis quam iudicis sciat: hoc enim ad iustitiam,

quod contingit sibi quoque evenire debeat. m𝔍u = *omnes illico quicquid contigit sibi quoque evenire putant.* CEa — *omne quod illi* — XX, 2. *sibi detrahit.*

6. w(cr. ∾) = *In his assiduis.* Amicus Grut. ci. = *Unum hoc assiduis.* Lips. ci. = *Is hoc vel qui assiduis.* D (s.m.) w(cr. ∾) = *probabit.* ℜ — 𝔈1. + *Quis huic regi.* ℜ — 𝔈1. = *fortunamque avertere.* Germ. = *fortunam quoque ad se advertere.* Scal. Domin. (𝔍u) + *in se avertere.* Cod. Iur. = *sub quo opulentia civitatis.*

7. ℜ — 𝔈2. = *intuentur* contra mstos etiam Pinc. Gr. Pinc. ci. 𝔊 — 𝔏4. = *intueremur venerantes* contra mstos etiam Gr. Germ. Domin. (𝔍u) = *non potissimum illis locum.* ℜ — 𝔈1. = *non pessimum illis locum.*

Hoc adfectare, hoc imitari = mss. ℜ — 𝔐 (w = *Hoc* ∾ *hic*). 𝔏 — 𝔅o = *Haec affectare, haec imitari.* G (cr. ∾) = *imitari docent.*

ut optimus simul habeare = Naz. probat Lips. P4. = *ut optamus simul habeatur.* Rell. etiam Gr. ℜ — 𝔅o = *ut optimus simul habeatur.*

Cap. XX.

𝔗 — 𝔈1. — *A* ante *duabus*. Col. = *In duabus causis.* 𝔈2. — 𝔏4. = *Duabus de causis.* Rell. etiam Gr. Erf. ∾.

prius de ea parte = Naz. Col. 𝔊ro — 𝔅o. DG 𝔐 — 𝔏4. — *ea.* sGH Pall. ℜ — 𝔊 = *Prius de ipsa parte.* ℜ — 𝔈1. = *dixeram quae ipsum.*

et ut adpareat, ut non minorem agi rem periclitantis quam iudicis sciat = G (s.m.). Lips. ci. 𝔊ro — 𝔅o — *ut* ante *adpareat.* Agric. ci. = *ut non minorem agi rem.* Naz. = *et ut appareat non minore magis rem periclitantis quam iudicis sciat.* DGH P1. 2. 4. = *ut* [sD = *et ut*] *appareat. ut non minorem magis rem periclitantis* [D p.m. = *periclitantes*] *quam iudicis sciat.* P3. = *ut appareat, ut non minorem magis rei periclitantis quam iudicis sciat.* Col. = *et appareat, ut non minorem magis rem pericl. q. i. sc.* Erm. ci. = *ut appareat non minus agi rem periclitantis quam iudicis* aut *ut appareat quod non minorem* vel *non minus rem agi rei periclitantis.* 𝔈2. — 𝔊 = *ut appareat, non minus rem agi rei periclitantis quam iudicis.* 𝔐 — 𝔏4. = *ut appareat non minus rem agi periclitantis quam iudicis.*

hoc enim ad iustitiam = DGHw Gr. 𝔅2. ℜ — 𝔊 = *hoc autem ad*

non ad clementiam pertinet. Nunc illum hortamur ut manifeste 2
laesus animum in potestate habeat et poenam, si tuto poterit,
donet: sin minus, temperet longeque sit in suis quam in alienis
iniuriis exorabilior. Nam quemadmodum non est magni animi
qui de alieno liberalis est, sed ille qui quod alteri donat sibi detrahit: ita clementem uocabo non in alieno dolore facilem, sed
eum qui, cum suis stimulis exagitetur, non prosilit. qui intellegit magni animi esse iniurias in summa potentia pati nec quicquam esse gloriosius principe inpune laeso. XXI. Ultio duas
res praestare solet: aut solatium adfert ei qui accepit iniuriam
aut in reliquum securitatem. Principis maior est fortuna, quam
ut solatio egeat, manifestiorque uis, quam ut alieno malo opinionem sibi uirium quaerat. Hoc dico: cum ab inferioribus petitus
uiolatusque est. nam si quos pares aliquando habuit infra se uidet, satis uindicatus est. Regem et seruus occidit et serpens
et sagitta: seruabit quidem nemo, nisi maior eo quem seruauit.
Uti itaque animose debet tanto munere deorum dandi auferendi- 2
que uitam potens: in his praesertim quos scit aliquando sibi par
fastigium obtinuisse. Hoc arbitrium adeptus ultionem inpleuit
perfecitque quantum uerae poenae satis erat. Perdidit enim ui-

iustitiam. 𝔐 — 𝔑u 𝔅o — *enim.* w (cr. ∾) = *ad clementiam pertinere.*

2. Domin. (𝔍u) = *poenam si totam al. toto poterit.* 𝔑 — ℭl. = *donec sui minus temperet.* D = *si minus.* G (cr. ∾) = *si non minus.* H = *longeque suis quam* om. *sit in.* P1. 3. = *in alienis iniuriis exhortabilior.* G(m ∾) = *exortabilior.* Col. — *iniuriis.* 𝔑 — 𝔅o = *in alienis exorabilior iniuriis.* Col. P3. = *qui alieno liberalis est* om. *de.* E = *clementem vocabis.* C — *in* ante *alieno dolore.* D = *exagitaretur.* C = *intelligit magnum esse iniurias.* a — *inpune.*

Cap. XXI.

𝔑 — 𝔏𝔍u = *qui accipit iniurium.* P4. = *qui recepit iniuriam.* Rell. etiam Naz. P1. 3. ∾. 𝔑 — 𝔏𝔍u + *quam ut tali solatio* contra mstos etiam Gr. Ops. G (s ∾) P 1. 3. = *quam solatio* om. *ut.* E = *quod ut alieno malo.* 𝔑 — ℭl. = *satis iudicatus est.*

servabit quidem = mD Naz. Col. Rell. 𝔑 — 𝔅o = *servavit q.*

2. CEa — *Uti itaque* — XXII, 2. *ad castigandum veniat.*

quos scit aliquando sibi par fastigium obtinuisse. Ita scripsisse videtur Seneca. Pinc. ci. = *par sibi.* Pinc. ci. 𝔊ro — 𝔅o = *quos scit simile fastigium obtinuisse:* eius codd. certe habebant *fastigium.* D = ∾ *aliquando sibi fastigio obstitisse.* G P1. 3. 4. = ∾ *sibi fastigio obtinuisse.* w = ∾ *sibi* [cr. *suo*] *fastigio obstitisse* (cr. *obtinuisse*). b = *aliquando fastigium obtinuisse.* P2. 𝔑 — ℭl. = *quas scit aliquando sibi fastidio obtinuisse.* Naz. = *quos scit aliquando sibi fastigio optinuisse.* Col. = ∾ *sibi fastigia obtinuisse.* Domin. (𝔍u) = *fastigium obtinuisse.* Scal. = *suum fastigium retinuisse.* Cod. Lips. = *sibi fastigium obtinuisse.* ℭ2. — 𝔏4. = ∾ *aliquando suo fastigio obstitisse.* 𝔑 — ℭl. = *profecitque quantum.*

tam qui debet. et quisquis ex alto ad inimici pedes abiectus alienam de capite regnoque sententiam exspectauit in seruatoris sui gloriam uiuit plusque nomini eius confert incolumis, quam si ex
3 oculis ablatus esset. Adsiduum enim spectaculum alienae uirtutis est: in triumpho cito transisset. Si uero regnum quoque suum tuto relinqui apud eum potuit reponique eo unde deciderat, ingenti incremento surgit laus eius qui contentus fuit ex rege uicto nihil praeter gloriam sumere. Hoc est etiam ex uictoria sua triumphare testarique nihil se quod dignum esset uictore apud
4 uictos inuenisse. Cum ciuibus et ignotis atque humilibus eo moderatius agendum est quo minoris est adflixisse eos. Quibusdam libenter parcas, a quibusdam te uindicare fastidias et non aliter quam ab animalibus paruis et obterentem inquinantibus reducenda manus est: at in iis qui in ore ciuitatis seruati punitique erunt occasione notae clementiae utendum est. XXII. Transeamus ad alienas iniurias. in quibus uindicandis haec tria lex secuta est quae princeps quoque sequi debet: aut ut eum quem punit emendet, aut ut poena eius ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis securiores ceteri uiuant. Ipsos facilius emenda-

G𝔑 — 𝔈1. = *ad inimici pedes a d - iectus.*

alienam de capite r e g n o que sententiam = Domin. (Mod. Ep. 21.) Nicot. 𝔊ro — 𝔅o. P2. 𝔑 — 𝔊 𝔏 — 𝔏 4. = *alienam de capite s u o r e g i a m que sententiam.* G = *al. de cap. reg i a m sententiam.* D sG P1. 3. 4. = *alienam de capite reg i a m que sententiam* (P4. = *expecta v i*). w ex. scholl. Salmantt. Col. = *al. de cap. reg i o sententiam.* probat Pinc. Naz. = *al. de cap. reg i o que sententiam.* 𝔐 = *al. de capite s u o sententiam.* 𝔑 — 𝔏𝔍u = *viv e t plusque nomini eius conf e r e t.* P2. Trist. Scal. = *viv e t* ∾. Rell. etiam Gr. Domin. (𝔍u) Verd. Nicot. ∾.

3. D = *in triumph u m* ∾. Naz. Col. = *in triumpho cito transis s e.* G H Pall. 𝔑 — 𝔈 1. = *in triumph u m cito transis s e.* Loccen. (ad Curt. VIII, 14.) laudat: *relinqui apud v i c t u m potuit.* 𝔑 — 𝔈1. = *unde r e ciderat.*

quod dignum esset victo r e = DG (s.m.) w(b) Pinc. v. l. Naz. P2. 𝔊 — 𝔅o. H 𝔈2. = *quod dignum esset victor i a.* G(p.m.) P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *quod dignum esset victor i a e.* D (cr. ∾) = *apud v i c t u r o s invenisse.* 𝔑 — 𝔈1. — *a* ante *quibusdam.* G Gr. 𝔑 — 𝔈1. — *ab* ante *animalibus.* 𝔑 — 𝔈1. = *et obterent e s.* D + *inquinantibus t e.* D(s.m.) Hb Pall. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *qui m o r e civitatis.* D(p.m.) = *qui m o r t e civitatis.* Naz. ∾. P4. = *punitique e x q u o occasione.* w(cr. ∾) = *occasióne p o e n a e clementiaeq u e.*

Cap. XXII.

D(s ∾) = *aut eum quem* ∾ *aut poena eius* om. *ut.* Gw P1. 3. Col. — *ut* ante *poena eius.* Naz. = *a t poena eius.* Rell. etiam Domin. ∾. Mod. (Ep. 21.) verba *aut ut eum quem — meliores reddat* ex membranis Herbipolensibus reducere sibi visus est. At leguntur in omnibus libris, quos mihi quidem contigit inspicere. P4. Col. 𝔈1. 2. = *aut sublatis* om. *ut.* P1. = *aut s i sublatis.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. Naz. = *Ips o facilius.* P3. = *emendab i t.* Col. = *emenda r e.*

bis minore poena: diligentius enim uiuit cui aliquid integri superest. Nemo dignitati perditae parcit. inpunitatis genus est iam non habere poenae locum. Ciuitatis autem mores magis 2
corrigit parcitas animaduersionum: facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium. et minus grauis nota est quam turba damnationum leuat. et seueritas, quod maximum remedium habet, adsiduitate amittit auctoritatem. Constituit bonos mores ciuitati princeps et uitia eius conpescit, si patiens eorum est, non tamquam probet, sed tamquam inuitus et cum magno tormento ad castigandum ueniat. Uerecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior multo poena uidetur quae a miti uiro constituitur. XXIII. Praeterea uidebis ea saepe committi quae saepe uindicantur. Pater tuus plures intra quinquennium culeo insuit quam omnibus seculis insutos accepimus. multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu sine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altissimi uiri et rerum naturae peritissimi maluerant uelut incredibile scelus et ultra audaciam positum praeterire quam, dum uindicant, ostendere posse fieri. Itaque parricidae a lege coeperunt et illis facinus poena 2

G (m∾) = *impietatis genus est.* 𝔊 = *poena locum.*

2. G Pall. Domin. (ℑu) Trist. Scal. Verd. 𝔑 — 𝔈1. = *corripit parcitas.* Naz. = *corrigit paritas.* Rell. etiam Col. ∾. D (cr. ∾) = *multitudini peccantium.* 𝔗 — 𝔈1. + *quam cum turba.*

turba damnationum = DGHwNaz. P1. 2. 4. Domin. (ℑu) Scal. Verd. 𝔑 — 𝔈1. P3. = *turba damnantium.* Col. 𝔈2. — 𝔅o = *turba damnatorum.*

et vitia eius conpescit = Hw P2. 𝔑 — 𝔈2. b Naz. Col. — *conpescit.* quod probaret Grut., si *constituere vitia* significare posset *vitia in ordinem redigere.* Gron. ci. 𝔑u — 𝔅o = *et vitia eruit, si patiens.* Erf. = *et vitia eius emendat.* D Scal. = *et vitia eius felicius reprimit.* G maior pars exx. Pinc. P1. 3. 4. = *et vitia eius facilius reprimit.* Domin. (ℑu) = *et vitia reprimit.* Trist. Verd. = *et vitia compescit.* 𝔊 — 𝔐𝔊ro + *et vitia eius facilius compescit.* 𝔏 — 𝔏4. + *et vitia eius felicius compescit.* 𝔅1. + *et vitia eius facilia compescit.* 𝔑 — 𝔈2. — *et* ante *cum magno* contra mstos etiam Pinc. Gr. C = *clementia recentis.* C — *constituitur.* a = *poena videtur quae amitti ut fertur.*

Cap. XXIII.

𝔑 — 𝔈1. + *et praeterea.* E = *Postea videbis.* GP3. = *inter quinquennium.* Naz. = *infra quinq.* 𝔑 — 𝔈1. + *in ultimum admittere.* G (m∾) = *multi admittere.* w — *crimen* post *sine lege.* b = *sine lege commissum fuit.* CE = *summi viri.* C cod. Iur. = *quam dum vindicarent.* E = *quam vindicare et ostendere.* G (m∾) = *quam dum iudicant.*

2. *a lege coeperunt* = Col. CD Naz. + *cum a lege coeperunt.* E = *cum ea lege coeperunt.* b + *quia a lege coeperunt.* Cod. Iur. = *cum a lege puniri coeperunt, illis facinus.* (GHaw) 𝔑 — 𝔅o = *cum lege coeperunt.* Lips. ci. = *cum legem ceperunt.*

monstrauit. pessimo uero loco pietas fuit, postquam saepius culeos uidimus quam cruces. In qua ciuitate raro homines puniuntur in ea consensus fit innocentiae et indulgetur uelut publico bono. Putet se innocentem esse ciuitas: erit. magis irascetur a communi frugalitate desciscentibus, si paucos eos esse uiderit. Periculosum est, mihi crede, ostendere ciuitati quanto plures mali sint. XXIV. Dicta est aliquando a Senatu sententia, *ut seruos a liberis cultus distingueret:* deinde adparuit quantum periculum inmineret, si serui nostri numerare nos coepissent. Idem scito metuendum esse, si nulli ignoscitur. cito adparebit pars ciuitatis deterior quanto praegrauet. Non minus principi turpia sunt multa supplicia quam medico multa funera. Remissius imperanti melius paretur. Natura contumax est humanus animus et in contrarium atque arduum nitens sequiturque facilius quam ducitur.
2 Et ut generosi atque nobiles equi melius facili freno reguntur, ita clementiam uoluntaria innocentia inpetu suo sequitur et dignam putat ciuitas quam seruet sibi: plus ita-

pessimo vero loco = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔈1. 𝔊ro — 𝔅o. 𝔈2. — 𝔏4. — *vero.* D(cr.∾) = *pietatis.* E = *postquam sepe vidimus* om. *culeos.* E = *concessus fit innocentiae.* b Col. = *consessus fit innoc.* G (cr.∾) = *confessus fuerit fit innoc.* P 1. = *confessus fuit innoc.* P3. = *confexus sit innoc.*

magis irascetur = mss. etiam Domin. (𝔍u) Trist. Scal. Verd. 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *magis irascitur.* DG (m∾) b = *a communi fragilitate.* DG(m∾) = *desistentibus.* E = *discedentibus.* CDEG (s∾) H — *eos* post *paucos.* recte, puto. Naz. = *mihi credere ostendere.* C = *mihi crede ostentare.* Ew = *mali sunt.* Naz. Col. = *malis.*

Cap. XXIV.

Dicta est aliquando a Senatu sententia. Ita scribendum duxi: nam Naz. = *malis indicta est aliquando senatu sententia.* Col. = *malis indicta est aliquando senatus sententia.* *malis indicta* apparet factum esse ex MALISINTDICTA. *a* autem potuit elidi. CDEGHbw P1. 2. 3. cod. Lips. 𝔑 — 𝔊 𝔑u — 𝔅o = *indicta* [*Indicta*] *est aliquando a senatu sententia.* P4. = *Inducta est aliq. a senatu sent.* 𝔐 — 𝔏4. = *In Senatu dicta est aliquando sententia.* 𝔊ro 𝔅1. = *Dicta est aliquando in Senatu sent.* Lips. ci. = *Indicata est.* Grut. (ex Col.) ci. = *Indictum est aliquando senatus sententia* vel (ex Naz.) *Dicta est aliquando senatu sententia.* Ne offendaris a Praepositione omissa, cf. Tacit. A. III, 3. *Tiberio et Augusta cohibitam.* Agric. 40. *uno aut altero amicorum comitatus.* Hist. IV, 26. *ductus Vocula exercitus.* Sic enim ex optimis libris scribo: qui habent *ductus a Vocula* aut *Voculae*, interpolati sunt. E = *quantum periculi.* a = *si servi se numerare coepissent.* E — *nostri.* G = *metuendum est.* D = *praegravetur.* E = *praegravat.* E = *et in arduum.* D = *sequitur* om. *que.* 𝔑 — 𝔊 = *facilius quam ducatur* contra mstos.

2. CEa — *Et ut generosi* — XXVI, 2. ex. *iuvent?* Gw = *ac nobiles.* Naz. = *Ita clementia voluntaria. innocentia impetu.* Col. = *Ita clementia voluntaria innocentiam impetu.* D(cr.∾) = *Ita clementiam voluntariam innoc.* sG = *Ita clementiam voluntariam innocentiam.* w (cr.∾) = *putat civitas cui serviat.* sDG(m∾) = *plus*

que hac uia proficitur. Crudelitas minime humanum malum est indignumque tam miti animo. Ferina ista rabies est sanguine gaudere ac uolneribus et abiecto homine in siluestre animal transire. XXV. Quid enim interest, oro te, Alexander, leoni Lysimachum obicias an ipse laceres dentibus tuis? tuum os est, tua illa feritas. O quam cuperes tibi potius ungues esse, tibi rictum illum edendorum hominum capacem! Non exigimus a te ut manus ista, exitium familiarium certissimum, ulli salutaris sit, ut iste animus ferox, insatiabile gentium malum, citra sanguinem caedemque satietur: clementia uocatur ad occidendum amicum carnifex inter homines. Hoc est quare uel maxi- 2
me abominanda sit saeuitia, quod excedit fines primum solitos, deinde humanos. Noua supplicia conquirit, ingenium aduocat, instrumenta excogitat per quae uarietur atque extendatur dolor. et delectatur malis hominum. Tunc ille dirus animi morbus ad insaniam peruenit ultimam, cum crudelitas uersa est in uoluptatem: et iam occidere hominem iuuat. Nam talem uirum a ter- 3
go sequitur euersio, odia, uenena, gladii. tam multis periculis petitur quam multorum ipse periculum est. priuatisque non-

ergo huc via. 𝔑 — 𝔈1. = *hac via proficiscitur.*

indignumque tam miti animo = D sGw Naz. Col. P2. 4. 𝔑 — 𝔈2. 𝔅2. G P1.3. = *dignumque tam m. a.* 𝔊 — 𝔑u 𝔅o = *indignum t. m. a.* om. *que.*

Cap. XXV.

tuum os est = mss. 𝔑 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o + *tuum illud os est.* 𝔑 — 𝔈1. = *exitum familiariunn certissima.* D = *certissimi.* G(s∾) = *exitu fam. certissima.*

clementia vocatur ad occidendum amicum carnifex inter homines = Col. Gron. ci. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔅2. = *clementia vocetur* ∾. cf. Gron. Obss. I, 6. p. 46 sq. Pl. Naz. = *clementiam vocatur ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur.* DGHb w omnes Pinc. Pall. = *clementia invocatur ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur.* 𝔑 — 𝔈1. = *clementia invocatus ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur.* Ermi ci. 𝔈2. — 𝔐 𝔐u 𝔅o + *clementia vocatur, si ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur.* 𝔏 — 𝔏4. = *clementia vocetur, si ad occidendum amicum carnifex inter homines eligitur.* Pinc. ci. = *Leo etiam invocatur ad occ. am.* Dalech. hunc locum mutilum censet.

2. 𝔑 — 𝔈1. = *vel maxima.* GHw 𝔑 — 𝔊 = *et delectetur.* G (p.m.) = *Tunc ille dirus animus moribus.* G (s.m.) H Naz. P1. 2. 3. = *Tunc illi dirus animi morbus.* Col. = *Tunc ille durus a. m.* P4. = *Tunc illi durus a. m.* 𝔊 = *Tunc ille durius a. m.* 𝔑 — 𝔈2. 𝔊 = *Tunc ille diri animi morbus.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾.

3. D — *talem* ante *virum.* G(m∾) = *Naturalem vim a tergo sequitur.* w (cr.∾) = *sequitur aversio.* G (m∾) b P1. 4. = *eversio. Odiosus venena gladii.* P2. = *eversio. Odiosus vena gladii.* P3. = *everso odiosus, venena gladii.* Naz. = *aeversio odiae venena gladii.* 𝔑 — 𝔈1. = *eversio. Odiosus veneno gladiis.* 𝔈2. = *eversio. Odio veneno gladiis.* Rell etiam ex. Pinc. Col. 𝔊 — 𝔅o ∾. Db plerique Pinc. Naz. tres Pall. = *tam multis periculis pa-*

numquam consiliis, alias uero consternatione publica circumuenitur. Leuis enim et priuata pernicies non totas urbes mouet:
4 quod late furere coepit et omnes adpetit undique configitur. Serpentes paruulae fallunt nec publice conquiruntur: ubi aliqua solitam mensuram transiit et in monstrum excreuit, ubi fontes potu infecit et, si adflauit, deurit obteritque quacumque incessit, ballistis petitur. Possunt uerba dare et euadere pusilla mala,
5 ingentibus obuiam itur. Sic unus aeger nec domum quidem perturbat: at ubi crebris mortibus pestilentiam esse adparuit, conclamatio ciuitatis ac fuga est et dis ipsis manus intentantur. Sub uno aliquo tecto flamma adparuit. familia uicinique aquam ingerunt: at incendium uastum et multas iam domos depastum parte urbis obruitur. XXVI. Crudelitatem priuatorum seruiles quoque manus sub certo crucis periculo ultae sunt: tyrannorum gentes populique et quorum erat malum et hi quibus inminebat exscindere adgressi sunt. Aliquando sua praesidia in ipsos consurrexerunt perfidiamque et inpietatem et feritatem et quicquid ab illis didicerant in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo quisquam sperare quem malum esse docuit? Non diu adpa-
2 ret nequitia nec quantum uidetur peccat. Sed puta tutam esse

titur. probat Gron. Diatr. in Stat. I. p. 465. P3. = *a tam multis pericula patitur.* Col. = *tam multa pericula patitur.* P1. (s.m.) Pinc. ci. m𝔊 = *tam multis periculis patet.* Rell. 𝔑 — 𝔅o ∾.

4. *nec publice conquiruntur* = ci. Grut. 𝔊ro 𝔅1. Naz. = *nec publice consequiruntur.* DGHbw Pall. Col. 𝔑 — 𝔏4. = *nec publice consequuntur* (quidam Gr. = *consecuntur*). 𝔑u — 𝔅o = *nec publice conficiuntur.* Dw 𝔑 — 𝔈1. = *ubi aliquam.* Dw 𝔑 — 𝔐 = *transit.*

et, si adflavit, deurit = mss. etiam Gr. 𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o (D p.m. — *si*). 𝔐 — 𝔏4. = *et sufflatu deurit.* Grut. ci. = *et quicquid afflavit deurit.* Lips. ci. = *et suo afflatu deurit.* Ruhk. ci. = *sibilo.* H = *acurit obteritque.* G (s∾) = *quocunque incessit.* D (cr.∾) = *ballistis peti.* b = *ingentibus obvientur.* D = *obviam it.*

3. 𝔑 — 𝔈1. + *appellaverit et apparuit.*

et dis ipsis manus intentantur = 𝔊ro — 𝔅o. Naz. = *et dis ipsis manibus intentantur.* P3. = *manus concenet.* Rell. etiam Gr. = *manus intenduntur.*

Cap. XXVI.

w 𝔑 — 𝔊 = *Crudelitatem privatorum quoque serviles.* Col. = *Privatorum quoque crudelitatem serviles manus.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. b = *mortis periculo.*

exscindere adgressi sunt = Naz. 𝔈2. — 𝔅o. P4. = *accidere aggressi sunt.* DGHw P1. 2. 3. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *excidere aggr. s.* Quaedam exx. Pinc. Gr. m𝔊 = *et impunitatem et feritatem.* Dw(s.m.) 𝔐 — 𝔏4. = *paret nequitia.* Naz. = *Non diu nequitia appareret.* Rell. etiam Gr. ∾.

nec quantum videtur = mss. etiam ex. Pinc. Gr. 𝔑 — 𝔊 (Naz. = *nec quam tur videtur*). 𝔐 — 𝔅o = *nec quantum iubetur.* mD ex. Pinc. + *tantum peccat.* mG = *petat.*

crudelitatem: quale eius regnum est? non aliud quam captarum urbium forma et terribiles facies publici metus. Omnia moesta, trepida, confusa. uoluptates ipsae timentur. Non conuiuia securi ineunt in quibus lingua sollicite etiam ebriis custodienda est. non spectacula ex quibus materia criminis ac periculi quaeritur. Adparentur licet magna inpensa et regiis opibus et artificum exquisitis nominibus, quem tamen ludi in carcere iuuent? Quod istud, di boni, malum est occidere, saeuire, delectari 3 sono catenarum et ciuium capita decidere, quocumque uentum est multum sanguinis fundere, adspectu suo terrere ac fugare? Quae alia uita esset, si leones ursique regnarent? si serpentibus in nos ac noxiosissimo cuique animali daretur potestas? Illa rationis expertia et a nobis inmanitatis crimine damnata abstinent suis et tuta est etiam inter feras similitudo: horum ne a 4

2. 𝔑 — 𝔈1. = *tantam crudelitatem.* DGH = *Quare his* [sG = *in his*] *regnum est.* P1. 3. = *Quare? His regnum est non aliud.* P2. 4. = *quale hiis regnum est.* Naz. = *quare ius regnum est.* Col. = *quare ius regni non est.* 𝔑 — 𝔈1. = *Quare eius r. e.* 𝔈2. — 𝔅o ∾. DGw (cr. ∾) 𝔑 — 𝔅 = *terribilis.* 𝔑 — 𝔐 + *trepida et confusa.* mDG (m∾) P1. 3. 4. = *turbida confusa.* 𝔏 — 𝔏4. = *turbida et confusa.* Rell. etiam Gr. ∾.

4. Pall. 𝔗 — 𝔈2. = *Non vanae nobis.* Rell. etiam Pinc. Col. ∾. P2. 4. = *auctor rei nemo.* 𝔗 — 𝔈2. = *autor rei venit.* Rell. etiam Pinc. P2. Col. D (m∾) — *ad beatam — difficilius est.* β = *in'te* [i. e. *interte*] *modo.* P4. = *interest modo.* P2. = *terrae modo.* P3. = *tute modo.* 𝔗𝔅 = *vitae modo.* 𝔈1. = *vivite modo.*

Quid est animi quiete otiosius = βGVADE (D p.m. = *ociosus*). P2. 3. 4. = *Quid animi quiete otiosius* om. *est.* Col. = *Quid enim animo quieto otiosius?* 𝔗 — 𝔅o = *Quid enim quiete* [𝔗𝔅 = *quieti*] *otiosius animi?* G(m∾) — *quid clementia remissius.*

tutela facilis est = AmD. 𝔗𝔅 = *tutela fortior est.* βGVDE 𝔈1. — 𝔅o = *tutela facilior est.* G = *vita magno coluntur.*

5. V = *Debet ira moveri.* D(cr. ∾) = *etiam quid.* E — *etiam.* G — *facilius.* V ex. Fac. et Primit. Col. duo Ruben. = *facilius potiusque.* Pinc. mℭ = *facilius ocyusque.* Gron. ci. = *facilius tutiusque.* Rell. etiam Gr. ∾. V 𝔐 — 𝔅o = *traducentur.* Rell. ∾. G — *in melius.*

Cap. XIV.

βG = *sine illius malae rei.* et potest referri ad *iram.* V = *sine illius rei malae.* G = *efficit.*

cuius modum sollicitius observet = AmD ci. Pinc. 𝔅2. probat Grut. βGDE = *cuius domum sollicitius obs.* V = *cuius donum sollicitus obs.* P4. = *dominium observet.* Col. = *modum observabit.* Nil amplius de mstis suis Grut. sed videtur in iis fuisse *sollicitius* = Tronc. Anic. 𝔗 — 𝔈2. = *cuius causa domum solicitius obs.* ℭ — ℜu 𝔅o = *cuius modum solicitus obs.*

2. D(cr. ∾) = *numquam. Ita iracundia.* DE + *simulanda est.* βG = *animi audientium.* V = *auditorum animi.*

sicut tarde consurgentes ad cursum equos stimulis facibusque
3 subditis excitamus. Aliquando incutiendus est iis metus apud
quos ratio non proficit. Irasci quidem non magis utile est quam
4 moerere, quam metuere. Quid ergo? non incidunt causae quae
iram lacessant? Sed tunc maxime illi opponendae manus sunt:
nec est difficile uincere animum, cum athletae quoque in uilis-
sima sui parte occupati tamen ictus doloresque patiantur, ut
uires caedentis exhauriant, nec cum ira suadet, feriunt, sed
5 cum occasio. Pyrrhum maximum praeceptorem certaminis gy-
mnici solitum aiunt iis quos exercebat praecipere, ne irasceren-
tur. Ira enim perturbat artem et qua noceat tantum adspicit.
Saepe itaque ratio patientiam suadet, ira uindictam. et qui pri-
mis defungi malis potuimus in maiora deuoluimur. Quosdam
unius uerbi contumelia non aequo animo lata in exilium proiecit.
et qui leuem iniuriam silentio ferre noluerant grauissimis malis
obruti sunt indignatique aliquid ex plenissima libertate deminui
seruile in sese adtraxerunt iugum. XV. Ut scias, inquit, iram
habere in se generosi aliquid, liberas uidebis gentes quae ira-
cundissimae sunt ut Germanos et Scythas. quod euenit, quia
fortiora solidaque natura ingenia, antequam disciplina mollian-

facibusque subditis = βA Gr. Tronc. 𝔗 — 𝔈2. 𝔐 — 𝔅o. G — *subditis*. Scal. Anic. = *facibus subditis* om. *que*. V = *calcibus subditis*. DE msti Lips. m𝔈2. ℭ𝔊 = *calcibusque subditis*.

3. *iis metus* = A. G = *is metus*. βVDE = *hiis metus*. 𝔗 — 𝔅o = *his metus*. G (m∾) — *quam metuere*. V = *vel metuere*.

4. βGE = *quae ire lacessant*. V = *quae iram lacessent*. β = *cum adletae*. E = *cum ictus doloresque*. β = *tamen iocus doloresque*. V = *dolores* om. *que*. G = *ut vires cadentis*. Anic. Tronc. = *feriant*.

5. A = *Phyrrum*. mD = *Phyrum*. β = *Pyrrum*. GVDE = *Pirrum*. G = *praeceptorem gīnniti soluti aiunt*. V = *gimnici*. P4. = *gymnatici*. unde fieri posse *gymnastici* Grut. ait, sed ipse reiicit: nam rell. etiam Gr. ∾.

iis quos = A. DE = *hiis quos*. βGV 𝔗 — 𝔅o = *his quos*. E — *ne irascerentur*. G (cr. ∾) = *ira perturbabat artem*.

qua noceat tantum adspicit = βGV ADE Gr. Anic. Tronc. Scal. 𝔗 — 𝔈2. Ex. Francisc. 𝔊 — 𝔅o + *et qua noceat tantum, non qua caveat, aspicit*.

patientiam suadet = VD (s. m.) 𝔈2. — 𝔅o. βGAD (p.m.) E Pall. 𝔗 — 𝔈1. = *patientiam invadet* (natum hoc *m* littera male iterata). Col. = *patientiam invadit*. mA = *defungi* i. e. *liberari*. mD = *defingi*. Scal. = *unius verbi cavillatio*. G = *aequo animo leta*. D (cr. ∾) E = *lenem iniuriam*. D (cr. ∾) E = *aliqui*.

deminui = ADE 𝔊ro — 𝔅o. βGV 𝔗 — 𝔏4. = *diminui*. V = *in se iugum attraxere*.

Cap. XV.

Steph. (Prood. II, 4.) ci. = *inquis*. 𝔗 — 𝔊 = *inquit, an ira habeat in se*. G = *et Scithes*. A = *fortia*. de quo vide.

tur, prona in iram sunt. Quaedam enim non nisi melioribus 2
innascuntur ingeniis, sicut ualida arbusta et laeta quamuis neglecta tellus creat: et alia fecundi soli silua est. Itaque et ingenia natura fortia iracundiam ferunt nihilque tenue et exile capiunt ignea et feruida, sed inperfectus illis uigor est, ut omnibus quae sine arte ipsius tantum naturae bono exsurgunt. sed nisi cito domita sunt, quae fortitudini apta erant audaciae temeritatique consuescunt. Quid? non mitioribus animis uitia leniora 3
coniuncta sunt ut misericordia et amor et uerecundia? Itaque saepe tibi bonam indolem malis quoque suis ostendam. sed non ideo uitia non sunt, si naturae melioris indicia sunt. Deinde 4
omnes istae feritate liberae gentes leonum luporumque ritu ut seruire non possunt ita nec imperare. Non enim humani uim ingenii, sed feri et intractabilis habent: nemo autem regere potest nisi qui et regi. XVI. Fere itaque imperia penes eos fuere populos qui mitiore coelo utuntur: in frigora Septemtrionemque uergentibus inmansueta ingenia sunt, ut ait poeta,

suoque simillima coelo.

Animalia, inquit, generosissima habentur quibus multum inest irae. Errat qui ea in exemplum hominis abducit quibus pro ra- 2
tione est inpetus: homini pro inpetu ratio est. Sed ne illis qui-

A (s. m.) = *naturae*. 𝔗𝔅 = *in ira sunt.*

2. 𝔗 — 𝔐 — *enim* post *Quaedam* contra mstos etiam Gr. D (cr. ∾) E = *tellus credat.*

et alia = βGVADE Gr. 𝔗 — 𝔊. 𝔐 — 𝔅o — *et*. Grut. ci. = *at alia.* P4. = *foecunda soli silva.* Anic. = *iracundia feruntur.* Dalech. ci. = *iracundia feriuntur.* G (cr. ∾) = *sed imperfectius.*

illis vigor est = βGVADE Anic. Scal. Tronc. 𝔗𝔅 = *illi vigor est.* 𝔈1. — 𝔅o = *ille vigor est.* D (s∾) — *quae* post *omnibus*. G — *bono* post *naturae.*

3. E (n.) = *Quid? Nam mitioribus.* G 𝔗 — 𝔐 = *leviora.* V + *conmissa vel coniuncta.*

et amor = βGADE. V 𝔗 — 𝔅o — *et*. P2. — *saepe tibi.* 𝔗 — 𝔅o = *tibi saepe* contra mstos etiam P3. 4. Col.

malis quoque suis ostendam = βGVAD(s.m.) E P2. 4. 𝔈1. 𝔊ro — 𝔅1. 𝔅o. D(p.m.) cod. Lips. 𝔑u 𝔅2. + *a malis quoque suis ost.* verum putat Lips. Col. = *malisque suis ostendam.* P3. = *m. q. s. ostendamus.* 𝔗𝔅 = *malis quoque tuis ostendam.* 𝔈2. — 𝔊 = *in malis quoque tuis ostendam.* 𝔐 — 𝔏4. = *in malis quoque ostendam.* D (m∾) tres Pall. = *sed naturae.*

4. A (s. m.) = *omnes istinc.* G (s∾) D(cr. ∾) E = *leporumque.* V = *sic nec imperare.* GD(s∾) E P3. — *enim* ante *humani*. β (del.) G (n.) + *regere non potest.*

Cap. XVI.

D = *Ferra itaque.* E = *Fera itaque.* GDE = *apud eos fuere.* 𝔗𝔅 = *animalia. Ideo.* 𝔗𝔅 = *quibus nil inest.* GD (cr. ∾) E = *multum interest irae.*

2. 𝔗 — 𝔈1. = *adduxit* contra mstos etiam Pinc. Gr.

Sed ne illis quidem = βGVAD (s.m.)E. D(p.m.) = *Sed ne illis qui-*

dem omnibus idem prodest. Iracundia leones adiuuat, pauor
3 ceruos, accipitrem inpetus, columbam fuga. Quid, quod ne illud quidem uerum est optima animalia esse iracundissima? Feras putem quibus ex raptu alimenta sunt meliores quo iratiores: patientiam laudauerim boum et equorum frenos sequentium.
4 Quid est autem cur hominem ad tam infelicia exempla reuoces, cum habeas mundum deumque quem ex omnibus animalibus, ut solus imitetur, solus intellegit? Simplicissimi, inquit, omnium habentur iracundi. Fraudulentis enim et uersutis conparantur et simplices uidentur, quia expositi sunt. quos quidem non simplices dixerim, sed incautos. Stultis, luxuriosis nepotibusque hoc nomen inponimus et omnibus uitiis parum callidis. XVII. Orator, inquit, iratus aliquando melior est. Immo imitatus iratum: nam et histriones in pronuntiando non irati populum mouent, sed iratum bene agentes. Et apud iudices itaque et in concione et ubicumque alieni animi ad nostrum arbitrium agendi sunt modo iram, modo metum, modo misericordiam, ut aliis incutiamus, ipsi simulabimus: et saepe id quod ueri adſe-

bus. 𝔗 — 𝔚o = *Sed nec illis q.* G = *pavorum cervos.* G 𝔗 — 𝔈1. = *ancipitrem.*

3. G = *Quid ne illud quidem* om. *quod.* V = *Quid quod nec illud q.* β = *Quid quodve illud q.* V — *esse* post *animalia.*

Feras putem = βGVADE quatuor Gr. 𝔊ro — 𝔚o. 𝔗𝔚 + *Ferasve putem.* 𝔈1. — 𝔏4. + *Ferasne putem.* sD + *eo sunt meliores quo.* G — *patientiam.* V 𝔗𝔚 = *laudaveram.* βG A𝔐 (ed. Par. a. 1602.) = *bonum.* ut cum ed. Par. a. 1613. scribendum videatur *bovum* (est idem fortasse in ed. Rom.). Rell. etiam ed. Commel. a. 1594. ∾. G = *frenes.*

4. *Quid est autem cur hominem* = A. P3. = *Quid est autem cum hominem.* V = *Quid est autem cur homines.* Col. = *Quid est autem quod homines.* βG = *Quid autem cur homines.* P2. 4. 𝔗 — 𝔈2. = *Quid autem cur hominem.* DE = *Quid autem est cur homines.* Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔚o = *Quid autem est cur hominem.* Col. = *cum hunc mundum.* G P3. 4. = *mundum denique quem.* 𝔗 — 𝔈1. + *mundum denique deumque quem.* 𝔈2. = *mundum denique deum quem.* Rell. etiam Pinc. P2. Col. ∾. D(s∾) E = *que ex omnibus.* 𝔗𝔚 + *ut non solus imitetur.* D (s. m.) = *ut solus imitatur sic solus.* G(cr. ∾) = *simplicissima.* βGDE Pinc. v. l. (exc. ex. Fac. et Primit.) P3. 4. = *inquit hominum habentur.* V ex. Fac. et Primit. = *omnium sunt iracundi.* V = *enim ut versutis.* D — *videntur* — *non simplices.* mD = *videntur. quia expotes sui sunt. quos quidem non simplices.* G = *non simplices dixisset incautos.* V Pinc. v. l. — *nepotibusque.* D (s.m.) = *vecordibusque.* 𝔗𝔚 = *ineptibusque.* Fessl. ci. = *ineptisque.* G = *parum calidis.*

Cap. XVII.

D(m∾) E = *immo irritatus. nam et.* Omnes fere codd. Pinc. = *immo irritatur* (sic certe ed. Par. a. 1602. Grut. laudat *irritatus iratum.* sed *iratum* non fuit in Pinc. codd.). βG — *iratum.* P4. + *Imo irritatus vel imitatus iratum.* D (s ∾) — *et* ante *histriones.* P4. = *ut apud iudices.* P 2. = *apud iudices. Itaque* om. *et.* A = *ut aliis incutimus.* V

ctus non effecissent effecit imitatio adfectuum. Languidus, 2
inquit, animus est qui ira caret. Uerum est, si nihil habet ira
ualentius. Nec latronem oportet esse nec praedam, nec mise-
ricordem nec crudelem. Illius nimis mollis animus, huius ni-
mis durus est. Temperatus sit sapiens et ad res fortius agen-
das non iram, sed uim adhibeat. XVIII. Quoniam quae de
ira quaeruntur tractauimus, accedamus ad remedia eius. Duo 2
autem, ut opinor, sunt: ne incidamus in iram et ne in ira pec-
cemus. Ut in corporum cura alia de tuenda ualitudine, alia
de restituenda praecepta sunt: ita aliter iram debemus repellere,
aliter conpescere, ut uitemus. Quaedam ad uniuersam uitam 3
pertinentia praecipientur: ea in educationem et in sequentia tem-
pora diuidentur. Educatio maximam diligentiam plurimumque
profuturam desiderat: facile est enim teneros adhuc animos con-
ponere. difficulter reciduntur uitia quae nobiscum creuerunt.
Opportunissima ad iracundiam feruidi animi natura est. Nam 4
cum elementa sint quatuor, ignis, aquae, aeris, terrae,
potestates pares his sunt, feruida, frigida, arida atque humida.
et locorum itaque et animalium et corporum et morum uarieta-
tes mixtura elementorum facit et proinde in aliquos magis in-
cumbunt ingenia, prout alicuius elementi maior uis abundauit.

= *ipsi simulamus.* P2. = *efficit imitatio.* 𝔗𝔅 = *efficit mutatio.* D (cr.∾) 𝔈1. = *effecit mutatio.* G = *effecit imutatio.*

2. D(cr.∾) = *qui ira curat.*

nec praedam = Mur. ci. 𝔐 — 𝔑u 𝔅o. Mss. etiam Pinc. Gr. 𝔗 — 𝔊 = *nec praedonem.* Pinc. ci. m𝔊 𝔅2. = *nec praedem* (at videtur apud Pinc. *praedem* legi errore librarii pro *praedam*). G = *animi mollis.* β = *animus mollis.* G — *et* ante *ad res fortius.*

Cap. XVIII.

mD (s.m.) = *al' hic est principium libri tercii de ira.* Atque hinc l. III. incipit P2. et librum, qui vere est tertius, quartum vocat. non improbant Grut. Lips. mV (ead. m.) = *De remediis ire:* eadem habent 𝔗 — 𝔊 tanquam argumentum proximorum. V = *Quoniam quae ira geruntur.* G — *de* ante *ira.* V — *eius* post *remedia.*

2. 𝔗 — 𝔈2. + *scilicet ne incidamus* contra mstos etiam Pinc. Gr.

ut vitemus = βGVADE P3. Col. cod. Lips. (Col. = . *Ut vit.*). P4. = *ut videmus.* P2. 𝔗 — 𝔅o = *ut vincamus.*

3. E = *universam viam.* G = *plerumque profuturam.* V = *profutura.* D (cr.∾) = *teneros ad hec.* V = *difficulter reducuntur vitia.*

4. 𝔗𝔅 = *cum elementa sunt.*

ignis, aquae, aeris, terrae = A. V = *ignis aer aqua terra.* G = *ignis aer aqua et terra.* D = *ignis aqua et aer terra.* βD (s.m.) E 𝔗 — 𝔅o = *ignis, aqua, aer et terra.* P3. + *et potestates.* V = *fervida humida arida frigida* om. *atque.* 𝔗 — 𝔅o = *frigida, fervida* ∾ contra mstos. E = *et animarum et corporum.* V = *et provida in aliquos magis.* Lips. ci. = *in aliquas magis.* ut intelligantur *potestates* vel *varietates.* Mss. ∾. 𝔐 — *ingenia* contra mstos etiam Gr. 𝔗𝔅 = *maior vis abundat.*

Inde quasdam humidas uocamus aridasque regiones et calidas
et frigidas. Eadem animalium hominumque discrimina sunt.
XIX. Refert quantum quisque humidi in se calidique contineat:
cuius in illo elementi portio praeualebit inde mores erunt. Ira-
cundos feruida animi natura faciet: est enim actuosus et perti-
2 nax ignis. Frigidi mixtura timidos facit: pigrum est enim con-
tractumque frigus. Uolunt itaque quidam ex nostris iram in
3 pectore moueri efferuescente circa cor sanguine. Causa cur hic
potissimum adsignetur irae locus non alia est, quam quod in
toto corpore calidissimum pectus est. quibus humidi plus inest
eorum paulatim crescit ira, quia non est paratus illis calor,
4 sed motu adquiritur. Itaque puerorum feminarumque irae acres
magis quam graues sunt leuioresque dum incipiunt: siccis aeta-
tibus uehemens robustaque ira est, sed sine incremento, non
multum sibi adiciens: quia inclinatum calorem frigus insequitur.
5 Senes difficiles et queruli sunt, ut aegri et conualescentes et
quorum aut lassitudine aut detractione sanguinis exhaustus est
calor. In eadem causa sunt siti fameque rabidi et quibus ex-

V = *Inde quasdam humidas vocamus quasdam aridas frigidas et calidas regiones.* D = *curridasque religiones* (*li* n.).

hominumque discrimina = βGVADE. 𝔗 — 𝔚o = *et hominum discrimina.*

Cap. XIX.

V = *in se humidi.* E — *in se.* G = *in illo clementi.* V = *in elemento clementi.* 𝔗𝔚 = *idem mores erunt.*

fervida animi natura faciet = βGVAD (s.m.) omnes Pinc. (exc. ex. Pinc.) P3. Col. 𝔗 — 𝔊 (Col. prius habuit *fervidi*, sed mutatum cad. m.). D (p.m.) ex. Pinc. libri Lips. = *fervidi animi natura faciet.* EP2. = *fervidi animi natura facit.* P4. = *fervidos animum natura faciet.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔚o = *Iracundos fervidi mixtura faciet* (𝔐 — 𝔅1. = *mistura*). Lips. ci. = *fervida nimis natura.* D (cr. ∾) = *Etenim actuosus.*

2. E = *Fervidi mixtura.* P3. = *fundi mixtura.* 𝔗 — 𝔈1. = *Fervida mixtura.* 𝔐 — 𝔅1. = *mistura* contra mstos.

timidos facit = GVADE exx. Pinc. Fac. et Primit. domest. P4. Col. 𝔊ro — 𝔚o. β = *timos facit.* Etiam Anic. = *timidos.* Scal. = *natura timidos.* P2. 𝔗 — 𝔏4. = *frigidos facit.* G = *contractumque frigidus.* 𝔗𝔚 — *in* ante *pectore.* βAD (cr. ∾) 𝔗𝔚 = *effervescenti.* E = *et fervescenti.* G = *efervescente.* E = *sanguinem.*

3. GDE = *potissime.* D (m∾) — *est* post *non alia.* G = *quam in toto* om. *quod.* V = *quam quod ira corpore.*

4. βG = *feminarumque ira.* G = *quam graves magis sunt.* D (cr. ∾) = *leviores quia dum.* β = *siccitas aetatibus.* V = *siccioribus vehemens.* P3. videbatur legisse *siccioribus aetatibus.* G (s.m.) 𝔗 — 𝔚o = *ira est.* G (p.m.) — *est.* Rell. ∾.

quia inclinatum = βGA 𝔐 — 𝔑u 𝔚o. VDE P2, 3. Col. 𝔗 — 𝔊 𝔅2. = *quia inclinaturum.* probat Grut. P4. = *quia inclamaturum.* 𝔗 — 𝔊2. = *insequetur* contra mstos etiam Pinc. Gr.

5. V = *sunt sicci fameque.* G = *famique.* D (m∾) = *rapidi.*

sangue corpus est maligneque alitur et deficit. Uinum incendit
iras, quia calorem auget pro cuiusque natura. XX. Quidam
ebrii efferuescunt, quidam saucii. Neque ulla alia causa est
cur iracundissimi sint flaui rubentesque. quibus talis natura co-
lor est qualis fieri ceteris inter iram solet. mobilis enim illis
agitatusque sanguis est. Sed quemadmodum natura quosdam 2
procliues in iram facit, ita multae incidunt causae quae idem
possint quod natura. Alios morbus aut iniuria corporum in hoc
perduxit, alios labor aut continua peruigilia noctesque sollicitae
et desideria amoresque. quicquid aliud aut corpori nocuit aut
animo aegram mentem in querelas parat. Sed omnia ista initia
causaeque sunt: plurimum potest consuetudo quae, si grauis
est, alit uitium. Naturam quidem mutare difficile est. nec li- 3
cet semel mixta nascentium elementa conuertere. Sed in hoc
nosse profuit, ut calentibus ingeniis subtrahas uinum, quod pue-

V = *maligne* om. *que*.
incendit iras = βGVADE Gr. 𝔅2. 𝔗 = *incendit ira*. 𝔅 — ℜu 𝔅o = *incendit iram*.

Cap. XX.

βGP3. 4. = *Quibusdam ebrii*.
quidam saucii = A P2. Col. 𝔗 — 𝔊. βG P4. = *quibusdam saucii*. DE exx. Pinc. Francisc. + *quidam saucii sunt* (D = *sautii*). P3. = *quibusdam santii alias satim*. V ex. Fac. et Primit. = *quidam saturi*. Mur. ci. 𝔐 — 𝔅1. = *quidam sicci*. Gron. ci. = *Quidam sobrii effervescunt, quidam saucii*. ℜu 𝔅2. + *quidam *** saucii sunt* ex Lipsii sententia: putant enim locum integrum non esse. *saucii* sic opponuntur *ebriis*, ut sint vino leviter icti: neque aliter nos, *einen Hieb* sive *einen Stich haben*. cf. Iustin. XXIV, 8, 1. *Galli — hesterno mero saucii*. 1, 8, 8. *Cyrus — saucios opprimit*. Mart. III, 68, 6. *saucia Terpsichore*. V = *ulla causa est* om. *alia*. GVDE 𝔗 — 𝔈1. = *iracundissimi sunt*. P2. Col. 𝔗 — 𝔊 = *natura calor est*. βGDE — *est* post *color*. P3. = *natura calorem*. V = *color est* $\overset{a}{q}$ *vl' fieri*. 𝔗 — 𝔊 = *intra iram*. D E = *mobilis est illis*.
2. *quosdam proclives* = VAE 𝔊ro — 𝔅o. βGD 𝔗 — 𝔏4. = *quosdam proclivos*. β = *facit in iram*. G = *facit iniuriam*. β = $\overset{a}{q}$ *eidem possint*. GD (cr. ∾) E = *possunt*. D (m∾) — *Alios — perduxit*.
aut continua = βGVADE Gr. 𝔗 — 𝔅o = *et continua*. VP3. Col. = *vigilia*.
quicquid aliud = βGADE 𝔗 — 𝔈1. V 𝔈2. — 𝔅o + *et quidquid aliud*. V + *quod aut corpori*. G = *querelas perarat*. V 𝔗 — 𝔅o = *Sed ista omnia*.
plurimum potest = βGVADE ex. Fac. et Primit. tres Gr. P2. 𝔗 — 𝔅o + *plurimumque potest*. G + *consuetudo quia generat fortissimum habitum*. Lips. ci. = *quae si prava est*. βGV Scal. = *est aliud vitium*. Ex. Fac. et Primit. = *aliud initium est*. P3. = *alium vitium est*. P2. 𝔗 — 𝔊 = *aliud vitium alit*. Cod. Germ. m𝔈2. m𝔈 = *altius vitium alit*. P4. = *aliud vitium alitur*. ADE Col. ∾.
3. V = *nosce profuit*. βGDE P2. 3. 𝔈1. — 𝔊 = *noscere profuit*. P4. 𝔗𝔅 = *nocere profuit*. Fessl. ci. = *nocuisse profuit*. A Col. ∾. Lips. ci. = *profuerit*.
subtrahas vinum = βGVADE tres Pall. Scal. Tronc. 𝔊ro — 𝔅o (in A *as* est a s. m.). Col. = *vinum subtrahas*. 𝔗 — 𝔏4. = *subtrahatur vi-*

ris negandum Plato putat et ignem uetat igne incitari. Ne cibis quidem inplendi sunt: distendentur enim corpora et animi
4 cum corpore tumescent. Labor illos citra lassitudinem exerceat, ut minuatur, non ut consumatur calor, nimiusque ille feruor despumet. Lusus quoque proderunt: modica enim uoluptas laxat animos et temperat. Humidioribus siccioribusque et frigidis non est ab ira periculum: sed maiora uitia metuenda sunt, pauor et difficultas et desperatio et suspiciones. XXI. Mollienda itaque fouendaque talia ingenia et in laetitiam euocanda sunt. Et quia aliis contra iram, aliis contra tristitiam remediis utendum est nec dissimilibus tantum ista, sed contrariis curanda sunt, semper ei occurremus quod increuerit. Plurimum,
2 inquam, proderit pueros statim salubriter institui. Difficile autem regimen est, quia dare debemus operam, ne aut iram in illis nutriamus aut indolem retundamus. Diligenti obseruatione res indiget. Utrumque enim et quod extollendum et quod deprimendum est similibus alitur: facile autem etiam adtendentem similia decipiunt. Crescet licentia spiritus, seruitute comminuitur. adsurgit, si laudatur, et in spem sui bonam adducitur:
3 sed eadem ista insolentiam et iracundiam generant. Sic itaque inter utrumque regendus est, ut modo frenis utamur, modo stimulis: nihil humile, nihil seruile patiatur. Numquam illi ne-

num. V 𝔗 — 𝔅o = *Plato negandum.* A(m∾) — *ignem vetat.* V(s∾) — *vetat.* G(cr.∾) = *ignem incitari.*

Ne cibis quidem = βADE. G — *quidem.* V 𝔗 — 𝔅o = *Nec cibis q.* A = *inplendi sint.* G = *diffendentur enim.* D (cr ∾) E P3. Col. = *distendunlur enim.* VE P2. 4. Col. = *tumescunt.*

4. G = *circa lassitudinem. citra* in A pinxit s. m. erasa priore voce. mA = *citra lassitudinem. id est non ultra ad lassitudinem.* V = *citra solicitudinem.* 𝔗 — 𝔈2. + *et non ut consumatur* contra mstos etiam Pinc. Gr. GD (cr.∾) E = *calor vinumque.* G (s∾) = *dispumet.* V Pinc. v. l. = *Ludi quoque.* Rell. etiam Gr. ∾. D(cr.∾) = *procederunt.* G = *voluptas lassat.* G (m∾) — *et temperat.*

sicciorihusque = βGVADE codd. Lips. probat Lips. 𝔗 — 𝔅o — *que.* *et difficultas* = βGADE. V 𝔗 — 𝔅o — *et.* G(cr.∾) = *et suspirationes.*

Cap. XXI.

V = *non dissimilibus.* A = *nec dissimillimis.* GD = *semper enim occurremus.*

2. G = *quod dare.* G — *in* ante *illis.* βG(cr.∾) D(cr.∾) E Gr. = *aut in dolorem retundamus.* V = *aut in dolorem recludamus.* βG — *quod* ante *deprimendum est.* D = *et attendentem.* Col. ex. Fac. et Primit. — *etiam.*

Crescet = βGADE. V 𝔗 — 𝔅o = *Crescit.*

3. D (cr. ∾) = *Sic istam inter utrumque.* βG — *utamur.* V quatuor Gr. 𝔗 — 𝔈L. = *utatur.* Grut. ci. = *uratur.* Rell. etiam Pinc. ∾. V + *et nihil servile.* G = *nisi ser-*

cesse sit rogare suppliciter nec prosit rogasse: potius causae suae et prioribus factis et bonis in futurum promissis donetur. In certaminibus aequalium nec uinci illum patiamur nec irasci. demus operam, ut familiaris sit iis cum quibus contendere solet, ut in certamine adsuescat non nocere uelle, sed uincere. Quotiens superauerit et dignum aliquid laude fecerit, adtolli, non gestire patiamur: gaudium enim exsultatio, exsultationem tumor et nimia aestimatio sui sequitur. Dabimus aliquod laxamentum: 4
in desidiam uero otiumque non resoluemus et procul a contactu deliciarum retinebimus. Nihil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda: ideo unicis quo plus indulgetur pupillisque quo plus licet corruptior animus est. Non resistet offensis cui nihil umquam negatum est, cuius lacrimas sollicita semper mater abstersit, cui de paedagogo satisfactum est. Non 5
uides ut maiorem quamque fortunam maior ira comitetur? In diuitibus et nobilibus et magistratibus praecipue adparet, cum quicquid leue et inane in animo erat secunda se aura sustulit. Felicitas iracundiam nutrit, ubi aures superbas adsentatorum turba circumstetit. Tibi enim ille respondeat, Non pro fastigio te tuo metiris: ipse te proicis. et alia quibus uix sanae et ab initio bene fundatae mentes restiterunt. Longe itaque ab 6

vile. P2. 𝔗 — 𝔈2. = *rogare s i m p li-citer* [m𝔈2. = *s i m i liter*] *nec prosit rogasse.* Col. = *n o n prosit rogasse.* GVD (cr. ∾) E Pinc. v. l. P3. = *nec prosit roga r e.* P4. = *nec prosit rogav e r e.* βA ∾.

i i s cum quibus = A. βGVD = *h i i s cum quibus.* E — *iis.* 𝔗 — 𝔅o = *h i s cum quibus.* D (cr. ∾) = *n e-c e s s e velle.* E — *velle.* G(cr. ∾) D (cr. ∾) E = *et i n dignum aliquid.* βG V(s∾) = *exultationem t i mor.* D (cr. ∾) E = *exultat i o e t t i mor.*

4. D (cr. ∾) E = *resolvem u r.* VA D (m∾) E = *a · cont r actu deliciarum.* βGD (s∾) E P3. 4. Col. — *enim* ante *magis facit.* G — *facil.* 𝔗 — 𝔐 = *f e cit* contra instos. V = *ideoq u e unic o.* P3. = *ideo unic o.* G = *ideo unic u s.* E (cr. ∾) = *ideo uni t u s.* G = *pupill u sque.* V P3. = *pupill o qᵫe.* V = *corruptior s i t.* *Non resist i t.* G = *cui n i s i unquam.*

cui u s *lacri*[illegible]ADE P2. 3. Col. βGV 𝔗 — 𝔅o = *c u i lacrimas.* G = *sol i t a semper.* β = *a s t ersit.* Col. = *c u i u s paedagogo.*

5. G + *q u i in divitibus.* P4. + *e t in divitibus.* Grut. ci. + *Id in divitibus.* P3. — *In.*

e t nobilibus = βAD (s.m.). idem praescribitur Gruteri animadversioni, tanquam legatur in 𝔐, ut certe in Gr. fuisse videatur. GD (p.m.) E + *et i n nobilibus.* 𝔗 — 𝔅o = *nobilibusq u e.* V = *nobilibus magistratibus* om. *et* utrobique. G Scal. expungunt *inane.* V + *secunda a se.* D (m∾) E — *se.* 𝔏4. = *u t aures superbas.* G = *circumst e n t.*

Tibi enim i l l e respondeat = βGV AD (s.m.) 𝔗 — 𝔏ℨu. D (p.m.) E — *enim.* 𝔏4. — 𝔅o — *ille.* E = *Non pro v e stigio.* D (cr. ∾) = *me n tiris.* 𝔗𝔅 — *et alia.*

restiter u nt = βGADE 𝔗 — 𝔊. V 𝔐 — 𝔅o = *restiter i nt.*

adsentatione pueritia remouenda est: audiat uerum et timeat interim, uereatur semper, maioribus adsurgat, nihil per iracundiam exoret. Quod flenti negatum fuerit quieto offeratur. et diuitias parentum in conspectu habeat, non in usu. Exprobrentur illi perperam facta. XXII. Pertinebit ad rem praeceptores paedagogosque pueris placidos dari. Proximis adplicatur omne quod tenerum est et in eorum similitudinem crescit. nutricum et
2 paedagogorum retulere mox in adulescentiam mores. Apud Platonem educatus puer, cum ad parentes relatus uociferantem uideret patrem, *Numquam,* inquit, *hoc apud Platonem uidi.*
3 Non dubito quin citius patrem imitatus sit quam Platonem. Tenuis ante omnia uictus et non pretiosa uestis et similis cultus cum aequalibus. Non irascetur aliquem sibi conparari quem ab initio multis parem feceris. Sed haec ad liberos nostros pertinent. In nobis quidem sors nascendi et educatio nec uitii lo-
4 cum nec iam praecepti habet: sequentia ordinanda sunt. Contra primas itaque causas pugnare debemus: causa autem iracundiae opinio iniuriae est cui non facile credendum est, ne apertis quidem manifestisque statim accedendum. Quaedam enim falsa
5 ueri speciem ferunt. Dandum semper est tempus: ueritatem

6. G = *ab a b sentatione.*

negatum fuer i t = βGVADE P3. 4. Col. 𝔅2. P2. 𝔗 — ℜu 𝔅o = *negatum fuer a t.* V = *quieto a fferatur.* D = *quieto c o n feratur* (mD = *al. offeratur al. a f feratur*). GAE = *expro b entur.*

Cap. XXII.

G = *Proximis applic a s.* sG = *nu tr i e n tium et paed.* 𝔗𝔅 = *nutri t ium.*

in adulescenti a m mores = mss. etiam Gr. 𝔏 — 𝔅1. 𝔅2. 𝔅o. 𝔗 — 𝔐 ℜu = *in adolescent i a mores.* probat Heusing. Emendd. p. 229 sq. quem secutus Ruhk. *adolescent i a*, inquit, antiqua lectio, a Lipsio et Grutero mutata in *adolescentiam.*

2. 𝔗𝔅 + *relatus e s s e t.* V = *videret patrem vociferantem.* Steph. (ad Dalech. Ep. 16.) ci. = *vociferantem a u d i r e t patrem.* D(m∾) — *hoc apud* — *imitatus sit quam.* 𝔗𝔅 — *h o c.* G = *patrem c o m itatus sit.* E = *patrem c o mitatus* om. *sit.* G(m∾) — *Platonem.* V ex. Fac. et Primit. = *Platonem quam patrem imitatus sit.* Alii codd. Pinc. = *patrem quam Platonem c o m i tatus sit.* P4. = *patrem imitatus sit Platonem* om. *quam.* 𝔗 — 𝔈2. = *patrem quam Platonem imitatus sit.* Rell. etiam P2. 3. Col. ∾.

3. *Tenu i s* apud G in litura. mG = *tenu e m u s.* GV = *a u t e m omnia.* 𝔈2. — 𝔏4. + *s i t victus* contra mstos etiam Gr. Ruhk. ci. + *victus sit.* Si Seneca scripsit *sit*, excidit post *Tenuis.* V = *vultus ẽ aequalibus.* G = *aliquem sibi p a rari.* G = *parem fecer i t.*

In nobis quidem = VA P2. Col. 𝔗 — 𝔈2. βGDE Pinc. v. l. P3. 4. 𝔊 — 𝔅o + *In nobis s i quidem.* β = *n e vitii locum.* Col. = *nec v i m praecepti.* probare videtur Grut. G = *sequentia ordinand i sunt.*

4. *causa a u t e m iracundiae* = mss. 𝔗 — 𝔏4. 𝔊ro — 𝔅o — *autem.*

n e apertis quidem = βGVADE P3. Col. P2. 4. 𝔗 — 𝔅o = *n e c apertis q.* G (n.) DE P2. 4. 𝔗 — 𝔐 + *accedendum e s t.*

5. β = *d e i n d e semper est tempus.*

dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles: hoc humanae naturae uitium suspectum notumque nobis sit quod quae inuiti audimus libenter credimus et antequam iudicemus irascimur. XXIII. Quid, quod non criminationibus tantum, sed suspicionibus inpellimur et ex uoltu risuque alieno peiora interpretati innocentibus irascimur? Itaque agenda est contra se causa absentis et in suspenso ira retinenda. Potest enim poena dilata exigi, non potest exacta reuocari. Notus est ille tyrannicida 2
qui inperfecto opere conprehensus et ab Hippia tortus, ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominauit quibusque maxime caram salutem eius sciebat. Et cum ille singulos, ut nominati erant, occidi iussisset, interrogauit *ecquis superesset? Tu,* inquit, *solus: neminem enim alium cui carus esses reliqui.* Effecit ira, ut tyrannus tyrannicidae manus adcommodaret et praesidia sua gladio suo caederet. Quanto ani- 3
mosius Alexander? qui cum legisset epistulam matris qua admonebatur, ut a ueneno Philippi medici caueret, acceptam potionem non deterritus bibit. Plus sibi de amico suo credidit. dignus fuit qui innocentem haberet, dignus qui faceret. Hoc

𝔗 — 𝔐 + *veritatem enim* contra mstos etiam Gr. E = *criminationibus* om. *faciles*. βG (n.) + *suspectumque*. V = *notumque vobis sit quod inviti* om. *quae*. Unus et alter Gr. = *Quodque inviti*. P4. = *quaedam inviti*. Steph. (ad Dalech. Ep. 16.) ci. + *non inviti*. GE = *invidi*.

Cap. XXIII.

β𝔗𝔚 = *Quodque non*. G = *quique non*. D (n.) + *in criminationibus*. G(n.) + *et ex vi vultu*. G(cr. ∾) = *interpretanti*. E = *Ita quod agenda*. G 𝔗𝔚 — *est* post *agenda*.

2. G — *ille* post *Notus*. V = *ab Hipia*. G = *ab Ippia*. 𝔗𝔚 = *ab imperio tortus*. 𝔈l. 2. = *ab ipso tortus*. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *ut cum scios*.

quibusque maxime = A. βGVD E P3. 4. Anic. Tronc. = *quibus maxime* om. *que*. P2. Col. 𝔗 — 𝔅o = *quibus quam maxime*. V — *caram*. βGD 𝔗 — 𝔊 = *ut nominati fuerant*. E = *ut nominatim fuerant*.

interrogavit ecquis superesset = A 𝔈2. — 𝔅o (A = *ecquis* (*pro an quis*)). Col. = *interrogavit et quis superesset*. βGE tres Pall. 𝔗 — 𝔈 1. = *interrogavit pro antiquis et quis superesset*. quod ex scholio illo codicis A ortum esse iam perspexerunt Erm. et Grut. D = *intorrogavit an qui et quis superesset*. V = *interrogavit iterum ut quis superesset*. mP2. mP4. = *pro aliis* aut *pro amicis et quis superesset*. Agric. ci. = *interrogavit proinde et quis superesset*. Erm. ci. = *interrogavit porro an quis* aut *e propinquis et quis superesset*. A (m∾) — *solus* — *reliqui*. β = *Et fecit ira*.

manus adcommodaret = βGVADE Gr. 𝔗 — 𝔊 𝔅2. 𝔐 — 𝔑u 𝔅o = *manus commodaret*.

3. V + *Quanto quidem animosius Alexander peregit?* P2. 𝔗 — 𝔈2. = *non veritus bibit*. P3. = *non deterius bibit*. Quidam codd. Pinc. 𝔖𝔊 = *non territus bibit*. Rell. etiam Pinc. P4. Col. ∾. G = *Plus enim de amico* om. *suo*. 𝔗𝔚 = *Plus igitur de amico suo*. V = *dignus fuit innocentem habere qui novit eum facere*.

eo magis in Alexandro laudo, quia nemo tam obnoxius irae
fuit: quo maior autem moderatio in regibus hoc laudanda ma-
4 gis est. Fecit hoc et C. Caesar ille qui uictoria ciuili clemen-
tissime usus est. cum scrinia deprehendisset epistularum ad Cn.
Pompeium missarum ab iis qui uidebantur aut in diuersis aut in
neutris fuisse partibus, conbussit: quamuis moderate soleret
irasci, maluit tamen non posse. Gratissimum putauit genus
ueniae nescire quid quisque peccasset. Plurimum mali credu-
litas facit: saepe ne audiendum quidem est, quoniam in quibus-
dam rebus satius est decipi quam diffidere. XXIV. Tollenda
ex animo suspicio et coniectura, fallacissima inritamenta. Ille
me parum humane salutauit. ille osculo meo non adhaesit. ille
inchoatum sermonem cito abrupit. ille ad coenam non uocauit.
2 illius uoltus auersior uisus est. Non deerit suspicioni argu-
mentatio: simplicitate opus est et benigna rerum aestimatione.
Nihil nisi quod in oculos incurret manifestumque erit credamus
et quotiens suspicio nostra uana adparuerit, obiurgemus credu-
litatem. Haec enim castigatio consuetudinem efficiet non facile

G ex. Fac. et Primit. 𝔈𝔊 = *Hoc ego magis.* 𝔗 — 𝔈2. = *Hoc ergo magis.* V — *eo.* Rell. etiam exx. Pinc. et domest. ∾.

Quo maior autem = βADE Pinc. Gr. 𝔗 — 𝔊. G Scal. = *quo maior animi mod.* V = *quo maior est mod.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔙o = *quo rarior autem.* V = *eo magis laud.*

4. G = *G. Caesar.* A = *I. Caesar* (fuerat quidem prius *G.*, sed mutatum eadem p.m.). D = *Gaius* [mD = *Iulius*] *Caesar* om. *et.* Fortasse illud *Iulius* recipiendum est, cum alias per *Caium Caesarem* intelligatur Caligula. G = *scrinea.* quod in quodam ex. vidit Opsop. 𝔗 — 𝔈2. = *sententiam depreh.* m𝔈2. 𝔊 — 𝔐 = *sarcinam depreh.* (sed m𝔈2. etiam *scrinia* habet).

ad Cn. Pompeium = A. V = *ad G. n. Pompeium.* D = *ad Gneium Ponpeium.* βGE 𝔗 — 𝔙o — *Cn.* G 𝔈2. = *ab hiis qui.* V 𝔗 — 𝔈1. 𝔈𝔊 = *ab his qui.*

aut in diversis = βGVADE omnia exx. Pinc. Gr. Gron. Anic. Scal. 𝔗 — 𝔈2. 𝔊ro — 𝔙o. probat Gron. mP4. Pinc. ci. 𝔈 — 𝔏4. = *aut in adversis.* β = *in neutris suisque partibus.* 𝔗 — 𝔈1. = *quamvis immoderate.* 𝔈2. — 𝔏4. + *quamvis enim moderate* contra mstos etiam Gr. V = *maluit tamen non nosce.* GD(cr. ∾) E Scal. = *Gravissimum.* P2. = *gr. putans.* 𝔗 — 𝔈2. = *Gr. putant.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *quod quisque.* E = *nescire quisquis peccasset.* 𝔐 = *crudelitas facit.*

Cap. XXIV.

βGDE + *Tollenda est ex.* V + *Tollendaque ex.* A 𝔗 — 𝔙o ∾. D (cr. ∾) E = *coniecture.* V + *tamquam fallacissima.* G = *facillima irritamenta.* E = *irritamentum.* G = *ille in coactum* [cr. *incoatum*] *sermonem.* P4. = *in vatium sermonem.* .V + *non me vocavit.* G (cr. ∾) V P3. 4. 𝔗𝔙 = *adversior.*

2. 𝔗𝔙 = *suspitionis.* DE = *existimatione.* 𝔗𝔙 = *Nihil enim quod.* G = *in oculis.* G = *apparuit.* Goer. (l. l. p. 6.) ci. + *obiurgemus nobis cred.* P4. = *obiurgemus crudelitatem.* V = *consuetudinem faciet.*

credendi. **XXV.** Inde et illud sequitur, ut minimis sordidissimisque rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer aut tepidior aqua poturo aut turbatus torus aut mensa neglegentius posita. Ad ista concitari insania est. aeger et infelicis ualitudinis est quem leuis aura contraxit. adfecti oculi quos candida uestis obturbat. dissolutus deliciis cuius latus alieno labore condoluit. Mindyridem aiunt fuisse ex Sybaritarum ciuitate. qui 2
cum uidisset fodientem et altius rastrum adleuantem, lassum se fieri questus uetuit illum opus in conspectu suo facere. Bilem 3
habere saepius questus est, quod foliis rosae duplicatis incubuisset. Ubi animum simul et corpus uoluptates corrupere, ni-

Cap. XXV.

P2. (an 3?) = *Inde et insequitur.* Col. 𝔅2. = *Inde et illud sequetur.* probat Grut. 𝔗 — 𝔈1. = *Inde illud seq.* om. *et.* 𝔈2. — 𝔊 = *Unde illud seq.* Rell. etiam P2. (?) 4. ∾.

ut minimis sordidissimisque = A. G + *ut in minimis sordidissimisque.* DE = *ut in minimis sordidisque.* β = *ut minimis sordisque.* V = *ut sordidis minimisque.* 𝔗 — 𝔅o = *ut minimis sordidisque.* G = *exacerbemus* om. *non.*

aut tepidior aqua poturo aut = A quaedam exx. Pinc. Col. (Male Gron. ex Pinciani libris laudat *potero* et *poturo* tribuit eiusdem coniecturae). Alia exx. Pinc. P3. = *aut tepidior aqua potaturo aut.* β = *aut tepidior aqua potuero ut.* P4. = *aut tepidiori aqua potus aut* (mP4. = *trepidiori*). G alia exx. Pinc. = *aut tepidiori* [Pinc. = *tepidiore*] *aqua potus ero aut.* V = *aut tepidior aque* [lit.] *potator aut.* E = *aut tepidior aqua potu aut.* D𝔏 — 𝔅o = *aut tepidior aqua potui aut.* mD P2. 𝔗 — 𝔐 = *aut tepidior aqua potui erogata aut.* P2. Anic. 𝔗𝔅 = *turpatus torus.* E = *turpatus torus.* GD (cr. ∾) E Pinc. v. l. P4. = *aegrae et infelicis.* 𝔗 — 𝔈1. = *et aegrae et.* 𝔈2. = *ut aegrae et.* Col. = *Aegri et inf.* P2. + *Et aeger et.* P3. = *Aeger et infelix.* Rell. ∾. G = *que levis aura.* V = *infecti sunt oculi.* DE + *affecti sunt oculi.* V = *vestis perturbat.* 𝔗𝔅 = *obturpat.* V + *dissolutus est.* G = *dissolvitur.*

2. β = *Mindiridem.* G = *Mindridem.* P2. Col. = *Midiridem.* V = *Miridiem ferunt fuisse exibarum civitate.* 𝔗 — 𝔈2. = *Miridem.* Brodaeus (Miscell. V, 13.) ci. = *Smindyridem* ex Arist. Ethh. Eudd. I, 5. Οἱ δὲ Σαρδανάπαλον μακαρίζοντες ἢ Σμινδυρίδην Συβαρίτην. (cf. Herod. VI, 127. Ael. V. H. IX, 24. XII, 24. al.) Apud Suidam legebatur Μινδυρίδης (Μινδευρίδης), sed delevit Bernh. II. p. 855. G = *Sibaritharum.* β = *Syborum.* 𝔗𝔅 = *ex Imbarum civ.* βG = *altius castrum.* mP4. = *Castrum.* P3. = *altius castrum advelantem.* V Col. = *rastrum levantem.* Rell. etiam P2. 4. ∾. GV Anic. Scal. quatuor Gr. 𝔗 — 𝔈2. = *illud opus.* Rell. etiam ex. Francisc. ∾. V — *suo* post *conspectu.*

3. *Bilem habere saepius questus est* = βGVADE 𝔗 — 𝔊. Cod. Lips. duo Ruben. + *Idem bilem habere q. e.* (Sed non persuadeo mihi *Idem* in illis libris fuisse: certe Gron. *Idem* falso laudat ex 𝔗). 𝔐 — 𝔅1. 𝔅o = *Idem saepius questus est.* Triller (Obss. p. 138.) ci. ℜu 𝔅2. = *Idem vibicem habere saepius q. e.* (Postea Ruhk. retractavit sententiam et exemplari suo adscripsit haec: „Nunc *bilem* praefero i. e. illum morbum, quem Graeci χολέραν appellant.“). Heusing. (Emendd. p. 230 sq.) ci. = *papulam habere.* Ruben. ci. = *bullam habere.* Nil de suis libris prodit Grut. β = *quod foliis rose.* G = *Ubi animus.* β = *voluptatis*

hil tolerabile uidetur, non quia dura, sed quia molles patimur.
4 Quid est enim cur tussis alicuius aut sternutamentum aut musca
parum curiose fugata in rabiem agat aut obuersatus canis aut
clauis neglegentis serui manibus elapsa? Feret iste aequo ani-
mo ciuile conuicium et ingesta in concione curiaue maledicta
cuius aures tracti subsellii stridor offendit? Perpetietur hic fa-
mem et aestiuae expeditionis sitim qui puero male diluenti ni-
uem irascitur? XXVI. Nulla itaque res magis iracundiam alit
2 quam luxuria intemperans et inpatiens. Dure tractandus ani-
mus est, ut ictum non sentiat nisi grauem. Irascimur aut iis a
quibus nec accipere iniuriam potuimus aut iis a quibus accipere
iniuriam potuimus. Ex prioribus quaedam sine sensu sunt, ut
liber quem minutioribus literis scriptum saepe proiecimus et
mendosum lacerauimus, ut uestimenta quae, quia displicebant,
scidimus. His irasci quam stultum est quae iram nostram nec
3 meruerunt nec sentiunt? Sed offendunt nos uidelicet qui illa
fecerunt. Primum saepe antequam hoc apud nos distinguamus
irascimur: deinde fortasse ipsi quoque artifices excusationes

corrumpere. A Col. = *quia mollis patitur.* βGD(m∾) E(n.) = *quia mollis patimur.* P4. = *quia molle patimur.* Rell. etiam P2. 3. ∾.

4. 𝔗 — 𝔅o = *Quid enim est* contra mstos. V = *tuscis.* β = *stenutamentum.* 𝔗 — 𝔅o + *nos in rabiem agat* contra mstos.

aut obversatus canis = βAD E Gr. libri Lips. 𝔗 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o. G = *aut obversatur canis.* V ex. Fac. et Primit. m𝔊 = *aut obversatus calix.* 𝔐 — 𝔏4. = *aut versus calix.* Grut. ci. = *aut obversatus culex.* β — *aut clavis.* D = *Ferret iste.* E = *Fert iste.* G — *in* ante *concione.* V = *tacti* [G =] *subselli.* G = *stridor offent.* mD P2. 𝔗𝔅 = *diluenti nucem.* P3. = *dil. nutem.* EP4. = *dil. iuveni.*

Cap. XXVI.

2. βVDE 𝔗 — 𝔊 = *dure contractandus.*

aut iis a quibus = A. βGDE = *aut hiis a quibus.* V 𝔗 — 𝔅o = *aut his a quibus.* βA = *ne accipere.* VD = *potuimus iniuriam.*

aut iis a quibus = A. D = *autem hiis a quibus.* βG = *aut hiis a quibus* V 𝔗 — 𝔅o = *aut his a quibus.*

accipere iniuriam = VA 𝔗 — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔊 = *iniuriam accipere.* βD 𝔐 — 𝔅o — *iniuriam.* G (in fine folii) E — *aut iis a quibus accipere iniuriam potuimus.* P4. 𝔗 — 𝔈2. = *sine consensu sunt.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾.

ut liber quem = βGVADE Scal. Anic. 𝔗 — 𝔅o = *ut librum quem.* Gron. Relativa *quem* et *quae* a librariis addita esse censuit: et assentitur Externs (𝔅2.). Ruhk. aliter distinguendo locum sanasse sibi videtur, sic: *ut, librum, quem minutioribus literis scriptum saepe proiecimus et mendosum, laceravimus: ut, vestimenta, quae quia displicebant, scidimus.* E = *provicimus.* G = *et insido sive laceravimus.* D(cr.∾) = *quaeque displicebant.* GVD(cr.∾) E = *scindimus.*

3. 𝔗 — 𝔅o = *nos offendunt* contra mstos. G = *inde licet.* G(cr.∾) = *quia illa fecerunt.* β = *distingamus.*

**instas adferent. Alius non potuit melius facere quam fecit nec
ad tuam contumeliam parum didicit. alius non in hoc ut te of-
fenderet fecit. Ad ultimum quid est dementius quam bilem in
homines collectam in res effundere? Atqui ut his irasci demen- 4
tis est quae anima carent, sic mutis animalibus quae nullam
iniuriam nobis faciunt, quia uelle non possunt: non est enim in-
iuria nisi a consilio profecta. Nocere itaque nobis possunt ut 5
ferrum aut lapis, iniuriam quidem facere non possunt. Atqui
contemni se quidam putant, ubi iidem equi obsequentes alteri
equiti alteri contumaces sunt, tamquam iudicio, non consuetu-
dine et arte tractandi quaedam quibusdam subiectiora sint.
XXVII. Atqui ut his irasci stultum est, ita pueris et non mul-
tum a puerorum prudentia distantibus. Omnia enim ista pec-
cata apud aequum iudicem pro innocentia habent inprudentiam.
Quaedam sunt quae nocere non possunt nullamque uim nisi be- 2**

G(cr. ∾) = *melius facerem.* 𝔗 — 𝔊 = *facere quam fecerit.* βE = *quidem dementius.* V = *in hominem collectam.*

4. D (m∾) — *ut his.* V = *ut irasci his.*

sic mutis = βGVADE Gr. 𝔊ro — 𝔅o. 𝔗 — 𝔈1. + *et sic mutis.* 𝔈2. — 𝔏4. + *sic et mutis.* Exx. Francisc. ac Fac. et Primit. = *sic et* [?] *multis animalibus.*

quae nullam iniurium nobis faciunt, quia velle non possunt: non est enim iniuria nisi a consilio profecta = VA mD exx. Francisc. ac Fac. et Prim. codd. Ruben. 𝔐u 𝔅2. (Pinc. = *a concilio*). probat Gron. Col. = ∾ *a consilio perfecto.* D = *que nullam iniuriam que sit a* [haec n.] *consilio profecta faciunt* [hoc n.] *necesse* [cr. ∾] *itaque.* (Etiam Lat. Latin. p. 46. legit *quae sit a consilio profecta.*) E cod. Lips. = *que nullam iniuriam quesita consilio profecta faciunt.* Lips. ci. = *quae nullam iniuriam, quasi a consilio profectam, faciunt.* βG = *quae nulla iniuria si a consilio profecta. Nocere.* P2. = *quae nullam iniuriam a consilio profectam inferre possunt. Nocere itaque.* P3. = *quae nullam iniuria si a consilio profecta nocere utique.* P4. = *quae nulla iniuria sed a consilio provecta. nocere itaque.* 𝔗𝔅 = *quae nullam iniuriam si a consilio profectam nocere* [𝔅 = *. Nocere*] *itaque.* Agric. ci. = *quia nullam iniuriam nisi a consilio profectam intelligo. Nocere.* 𝔈1. = *quae nullam iniuriam a consilio profectam faciunt. Nocere.* 𝔈2. = *quia nulla iniuria nisi a consilio profecta. Nocere.* 𝔈 — 𝔅1. 𝔅o = *quia nulla est iniuria nisi a consilio profecta. Nocere.*

5. G = *Atque contemni.*

ubi iidem equi obsequentes alteri equiti = VA(s.m.). sed scribunt *idem.* Col. 𝔗 — 𝔅o = *ubi equi iidem* [𝔗 — 𝔈1. = *idem*] *obsequentes a. e.* βAD EP2. cod. Iur. = *ubi idem equi* [P2. Iur. = *equi iidem*] *post sequentes a. e.* Recepissem: *iidem equi post sequentes* etc., si dici posset *sequentem esse alicui* pro *obsequi.* G = *ubi idem equi potest sequentes.* P3. = *possunt sequentes alteri.* P4. = *se sequentes alteri.* 𝔗 — 𝔊 = *contumaces sint.* V P4. Col. 𝔗𝔅 = *contractandi.* D(cr. ∾) E = *tractanda.* P3. = *artes tractandae.* G = *subiectiora sunt.*

Cap. XXVII.

E = *Atqui in his.* V = *imprudentia distantibus.*

2. A = *non possint.* G = *nulla-*

neficam et salutarem habent, ut di inmortales qui nec uolunt ob-
esse nec possunt. Natura enim illis mitis et placida est, tam
3 longe remota ab aliena iniuria quam a sua. Dementes itaque
et ignari ueritatis illis inputant saeuitiam maris, inmodicos im-
bres, pertinaciam hiemis: cum interim nihil horum quae no-
bis nocent prosuntque ad nos proprie dirigatur. Non enim
nos causa mundo sumus hiemem aestatemque referendi: suas
ista leges habent quibus diuina exercentur. Nimis nos suspici-
mus, si digni nobis uidemur propter quos tanta moueantur.
Nihil ergo horum in nostram iniuriam fit: immo contra nihil non
4 ad salutem. Quaedam esse diximus quae nocere non possint,
quaedam quae nolint. In iis erunt boni magistratus parentes-
que et praeceptores et iudices: quorum castigatio sic accipienda
est quomodo scalpellum et abstinentia et alia quae profutura tor-
quent. Adfecti sumus poena? succurrat non tantum quid pa-
tiamur, sed quid fecerimus: in consilium de uita nostra mitta-
mur. Si modo uerum ipsi dicere nobis uoluerimus, pluris li-
5 tem nostram aestimabimus. Si uolumus aequi rerum omnium
iudices esse, hoc primum nobis persuadeamus neminem nostrum
esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur. Nihil

que. βG = *habent nisi beneficam et salutarem.* V = *nullamque nisi beneficam et salutarem* om. *habent.* V = *qui n o n volunt.* 𝔗𝔅 = *qui n o lunt obesse.*

3. G = *saevitiam ma t ris.*

prosuntq u e = βsGVADE 𝔗 — 𝔐. G — *que.* 𝔏 — 𝔅o = *prosunt v e.*

proprie dirig a tur = G(s.m.)D(s.m.) P2. 𝔐 — 𝔅o. βGVADE P4. Col. 𝔗 — 𝔊 = *proprie diriga n tur.* P3. = *proprie e r i g u ntur.* Scribendum puto *dirig a n t.* 𝔗𝔅 = *Non enim nos c u m mundo.* E = *suspicimus. I n digni.* G = *si dign i s nobis.* D(cr.∾) = *videa mur.* 𝔗𝔅 = *n o s videm u s.* 𝔈1. = *nobis videm u s.* V = *propter q u o d tanta.* D(m∾) E = *propter quos c u n c t a.* GD(cr.∾) E = *iniuriam in nostram.* 𝔗𝔅 = *iniur i a fit.*

4. *nocere non poss i nt* = AD. βGVE 𝔗 — 𝔅o = *nocere non poss u nt.*

quae nol i nt = βGADE (A = *no l l int*). V 𝔗 — 𝔅o = *quae nol u n t.*

In i i s erunt = A. βGDE = *In hiis erunt.* V 𝔗 — 𝔅o = *In h i s erunt.* Grotius de I. B. et P. II, 20, 7. ubi laudat hunc locum, omittit *et praeceptores*, quae voces glossematis speciem habere Fischero videntur. D(m∾) E — *et alia.* V — *quae post alia.* G = *quid patia t ur.* GV 𝔈1. = *de vita nostra m u tamur.* 𝔗𝔅 = *de vita m u tamur.*

Si m o d o verum ipsi nobis dicere = A. βVDE = *Si v e r o verum ipsi nobis dicere.* G = *Si v e r o ver a ipsi nobis dicere.* Tres Pall. = *Si v e r o verum ipsi dicere* om. *nobis* (?). Col. = *Si v e r o verum ipsi dicere volu i mus* om. *nobis* (?). 𝔗 — 𝔈1. = *Si v e r o verum ipsi dicere nobis.* 𝔈2. — 𝔅o = *Si verum ipsi dicere nobis sine modo.*

5. *rerum omnium* = VA. βGDE 𝔗 — 𝔅o = *omnium rerum.*

nobis p e r suadeamus = AD (s.m.) tres Gr. Scal. Anic. Iur. βGVDE = *nobis persuad e mus.* 𝔗 — 𝔅o = *nobis s u a deamus.* P2. = *nobis s u a demus.*

peccaui et nihil feci. Immo nihil fateris. Indignamur aliqua
admonitione aut coercitione nos castigatos, cum illo ipso tem-
pore peccemus, quod adicimus malefactis adrogantiam et con-
tumaciam. Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus inno- 6
centem? Ut hoc ita sit, quam angusta innocentia est ad legem
bonum esse? quanto latius officiorum patet quam iuris regula?
quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides ex-
igunt quae omnia extra publicas tabulas sunt? XXVIII. Sed
ne ad illam quidem artissimam innocentiae formulam praestare
nos possumus. Alia fecimus, alia cogitauimus, alia optauimus,
aliis fauimus: in quibusdam innocentes sumus, quia non succes-
sit. Hoc cogitantes aequiores simus delinquentibus, cedamus ob- 2
iurgantibus: utique nobis ne irascamur, (cui enim non, si nobis
quoque?) minime dis. Non enim illorum, sed lege mortalitatis
patimur quicquid incommodi accidit. At morbi doloresque incur-
runt. Utique aliqua fugiendum est domicilium putre sortitis.
Dicetur aliquis male de te locutus: cogita an prior feceris, cogita 3
de quam multis loquaris. Cogitemus, inquam, alios non facere

et nihil feci = GVADE Pall. β Col. 𝔗—𝔅o — *et*. βGmD 𝔗𝔅 = *immo nihil feceris*. GV 𝔗—𝔊 = *coertione*.

quod adicimus = βGVAE P2. 4. Col. Anic. Scal. (P2. 4. Col. = *adiicimus*). probat Grut. DP3. = *quod addicimus*. 𝔗—𝔅o = *quo adiicimus*.

6. 𝔗𝔅 = *ad legem omne bonum quam latius*. G = *quam latius*. D (m ∾) E = *officium patet*. V = *quam iuris religio*. placet Grutero. P3. + *quam iuris regula alias religio*. V + *et iustitia et fides*.

Cap. XXVIII.

Cod. vet. Dalech. = *exactissimam*. GDE = *innocentiam formulam*. βGVA(cr. ∾) D(cr∾) E 𝔗—𝔊 = *praestare non possumus*. V + *et aliis favimus*. mA = *successit i. e. prospere evenit*.

2. GVB(cr. ∾) E = *Haec cogitantes*. V𝔗𝔅 = *aequiores sumus*. βG ADE tres Gr. 𝔗—𝔊1. = *credamus obiurgantibus*. P3. = *credas obiurgantibus*. V = *credamus obiurgationibus*. GD (m ∾) E = *itaque nobis*. β — *si* ante *nobis quoque*. β = *sed legē mortalitatis*.

Utique aliqua fugiendum est = 𝔐—𝔅o. mD Pall. 𝔗—𝔊 = *Utique aliquo fugiendum est*. βGV = *Utique aliquid fug. e.* Cod. Lips. = *Utique ad aliquid fug. e.* ADE = *Utique ad aliquod fug. e.* Lips. ci. = *Utique aliqua de fugiendum est*. Col. = *Utique aliquo frigidum est*. Gron. ci. = *Utique aliqua fungendum est*. et putat dictum esse instar proverbii: *Aliqua fungendum est* „seu functione et impensa vel molestia, si numero singulari accipias; sive munera vel onera vel incommoda, si plurativo et accusandi casu.“ *fungi* esse idem atque *pati*. Scripturam vulgatam se intelligere negat. At sententia est plana, nec miramur, quod Seneca hic argumentatione longius abducitur a proposito.

3. Anic. + *Dicetur tibi: aliquis*. DE + *male est de te*. G = *cogitandum quam multis*. β = *cogita dum quam multis*. V = *cogita de te quam multa*. V Bruxell. et Secun. (sic legitur apud Gron. quod interpretandum videtur: et secundus, sc. Bruxell.) 𝔐 = *alios pro nobis facere*.

iniuriam, sed reponere. alios pronos facere, alios coactos facere, alios ignorantes: etiam eos qui uolentes scientesque faciunt ex iniuria nostra non ipsam iniuriam petere.
plures amici confecerunt quam inimici, quorum non expleuerat spes inexplebiles. Uoluit quidem ille: neque enim quisquam liberalius uictoria usus est ex qua nihil sibi uindicauit nisi dispensandi potestatem, sed quemadmodum sufficere tam inprobis desideriis posset, cum tantum omnes concupiscerent quantum unus poterat? Uidit itaque strictis circa sellam suam gladiis commilitones suos, Cimbrum Tullium acerrimum paulo ante partium defensorem aliosque post Pompeium demum Pompeianos. XXXI. Haec res sua in reges arma conuertit fidissimosque eo conpulit, ut de morte eorum cogitarent pro quibus et ante quos mori uotum habuerant. Nulli ad aliena respicienti sua placent. Inde dis quoque irascimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantum hominum retro sit et paucis inuidentem quantum sequatur a tergo ingentis inuidiae. Tanta tamen inportunitas homi- 2
num est, ut quamuis multum acceperint, iniuriae loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi praeturam: sed consulatum speraueram. Dedit duodecim fasces: sed non fecit ordinarium consulem. A me numerari uoluit annum: sed deest mihi ad sacer-

3. E = *quos non expleverat.* 𝔑 — 𝔅o = *poterat unus.* D P2. = *poterat dare unus.* Rell. etiam P3. 4. Col. ∾. G = *victis itaque.* β = *itaque tristis circa.* sG = *strictis cura sellam.* βA P 3. = *cimbrum uillium.* G = *cimbrum iullium.* V = *cimbrum iulium.* D P2. = *cimbrum tulium.* mD = *De cimbro iulio.* E = *cumberum uillium.* P4. = *Cubrum Nilium.* Col. = *Cymbrum Villum.* 𝔑 = *Cymbrum Tullium.* 𝔗 — 𝔊1. = *Cimbarum Tullium.* 𝔐 — 𝔏4. = *Cimbrum Tillium.* De diversa huius nominis scriptura cf. Ernest. Ind. Hist. ad Cic. Oudendorp. ad Caes. B. C. III, 42. p. 712. Bentl. ad Hor. Satt. I, 6, 24.

ante partium = βGAE. VD 𝔑 — 𝔅o + *ante suarum partium.* Col. = *avosque post Pompeium domum Pompeianam.* P4. = *aliosque primum Pompeium, demum Pompeianos.* G = *post Pompeium deinde.* D P2. 3. 𝔑 — 𝔊1. + *demum post Pompeianos.*

Cap. XXXI.

G(cr. ∾) = *res suas.* V = *fidissimos quoque.* G = *Nulli ad aliam.* D(m∾) E 𝔑 — 𝔅 = *Nulli ad alia.* β = *diis quosque.* 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *aliquis non antecedat,* primum ex librarii errore.

obliti quantum hominum retro sit et paucis invidentem quantum sequatur a tergo ingentis invidiae = A Col. Brux. V 𝔊ro — 𝔅o = ∾ *invidentes* ∾. Gron. ci. = *ringentis invidiae.* Ruhk. ci. = *urgentis inv.* Ex. Fac. et Prim. = ∾ *paucis indigentes quantum sequatur a tergo ingentis invidentiae.* extremum vocabulum non improbat Grut. Exx. Francisc. et Pinc. = *obliti quantum sequatur a tergo spiculis ingentis invidiae sauciati.* G = *obliti quoque sequatur a tergo ing. inv.* rell. om. E cod. Lips. = *obliti quanti sequantur* [cod. Lips. = *sequatur*] *a tergo spiculis ingentis invidiae sauciati.* probat Lips. et *quanti* accipit pro *quam multi,* βD Pall. 𝔑 — 𝔏4. — *quantum hominum* — *invidentem.*

2. V = *non attendimus. tamen tanta imp.* G = *Dedit praemium mihi.* βG 𝔑 — 𝔊1. = *numerari vo-*

dotium. Cooptatus in collegium sum: sed cur in unum? Con-
3 summauit dignitatem meam: sed patrimonio nihil contulit. Ea dedit mihi quae debebat alicui dare: de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quae accepisti: reliqua exspecta et nondum plenum esse te gaude. Inter uoluptates est superesse quod speres. Omnes uicisti? primum esse te in animo amici tui laetare. multi te uincunt? considera quanto antecedas plures quam sequaris. XXXII. Quod sit in te uitium maximum quaeris? falsas rationes conficis: data magno aestimas, accepta paruo. Aliud in alio nos deterreat. quibusdam timeamus irasci, quibusdam uereamur, quibusdam fastidiamus. Magnam rem sine dubio fecerimus, si seruulum infelicem in ergastulum miserimus. Quid properamus uerberare statim, crura protinus frangere? non peribit potestas ista, si differetur. Sine id tempus ueniat quo ipsi iubeamus: nunc ex imperio irae loquimur. cum illa abierit, tunc uidebimus quanto ista lis aestimanda sit. In

lunt. Pinc. v. l. = *sed deesse mihi.* Mss. et Gr. ∾. G (s.m.) — *ad* ante *sacerdotium.* G = *Quo optatus.* DP2. 𝔑 — 𝔅 = *Quo aptatus.* VmD Col. = *Coaptatus.* P3. = *Captatus.* β = *Qu aptatus.*

in collegium sum = AmED 𝔑 — 𝔅o. V = *in collegio sum.* βGD Pall. = *in collegium suum.* Col. = *ad collegium suum.* GD (m∾) E 𝔑 — 𝔅 = *Consumam dign.* β = *Consumavi dign.* 𝔈1. = *Consummem dign.*

3. β = *Ededit mihi.* β P2. 𝔑 — 𝔈2. = *et dedit mihi.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. Gr. ∾. G = *relicta et expecta.*

plenum esse te = A. GVE = *te plenum esse.* βD 𝔑 — 𝔅o = *plenum te esse.* Fortasse abiiciendum Pron. 𝔑 — 𝔅o = *primum te esse* contra mstos.

Cap. XXXII.

Quod sit in te vitium maximum = D. AE = *Quod sitiente vitium max.* G = *Quod si sciente vit. m.* P4. = *Quod sitienter vit. m.* P2. = *Quod sitiente te vit. m.* 𝔑 — 𝔅 = *Quod sitiente* [𝔑 = *siciente*] *maximum vitium.* V + *Vel quod sit in te siciente vit. max.* P3. + *Vel quod sit in te nesciente vit. max.* Col. + *Vel quod sit in te sciente vit. max.* Agric. ci. = *Quid infitiantis maximum vitium quaeris.* Erm. ci. = *Quid in infitiante maximum vit. q.* 𝔈1. — 𝔊 = *Quid si in te max. vit.* 𝔐 — 𝔅o = ∾ *max. vit.* G (m∾) — conficis. β = *Alius in alio.* D (m∾) — *vereamur quibusdam.* βG = *quibusdam venera mur.* G (s∾) — *in* ante *ergastulum.* β 𝔑 — 𝔈2. = *quod properamus.* G = *Quid proferamus.* D (m∾) E = *quem properamus.* P3. = *Quod properamus frangere verberare statim crura* („ultimam vocem minus liquido expressit"). E = *curare protinus.* G P2. 4. — *verberare* — *protinus.* G = *non perhibit.* G (cr. ∾) Col. = *differtur.* P3. + *differetur, alias vel si sit dilata.* V = *sine ut tempus.* P3. 𝔑 — 𝔅 = *sive id tempus.* P4. = *Sum id tempus veniat quo ipse videamus.* Col. = *Sum id tempus veniat quo ipsi videamus.* G (m∾) — *veniat.* P3. = *Tunc ex imp.* A P4. Col. 𝔑 — 𝔅 = *loquemur.*

quanto ista lis aestimanda sit = β GVAE P3. 4. Col. P2. — *sit.* D = *quanto ista lex* [cr. *lix*] *aest. sit.* 𝔑 — 𝔈1. = *quanto sit ista lis aest.* 𝔈2. — 𝔅o = *quanti sit ista lis aest.*

hoc enim praecipue fallimur: ad ferrum uenimus, ad capitalia supplicia et uinculis, carcere, fame uindicamus rem castigandam flagris leuioribus. Quomodo, inquis, nos iubes intueri 2
quam omnia per quae laedi uideamur exigua, misera, puerilia sint? Ego uero nihil magis suaserim quam sumere ingentem animum et haec propter quae litigamus, discurrimus, anhelamus uidere quam humilia et abiecta sint, nulli qui altum quiddam aut magnificum cogitat respicienda. Circa pecuniam plurimum uo- 3
ciferationis est: haec fora defatigat, patres liberosque committit, uenena miscet, gladios tam percussoribus quam legionibus tradit. haec est sanguine nostro delibuta. propter hanc uxorum maritorumque noctes strepunt litibus et tribunalia magistratuum premit turba. reges saeuiunt rapiuntque et ciuitates longo seculorum labore constructas euertunt, ut aurum argentumque in cinere urbium scrutentur. XXXIII. Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt propter quos oculi clamore exprimantur, fremitu iudiciorum basilicae resonent, euocati ex longinquis regionibus iudices sedeant iudicaturi utrius iustior auaritia sit. Quid si ne propter fiscum quidem, sed pugnum aeris aut inputatum a seruo denarium senex sine herede moriturus stomacho

G(m∾) — *venimus.* 𝔑𝔗 = *castigamus.* G — *rem castigandam.* Pinc. v. l. = *flagellis levioribus.* Mss. etium Gr. ∾.

2. *laedi videamur* = GAE P4. Col. 𝔑 — 𝔊. V = *laedi videbamur.* P3. = *laedi videamus.* βD 𝔐 — 𝔅o = *laedi videmur.* G (cr. ∾) = *miseria.* P3. = *indigentem animum.* Col. = *magnum animum.* G 𝔑 = *hanelamus.* V = *anellamus.* V = *vide quam humilia quam abi.* P3. = *quam humilida vel quam abiecta.* βVDE P3. = *abiecta sunt.* G = *abiecta super.* G (n.) E + *respicienda sunt.*

3. G = *hic fora.* mD + *liberosque in illa.* P2. + *liberosque nulla.* Scal. = *percussionibus.* E = *sanguinem nostrum.* β = *dilibuta.* G (m∾) = *uxorum virorumque.* G = *premunt turba.* D(m∾) = *reges insaniunt.* E + *se evertunt.* G = *argentum* om. *que.* P3. = *in cinerem.*

Cap. XXXIII.

GD (m∾) = *Licet intueri.* G = *propter anguli* [n.] *oculi clamore exprimantur.* V ex. Fac. et Prim. P3. = *propter quos venae clamore tumescunt.* Pontan. ci. = *propter quos loculi cl.* Cod. Lips. = *oculi calore.* P2. = ∾ *experimantur.* 𝔈2. — 𝔅o = ∾ *exprimuntur.* Rell. etiam P4. Col. ∾.

resonent = A. βGVDE Gr. 𝔑 — 𝔅o = *resonant.* quod pro Coniunctivo Coniug. III. accipit Grut. 𝔑 — 𝔅 = *advocati ut longinquis.* 𝔈1. — 𝔊 = *evocati qui longinquis.* V (n.) + *ex longinquis advolent reg.* Ex. Fac. et Prim. + *regionibus advolant.*

sedeant = βGVADE P3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊. P2. 𝔐 — 𝔅o = *sedent.* E = *iudicari utrius.* 𝔑 — 𝔊 = *avaritia est.* GVD P2. 3. 4. 𝔑 — 𝔊 = *Quid si non pr. f. q.* E = *Quid sive pr. f. q.* βA Col. ∾. A (cr. ∾) = *ficum.* A(s.m.) = *pugnam.* Pinc. ci. = *amputatum.* probat Lips. sed Gron. defendit alterum.

2 dirumpitur? Quid si propter usuram haud milesimam ualitudina-
rius fenerator distortis pedibus et manibus ad conparandum non
relictis clamat ac per uadimonia asses suos in ipsis morbi ac-
cessionibus uindicat? Si totam mihi ex omnibus metallis quae
cum maxime deprimimus pecuniam proferas, si in medium pro-
icias quicquid thesauri tegunt auaritia iterum sub terras referente
quae male egesserat: omnem istam congeriem non putem dignam
quae frontem uiri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt
quae nobis lacrimas educunt? XXXIV. Cedo nunc, persequе-
re cetera, cibos, potiones horumque causa paratam ambitionem,
munditias, uerba, contumelias, motus corporum parum hono-
rificos et suspiciones, et contumacia iumenta et pigra mancipia,
interpretationes malignas uocis alienae: quibus efficitur, ut in-
2 ter iniurias naturae numeretur sermo homini datus. Crede mihi,
leuia sunt propter quae non leuiter excandescimus, qualia quae

2. βGVE P2. 4. Col. 𝔑 — 𝔊 = *aut millesimam.* D = *aut millessimum* (cr. *am*). P3. = *ante millesimam.* A = *aut̄* [lineola addita videbatur a s. m.] *milensimam.* hoc poterat recipi: nam similiter monumentum Ancyr. habet *quadragensimum* et *duodevicinsimum.* cf. Wagner Orthogr. Verg. p. 457, 6. G = *pedibus inanibus.*

ad conparandum non relictis = βGVADE Gr. 𝔑 — 𝔈2. 𝔅2. 𝔈𝔊 𝔑u 𝔅o = *ad comparendum non rel.* hoc nescio an librarii errore apud Grut. tribuatur Pinciani mstis: quo decepti sunt Lips. et Ruhk. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅1. = *ad computandum modo relictis.* Lips. ci. = *ad comparcendum modo rel.* A = *per vadim omnia.* E = *per vadimoniam.* 𝔑 — 𝔊 = *in ipsius morbi* contra mstos. G — *accessionibus* et = *iudicat.* mD = *vendicat.* E = *metallis etiam cum maxime.*

deprimimus = GVADE 𝔑 — 𝔊 𝔑u — 𝔅o. β = *deprimimur.* 𝔐 — 𝔅1. = *depromimus.* V = *interim sub terras.* P4. = *avaritia rerum sub terras.* P3. = *super terras.* VA P3. 𝔑 — 𝔅 = *male gesserat.* D = *male egeserat.* mD = *congesserat.* G = *male eiecerat.*

non putem dignam = AmD. E 𝔈1. — 𝔅o = *dignam non putem* (𝔈1. = *autem*). βGVD 𝔑 — 𝔅 — *dignam.* β = *quē frontem.*

Cap. XXXIV.

D (cr. ∾) = *Credo nunc.* D = *prosequere.* mDE = *persequi.* G = *potiones tumque causa.* V = *ortum campum ambiciones immundicias* (= cod. Lips. Brux. probat Lips.). D = *ortum aram* [mD = *horumque causa paratam*] *ambitiones immunditias.* E = *ortumque cause paratam amb.* Ex. Fac. et Prim. — *horumque causa paratam* et = *ambitiones.* P2. = *ortum aram ambitionem.* P3. = *ortumque causa, periram ambitionem.* P4. = *ortumque tam paratam ambitionem.* Col. = *horumque tam paratam ambit.* Cod. Lips. = *ortumque caussae paratam amb.* Cod. Dalech. = *honorumque causa.* Vet. cod. Rom. = *horumque causa parata.* Lips. ci. = *horumque caussa iratam amb.* aut *horumque caussa saepe iratam amb.* Ruben. ci. = *parata in ambitionem.* Gron. ci. = *horumque cura paratam.* 𝔑 — 𝔅 + *et verba.* 𝔈1. — 𝔊 = *verbera.* D + *verba et.* D 𝔑 — 𝔅o + *et motus.* Rell. etiam P3. 4. Col. ∾. 𝔑 — 𝔅 = *interpretatores malignos.* E — *naturae.*

2. V Pinc. ex. dom. — *quae ante*

pueros in rixam et iurgium concitant. Nihil ex his quae tam triste agimus serium est, nihil magnum. Inde, inquam, uobis ira et insania est, quod exigua magno aestimatis. Auferre hic mihi hereditatem uoluit. hic me diu in spem supremam captatus criminatus est. hic scortum meum concupiuit. Quod uinculum amoris esse debebat seditionis atque odii causa est, idem uelle. XXXV. Iter angustum rixas transeuntium concitat: diffusa et late patens uia ne populos quidem collidit. Ista quae adpetitis, quia exigua sunt nec possunt ad alterum nisi alteri erepta transferri, eadem adfectantibus pugnas et iurgia excitant. Respondisse tibi seruum indignaris libertumque et uxorem et clientem: deinde idem de Republica libertatem sublatam quereris quam domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus,

pueros. Ex. Francisc. GG = *qualiaque pueros.* Ex. Fac. et Prim. = *qualia quoque pueros.* GE Scal. cod. Dal. + *et in iurgium.* P2. = *Nihil ex huius.*

tam triste agimus serium est = β sGAD (s.m.) E P2. G R = *tam triste agimus sevum est.* ZB = ∾ *saevum est.* V P4. Col. = *tam triste gerimus serium* [Col. = *serum*] *est.* D (p.m.) = *tam triste agimus servum est.* Quidam codd. Pinc. = *tanti gerimus.* P3. = *tam cara gerimus senum est.* Pinc. ci. = *tanquam seria agimus serium est* (hoc legebatur in ex. Fac. et Prim.). C1. 2. = *tam tristes agimus saevum est.* G — Bo = *tam tristes agimus serium est.* GVADE Gr. R — B = *nobis ira.* β ∾. βGDE P2. 4. = *magna aestimatis* (*extim.*). V P3. Col. = *magna aestimamus* (*extim.*). R — G = *magna existimatis.* A ∾. V — *hic* post *Auferre.* G = *nichil hereditatem.*

hic me diu in spem supremam captatus criminatus est = A. β quaedam exx. Ermi P2. R — B = *hic me diu spem supremam captatus tunc criminatus est.* G = *hic me diu spem suppremam* [cr. *spe supprema*] *captatus tunc* [n.] *criminatus.* V P3. = *hic me diu spem supremam captatus criminatus est.* D = *hic me diu inter* [del.] *spem supremam captatus. Si* [del.] *criminatus est.* Quaedam exx. Pinc. = *Diu spe suprema captatus criminatus est.* Col. = *hoc mei diu spem supprimam captatus crim.* E = ∾ *spem supremam captus est. Criminatur.* P4. = *Hic me diu spe suppina captatum crim.* Cod. Lips. = *spem supremam captatus.* C1. = *Hic me, dum spe suprema captus est criminatur.* Agric. ci. C2. — Bo = *Hic me diu spe suprema captatum criminatus est.* Ruben. ci. = *captato.* Lips. ci. = *Hic me diu spe in suprema captatum* aut *Hic me diu spem supremam captantem.*

Cap. XXXV.

G(s∾) = *itaque angustum.* V = *nec populos q.* G = *Ita quae appetitis.* D + *vos appetitis.* G — *quia* ante *exigua.* V = *quam exigua.*

pugnas et iurgia = A. Col. = *pugnas iurgia* om. *et.* βGE = *pugna et iurgia.* P3. = *pugnata et iurgia.* P4. = *pugnam iurgia.* V P2. R — Bo = *pugnam et iurgia.* G = *excitanti.*

servum indignaris libertumque = A mD Col. Brux. Gro — Bo (B1. = *liberumque*). βGVDE Pall. R — G — *servum.* M — L Ju = *indignaris libertum* om. *servum* et *que.* L4. = *indignaris servum libertumque.* Grut. suspicatur hic latere aliquod maius ulcus: refutatur a Gron. V + *idemque de rep.* G = *sublatam queritis.* V R — B = *sublatam quaeris.*

2 contumaciam uocas. Et loquatur et taceat et rideat. Coram domino? inquis: immo coram patre familiae. Quid clamas? quid uociferaris? quid flagella media coena petis, quod serui loquuntur, quod non eodem loco turba concionis est, silentium solitudinis? In hoc habes aures, ut non modulata tantum et mollia et ex dulci tracta conpositaque accipiant: et risum audias oportet et fletum. et blanditias et lites. et prospera et tristia.
3 et hominum uoces et fremitus animalium latratusque. Quid miser expauescis ad clamorem serui, ad tinnitum aeris aut ianuae inpulsum? cum tam delicatus fueris, tonitrua audienda sunt. Hoc quod de auribus dictum est, transfer ad oculos. qui non minus fastidio laborant, si male instituti sunt: macula offenduntur et sordibus et argento parum splendido et stagno non ad
4 solum perlucente. Hi nempe oculi qui non ferunt nisi uarium ac recenti cura nitens marmor, qui mensam nisi crebris distinctam uenis, qui nolunt domi nisi auro pretiosiora calcare, aequissimo animo foris et scabras lutosasque semitas spectant et maiorem partem occurrentium squalidam, parietes insularum ex-

2. GE = *et taceat et v i d eat.*

patre familiae = βGVADE ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *patrefamilias.* G(cr. ∾) = *media coena petitis.* βGVAD ℜ — 𝔈1. = *loquantur.* E ∾.

concionis est, silentium solitudinis = βGVA P2. 3. Col. D = *conc. est que* [m *quo*] *sil. sol.* E = *contioni est quo sil. solitudini.* P4. ℜ — 𝔅o + *conc. est et sil. sol.*

ut non modulata tantum = βGA P3. Col. 𝔐. E = *non ut modulata tantum.* D P2. = *ubi* [sD *ut*] *non nisi modulata tantum.* V P4. ℜ — 𝔊 + *ut non nisi modulata tantum.* 𝔏 — 𝔅1. = *ut nisi modulata tantum* ∾ *accipiant?* ℜu — 𝔅o = *ut non nisi modulata cantuum* ∾ *accipiant?* ex Ruhk. ci. β — *et* ante *ex dulci.*

3. E = *Quid miser exclamesscis.* D P2. ℜ — 𝔈2. + *et ad clamorem.*

ad tinnitum aeris aut ianuae inpulsum = AE Col. (Col. = *tynnitum*). V = *et tinnitum aeris et ianuae.* G = *ad tinn. aeris ut ianuae.* DP2. = *et ad tremitum* [mD *tinnitum*] *eris* [mD *aeris*] *aut ianue.* ℜ — 𝔈2. + *et ad tinn. aeris aut ian. imp.* Ex. Fac. et Prim. = *ad tinn. aeris ad laminae impulsum.* βP3. 4. 𝔈 — 𝔅o = *ad tinnitum aeris, ad ianuae imp.* G = *cum tamen delicatus.* GDE Germ. Scal. ℜ — 𝔈2. — *Hoc* ante *quod de auribus.* Rell. etiam Pinc. v. l. ∾. ℜ — 𝔈2. — *est* post *dictum.* V = *transferes.* P3. Col. = *transfers.* P4. = *transfert.* ℜ — 𝔈1. = *transferunt.* 𝔈2. = *transferant.* Rell. etiam Pinc. v. l. P2. ∾. Germ. Scal. cod. Dal. = *non minore fastidio.*

stagno non ad solum perlucente = A. βGVDE ℜ — 𝔅1. = ∾ *ad solem perl.* Lips. ci. ℜu — 𝔅o = *stanno non ad solem perl.* idem legit Lat. Latin. p. 46.

4. E — *qui non ferunt.* ℜ — 𝔅 = *vanum ac recenti curru nitens.*

crebris distinctam venis = A Col. Germ. Scal. cod. Dal. Iur. m𝔈2. 𝔊ro — 𝔅o. βGVDE tres Pall. cod. Lips. ℜ — 𝔈1. = *cr. dist. vinis.* 𝔈2. — 𝔏4. = *cr. dist. naevis.*

auro pretiosiora = A. V = *auro pretioso.* D = *aurum et pretiosa.* βGE ℜ — 𝔅o = *auro pretiosa.* G = *foris et scabias.* D = *et lutosas.* G = *squalitam.* G = *insularum exosos.* P4. = *exoesos.*

esus, rimosos, inaequales. XXXVI. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat, domi moueat quam opinio illic aequa et patiens, domi morosa et querula? Omnes sensus perducendi sunt ad firmitatem: natura patientes sunt, si animus illos desiit corrumpere. qui cotidie ad rationem reddendam uocandus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die, cum se 2
ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: *Quod hodie malum tuum sanasti? cui uitio obstitisti? qua parte melior es?* Desinet ira et moderatior erit quae sciet sibi cotidie ad iudicem esse ueniendum. Quicquam ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur? quam tranquillus, quam altus ac liber, cum aut laudatus est animus aut admonitus et speculator sui censorque secretus cognoscit de moribus suis? Utor hac potestate et cotidie apud me causam dico. cum subla- 3
tum e conspectu lumen est et conticuit uxor moris mei iam conscia, totum diem meum scrutor factaque ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere: Uide ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugna-

rimosos = βVA Col. Iur. probat Heus. p. 236. P4. = *rumosos.* P3. = *ei mosos.* G = *ruinososque.* D E 𝔑 — 𝔅o = *ruinosos.*

Cap. XXXVI.

βG(cr. ∾) D(m∾) tres Pall. = *aequa et inpatiens.* Grut. suspicatur Praep. additam esse ad augendam *patiendi* significationem. G = *domi meroa.* V = *domi rimosa.* D + *et morosa.* G(cr. ∾) = *naturam.* G = *animos illos.*

desiit corrumpere = βGADE P2. Col. cod. Lips. 𝔑 — 𝔈1. (sed scribunt antiquo more *desit* cum 𝔊ro 𝔅1. quod Lipsio derivatur a verbo *deesse*). V P3. 4. 𝔅2. = *desinit corr.* 𝔈2. — 𝔏4. 𝔑u 𝔅o = *desinat corr.* (𝔑u = *destinat* librarii errore).

2. βG P3. = *Faciat hoc Sextius.* D P2. 4. 𝔑 — 𝔅 = *faciat hoc quod Sext.* G + *ut in consummato.* D (m∾) = *ubi consummato.* G = *quietam.* P4. = *recepisse.*

moderatior erit = AE. βG — *erit.* VD 𝔑 — 𝔅o = *erit moderatior.* 𝔑 — 𝔈1. = *qui sciet.* β = *quae scies.* G (n.) + *sibi er cotidie.* β = *sibi et cot.*

Quicquam ergo = βA. V = *Quid est ergo.* GDE 𝔑 — 𝔅o = *Quid ergo.* D = *totam diem.* G + *somnus qui post.* E = *sequetur.*

quam altus = A. βGVDE 𝔑 — 𝔅o — *quam.* V = *recognoscit.* D𝔑 — 𝔊 = *cognoscet.*

3. G = *apud me coram dico.* V 𝔑 — 𝔅o = *moris iam mei.*

totum diem meum scrutor = βGADE P3. 4. Brux. 𝔏4. 𝔊ro. probant Grut. Gron. P2. — *meum.* V Col. + *meum iam scrutor.* mD 𝔑 — 𝔅o (exc. 𝔏4. 𝔊ro) = *t. d. mecum scrutor.*

factaque = βGVADE Scal. 𝔑 — 𝔅o — *que.* β = *ad dicta.* V = *mihi ipsi.* β = *abscondit.* G = *abscondo vel transeo.* Scal. cod. Dal. + *agnoscere quicquam.* GD(m∾) E 𝔑 — 𝔅 = *quicquid ex error. m.* P2. = *ex erroribus nostris.* Col. = *timeant.* D(cr. ∾) 𝔑 — 𝔊 = *possum dicere.* GD(m∾) = *non tibi ignosco.*

cius locutus es. noli postea congredi cum inperitis: nolunt discere qui numquam didicerunt. Illum liberius admonuisti quam debebas: itaque non emendasti, sed offendisti. de cetero uide, non tantum an uerum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur ueri patiens sit. XXXVII. Admoneri bonus gaudet: pessimus quisque correctorem asperrime patitur. In conuiuio quorumdam te sales et in dolorem tuum iacta uerba tetigerunt? uitare uolgares conuictus memento: solutior est post uinum licentia, quia ne sobriis quidem pudor est. Iratum uidisti amicum tuum ostiario causidici alicuius aut diuitis, quod intrantem submouerat: et ipse
2 pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo catenario cani? et hic, cum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit. Recede longius et ride. Nunc iste aliquem se putat, quod custodit litigatorum turba limen obsessum. nunc ille qui intra iacet felix fortunatusque est et beati hominis iudicat ac potentis iudicium difficilem ianuam. nescit durissimum esse ostium car-
3 ceris. Praesume animo multa tibi esse patienda. Numquis se hieme algere miratur? numquis in mari nausiare, in uia concuti? Fortis est animus ad quae praeparatus uenit. Minus honorato loco positus irasci coepisti conuiuatori, uocatori, ipsi qui tibi praeferebatur. Demens, quid interest quam lecti premas partem? honestiorem te aut turpiorem potest facere puluinus?

V = *noli a m ō congredi.* D(m∾) — *qui* ante *numquam.* G = *Illud liberius.* GE = *quam debeas.* P4. — *vide* post *de cetero.* V = *ne tantum.* ADE P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔊1. + *ne non tantum.* P4. = *ne non an verum sit* om. *tantum.* E = *vir patiens.*

Cap. XXXVII.

V = *pessimus quoque.*

correctorem = βGDE P3. 4. cod. Dal. A = *rectorem.* Col. = *correctionem.* non improbat Grut. V P2. 𝔑 — 𝔚o = *correptorem.* cf. II, 10, 4. V = *iactata verba.* P4. = *vulgares convictos.* 𝔊2. — 𝔏𝔍u = *vulgarem convictum.* Rell. etiam Gr. ∾. 𝔊1. 2. + *quia nuno ne sobriis q.* P3. 4. = *ne sobrius* [= G] *q. pudorem.*

causidici alicuius aut divitis = AmD 𝔐𝔑 — 𝔚o. βGVDE P2. 4. Col. 𝔑 — 𝔖 = *caus. al. aut vidisti.* P3. = *c. ul. vel aut vidisti.* m𝔊2. m𝔊 = *c. al. aut audisti.* Brux. = *c. al. aut iudisci.* Ruben. ci. = *aut iudicis.* P. Faber (Semestrr. II, 12.) ci. = *c. alicuius, quod* rell. om. Gron. ci. = *aut iurisconsulti.* Ruhk. ci. = *aut aulici.* G = *submovat.*

2. P4. = *intus iacet.* G — *est* post *fortunatusque.* G = *beati homines.*

iudicat ac potentis = mss. etiam Gr. 𝔖ro — 𝔚o. 𝔑 — 𝔏4. = *ac potentis iudicat.* VD (m∾) E = *iudicium.*

3. β = *Praesumere.* 𝔑 — 𝔚o = *esse tibi* contra mstos. βG 𝔑 — 𝔊1. = *in mare.* V + *vel in via.* G = *Fortis est animi.* β = *atque praeparatus.* V = *ad quae paratus.* G = *convivatorum ipsi.* VD + *et ipsi.*

pulvinus = βA Col. 𝔐𝔑 — 𝔚o. GVDE Pinc. v. l. P3. 4. = *pulviner.*

Non aequis quemdam oculis uidisti, quia de ingenio tuo male
locutus est. Recipis hanc legem? ergo te Ennius quo non de-
lectaris odisset. et Hortensius simultates tibi indiceret. et Cice-
ro, si derideres carmina eius, inimicus esset. XXXVIII. Uis
tu aequo animo pati candidatus suffragia? Contumeliam tibi fe-
cit aliquis: numquid maiorem quam Diogeni philosopho Stoi-
co? cui de ira cum maxime disserenti adulescens proteruus in-
spuit: tulit hoc ille leniter et sapienter. *Non quidem,* inquit,
irascor: sed dubito tamen an irasci oporteat. Quanto Cato 2
noster melius? qui, cum agenti causam in frontem mediam
quantum poterat adtracta pingui saliua inspuisset Lentulus ille
patrum nostrorum memoria factiosus et inpotens, abstersit fa-
ciem et, *Affirmabo,* inquit, *omnibus, Lentule, falli eos qui
te negant os habere.* XXXIX. Contigit iam nobis, Nouate,
bene conponere animum: aut non sentit iracundiam aut supe-
rior est. Uideamus quomodo alienam iram leniamus; nec enim
sani esse tantum uolumus, sed sanare. Primam iram non au-
debimus oratione mulcere: surda est et amens. dabimus illi
spatium. remedia in remissionibus prosunt. nec oculos tumen-

P2. ℜ — 𝔊 = *pulvin u m.* P3. + *N a m non aequis.* Grut. ci. + *I a m non aequis.* E = *q u e dam oculis.* E = *locutus e s.* V = *Recipi a s hanc legem.* D (m∾) = *ergo c i m t u s quo non.* Col. = *si d e s i d e r e s carmina eius.*

Cap. XXXVIII.

Lips. ci. + *N o n vis tu.* β Col. = *t u m maxime.* VP3. — *cum.* P2. = *cum maxim o.* ℜ — 𝔅 = *t um maxim o.* G = *protervus in p o s uit.* GDE P2. 4. ℜ — 𝔊 — *ille.* P3. = *tulit hoc n e leniter.* Col. = *Tulit ille hoc leniter.* βDE ℜ — 𝔊 = *le v iter.*

e t sapienter = βGVADE ℜ (ℜ = &). 𝔗 — 𝔅o = *a c sapienter.* G — *inquit.* V — *tamen.* P3. = *sed s u b i t o dubito an.* Grut. ci. = *sed s u b dubito tamen.*

2. *Q u a n t o Cato noster melius.* ita scribendum duxi: nam βGAE P2. Col. = *Quanto noster melius.* mD ex. Franc. 𝔊 — 𝔅o = *Cato noster melius.* poterat autem alterutrum facile omitti propter similitudinem. V = *Quanto çe n o n noster melius.* P3. = *Quanto Z e n o n noster melius.* D ℜ — ℭ1. = *Quanto v i d e t u r melius.* P4. = *Quanto noster L a e l i u s.* ℭ2. = *Cato v i d e t u r melius.*

q u i, cum = A. βGVDE ℜ — 𝔅o = *c u i cum.* ℜ — 𝔅o = *causam agenti* contra mstos. D (m∾) = *i n p u l l i s s e t Lentulus.* P4. = *patrum a n n o r u m.* Col. = *p. n. m e m o r i f i c u s.* G = *ab s t r u x i t faciem.* G (s∾) = *falli eos e t s e negant.* G = *ō s haber e t.* D(m∾) = *inquit h o m i n i bus.*

Cap. XXXIX.

βD P2. 3. Col. ℜ — ℭ1. = *Contin git.* E = *Conti n g a t.* G (m∾) — *Novate.*

animum: aut non = AE. G + *s e d aut non.* βGD ℜ — 𝔅o + *s i aut non.* P3. Col. = *aut superior e m.* GE = *esse tantum san e.* G (m∾) Scal. Germ. = *iram non d e b e m u s.* E = *remissio r ibus.*

tumen t i s = βAE. G = *t i mentis.* VD ℜ — 𝔅o = *tument e s.*

tis temptabimus uim rigentem mouendo incitaturi nec cetera ui-
2 tia dum feruent. Initia morborum quis curat. Quantulum, inquis, prodest remedium tuum, si sua sponte desinentem iram placat? Primum, ut citius desinat, efficit. deinde custodit, ne recidat. Ipsum quoque inpetum quem non audet lenire fallet: remouebit omnia ultionis instrumenta. simulabit iram, ut tamquam adiutor et doloris comes plus auctoritatis in consiliis habeat. moras nectet et, dum maiorem poenam quaerit, prae-
3 sentem differet. omni arte requiem furori dabit. Si uehementior erit, aut pudorem illi cui non resistat incutiet aut metum. Si infirmior, sermones inferet uel gratos uel nouos et cupiditate cognoscendi auocabit. Medicum aiunt, cum regis filiam curare deberet nec sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter fouet, scalpellum spongia tectum induxisse. Repugnasset puella remedio palam admoto: eadem, quia non exspectauit, dolorem tulit. XL. Quaedam non nisi decepta sanantur. Alteri dices: Uide ne inimicis iracundia tua uoluptati sit. alteri: Uide ne magnitudo animi tui creditumque apud plerosque robur cadat. Indignor mehercules et non inuenio dolendi modum: sed tempus exspectandum est. dabit poenas. Serua istud in animo tuo: cum poteris, et pro mora reddes. Castigare uero irascentem et ultro obirasci incitare est. Uario adgredieris blan-

E = *templab a mus.* βG (s∾) = *templa v i mus.* Col. = *templave r i-mus.* 𝔑 — 𝔅 = *v o mendo incitaturi.* E = *incita r i.* P3. = *in r itaturi.* GE = *Initia v e r borum.*

2. βG = *Quantulum q u i s quis.* G = *si t u a sponte.* G = *iram placa-t u r.* D(cr.∾) = *u b i citius.* E = *eff e cit.*

custod i t = βGVADE Gr. 𝔅2. 𝔑 — 𝔅 = *custodi e r i t.* 𝔈1. — 𝔑u 𝔅o = *custod i e t.* G = *q u a m quam adiutor.* G(s∾) = *moras necti t.* G = *p l enam quaerit.* D(m∾) P2. Col. = *poenam quaer e t.* 𝔑 — 𝔅 = *p e-t i t poenam.* 𝔈 1. — 𝔅o = *quaerit poenam.* Rell. etiam P3. 4. ∾. G (s∾) D𝔑 — 𝔈1. = *diff e r t.* 𝔑 — 𝔅 = *f a c tori dabit.*

3. 𝔑 — 𝔊 = *non resist i t.* Agric. ci. — *non* ante *resistat.* P2. = *incu-t i e m.* βGADE 𝔑 — 𝔈1. = *inf e r t.* V ∾. A = *cognoscendi a vocabit.* β GVD (s∾) E P3. Col. 𝔑 — 𝔈1. = *co-gnoscendi v o cabit.* P2. = *cognoscen-di v a cabit.* P4. = *cognoscendi mà-bit.* G = *Medicum a u t e m.* GE = *t i mentem.* E 𝔑 — 𝔅 𝔊ro 𝔅1. = *le-v iter fovet.* D = *le v iter fov e r e t.* V = *leniter fov e r e t.* G = *sc a b e llum.* E = *induxiss e t.* G = *e o dem q u e non expect a n t.*

Cap. XL.

E = *nisi decer p ta.* G = *nisi de-c r e ta* (Fessl. legit *dec e r ta*). G(s∾) = *Alteri d i e s.* E — *magnitudo.* A (n.) + *a l t e r i indignor.* G 𝔑 — 𝔅 = *Indign i or.* 𝔑 — 𝔅o = *meherçu l e* contra mstos. 𝔑 — 𝔅 = *d e lendi.* G = *expectan d i est.*

cum pot ę ris = VA (p.m.) D P4. βGA (s.m.) sDE 𝔑 — 𝔅o = *cum po-t ueris.* P4. — *et* ante *pro mora.* G = *redd e t.*

et ultro o b i r a s c i = AE P3. Col.

deque, nisi forte tanta persona eris, ut possis iram comminuere, quemadmodum fecit diuus Augustus, cum coenaret apud Uedium Pollionem. Fregerat unus ex seruis eius crystallinum. 2
rapi eum Uedius iussit ne uolgari quidem more periturum: muraenis obici iubebatur quas ingentis in piscina continebat. Quis non hoc illum putaret luxuriae causa facere? saeuitia erat. Euasit e manibus puer et confugit ad Caesaris pedes nihil aliud petiturus, quam ut aliter periret, ne esca fieret. Motus est nouitate crudelitatis Caesar et illum quidem mitti, crystallina autem omnia
coram se frangi iussit conplerique piscinam. Fuit Caesari sic 3
castigandus amicus: bene usus est uiribus suis. E conuiuio rapi homines imperas et noui generis poenis lancinari? si calix tuus fractus est, uiscera hominis distrahentur? tantum tibi placebis, ut ibi aliquem duci iubeas ubi Caesar est? XLI. Si cui tantum potentiae est, ut iram ex superiori loco adgredi pos-

Brux. 𝔊ro 𝔅1. 𝔅o. *obirasci* est *contra irasci.* cf. Tranq. II, 9. *obirascens fortunae animus.* Ep. 56, 9. (*ambitio*) *obirata rebus parum sibi cedentibus.* Appul. Apol. p. 385. ed. Oud. — *cum male audiunt — obirascantur.* βG = *et ultro tibi irasci.* P4. + *et ultro obirasci, alias obviam ire ei.* VD P2. ℜ — 𝔏4. ℜu 𝔅2. = *et ultro obviam ire ei.* β = *eggredieris.* G = *egredieris.* V = *aggrederis.* 𝔐 — 𝔏ℨu = *persona erit* contra mstos. G = *ut possit.* Col. = *cum coena* [s.m. *coenavit*] *apud.* βGVE Gr. ℜ — 𝔈1. = *apud Nedium Poll.* D = *apud nedium police* (cr. *Polionem*). 𝔈2. = *apud Atedium Poll.* A Pinc. ci. ∾.

2. GE = *Fregit unus ex servis suis.* P2. — *eius* post *ex servis.* ℜ — 𝔅 = *unus cryst.* [ℜ = *cristillanum*] *ex servis morte rapi.* 𝔈1. = *unus cryst. ex servis: rapi.* 𝔈2. = *unus cryst. ex servis. Ad mortem rapi.* β = *crustallinum,* ut saepius. 𝔊 — 𝔐 + *Ad mortem rapi* contra mstos etiam Gr. V = *capi.* β VDE Gr. ℜ — 𝔈1. = *Nedius.* G (m∾) — *Vedius.* 𝔈2. = *Atedius.*

ne volgari quidem = βGA P3. Col. ℜ𝔗. VDE P2. 4. 𝔅 — 𝔅o = *nec vulg. q.*

more periturum = βGVADE Gr. (Col. = *periturus*). ℜ — 𝔅o = *periturum morte.* V = *obici iubebat.* βG = *obici videbatur.*

quas ingentis in piscina = βGA Col. sD pars Pinc. P3. Scal. cod. Dal. cod. Rom. 𝔊ro — 𝔅o = *quas ingentes in pisc.* VP2. = *quas ingens ibi piscina.* DE pars Pinc. P4. = *quas ingenti in pisc.* ℜ — 𝔏4. = *quas ingens piscina.* D (m∾) — *hoc* ante *illum.* D (cr. ∾) = *faceret.*

ne esca fieret = βGVADE ℜ — 𝔈1. 𝔈2. — 𝔅o = *nec esca f.* G = *et illud q.* V ℜ — 𝔊 = *dimitti.* D + *mitti id est dimitti.* ℜ — 𝔈2. = *et crystallina ante omnia.* Gr. = *crystallina ante omnia.* 𝔈𝔊 + *et cryst.* D (m∾) — *autem.* G — *coram.*

3. G = *Et convivio.* P4. Col. — *E.* Cod. Lips. = *homines viperas.* Lips. ci. = *viperis* vel *ad viperas.* ℜ — 𝔊 = *poenis lacerari* contra mstos etiam Pinc. Gr. P3. = *poenis lacionari, alias lanciniri.* E = *viscera hominum.* P3. = *distraherentur.* P4. = *detraherentur.* D (cr. ∾) = *tamen tibi.* GD (cr. ∾) = *placebit.* β = *ut tibi.* G = *aliquam duci et* [hoc n.] *iubeat.*

Cap. XLI.

Si cui tantum = A Brux. 𝔊ro — 𝔅o. Col. = *sic cui tantum.* β GE P3. = *Sic vitandum.* VD P2. ℜ — 𝔏4. = *Sic instandum.* P4.

sit, male tractet: at talem dumtaxat qualem modo retuli, feram, inmanem, sanguinariam, quae iam insanabilis est, nisi maius
2 aliquid extimuit. Pacem demus animo quam dabit praeceptorum salutarium adsidua meditatio actusque rerum boni et intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiae satis fiat. nil in famam laboremus: sequatur uel mala, dum bene merentis.
3 At uolgus animosa miratur et audaces in honore sunt: placidi pro inertibus habentur. Primo forsitan adspectu: sed simul aequalitas uitae fidem fecit non segnitiem illam animi esse, sed pacem, ueneratur illos populus idem colitque. Nihil ergo habet in se utile teter iste et hostilis adfectus: at omnia ex contrario mala, ferrum et ignes. pudore calcato caedibus inquinauit manus, membra liberorum dispersit. Nihil uacuum reliquit a scelere, nou gloriae memor, non infamiae metuens, inemendabilis, cum ex ira in odium obcalluit. XLII. Careamus hoc malo

= *sic vitandum potentiae, alias instandum*. Ex. Fac. et Prim. 𝔑 — 𝔈1. = *ut ira*. 𝔈2. — 𝔊 = *ubi iram*. sG = *ex superiore*. Col. = *aggressi possit*. P4. = *aggredi posset*. Ex. Fac. et Prim. + *aggredi non possit*.

male tractet = βA ex. Fac. et Prim. P3. 4. Col. cod. Lips. Brux. 𝔊ro — 𝔅o. E + *et male tractet*. G = *male tractat*. VD P2. 𝔑 — 𝔈1. = *male tractantem*. 𝔈2. — 𝔏4. = *male tractabilem*.

at talem = VA P3. 4. cod. Lips. Brux. 𝔑u — 𝔅o. βGD (P2.) Col. 𝔑 — 𝔏4. = *ac talem*. E = *Aut talem*. 𝔊ro — 𝔅1. — *at*. G = *retuli immanam* om. *feram*. β = *quē iam*. E = *insaciabilis est*. V + *nisi ubi maius*. Col. = *non maius*. P4. = *nisi immanius*. G P3. = *nisi inanis*. D(s.m.) P3. = *extimuerit*.

2. 𝔏 — 𝔏4. = . *Pacem*. 𝔅o = ... *Pacem*. Putant enim nonnulla excidisse. G(s∾) = *dabat*. A = *praeceptorem*. G = *actusque rerum bonitatem* [*talem* del.]. *Conscientiae* rell. om. 𝔈2. — 𝔊 = *satisfaciat*. AP2. (?) 3. = *sequantur*. Col. = *sequamur*. 𝔑 — 𝔅 = *ut mala*.

dum bene merentis = βGVADE P3. cod. Lips. 𝔑 — 𝔅. sG 𝔊ro — 𝔅o = *dum bene merentes*. D(s.m.) P2. (?) = *dum bene meretis*. P4. = *dum bene meritis*. Col. 𝔈1. 2. = *de bene meritis*. Omnis (?) v. l. Pinc. 𝔈 — 𝔏4. = *dum bene merearis*. Fessl. ci. = *bonam merentes*.

3. D(n.) + *in aspectu*.

simul aequalitas = A ci. Heus. p. 236. mAβGVDE P3. 4. Col. = *simul ac qualitas*. P2. 𝔑 — 𝔅 = *simulat qualitas*. 𝔈1. — 𝔅o + *simul ac aequalitas*.

fidem fecit = βGVADE. 𝔑 — 𝔅o = *fidem facit*. D(m∾) = *non seviciam illam*. β = *pacem venantur*. 𝔑 — 𝔅 + *idem illos populus idem*. 𝔈1. = *veneratur illos populus idemque colit*. 𝔈2. — 𝔅o = *idem illos pop. colitque* contra mstos. G = *utile cetere*.

iste et hostilis = βGVAD 𝔑 — 𝔈1. E 𝔈2. — 𝔅o = *ille et h*. G = *ac omnia*.

ex contrario = AE. G = *ex contraria*. D = *e c contrario*. βV 𝔑 — 𝔅o = *e contrario*.

et ignes = VAmDE. βGD 𝔑 — 𝔅o — *et*. β = *non infantiae metuens*. G = *tamen ex ira*. β = *ex ira modium*. V = *obcaluit*. mA = *Obcalluit. id est. induravit*.

purgemusque mentem et exstirpemus radicitus quae quamuis te-
nuia undecumque haeserint renascentur: et iram non tempere-
mus, sed ex toto remoueamus. Quod enim malae rei tempera-
mentum est? poterimus autem, adnitamur modo. Nec ulla res 2
magis proderit quam cogitatio mortalitatis. sibi quisque atque
alteri dicat: Quid iuuat tamquam in aeternum genitos iras indi-
cere et breuissimam aetatem dissipare? quid iuuat dies quos in
uoluptatem honestam inpendere licet in dolorem alicuius tormen-
tumque transferre? Non capiunt res istae iacturam nec tempus
uacat perdere. Quid ruimus in pugnam? quid certamina nobis 3
arcessimus? quid inbecillitatis obliti ingentia odia suscipimus et
ad frangendum fragiles consurgimus? Iam istas inimicitias quas
inplacabili gerimus animo febris aut aliquod aliud malum corpo-
ris uetabit geri. iam par acerrimum media mors dirimet. Quid
tumultuamur et uitam seditiosi conturbamus? stat supra caput
fatum et pereuntes dies inputat propiusque ac propius accedit.
Istud tempus quod alienae destinas morti fortasse circa tuam est.

Cap. XLII.

GV — *et* ante *exstirpemus*.

radicitus quae quamvis tenuia = A E (E = *tenua* crucis signo addito). β = *radicitus ea vitia .s. quae quamvis tenua*. G + *radicitus. Et vitia .s. quae quamvis tenuia*. V + *radicitus ea vitia .s. quae quamvis tenuia sint*. P2. + *rad. ea vitia .s. quae quamvis tenuia*. P3. + *radic. Ea vitia .s. quae quamvis tenuia*. P4. = *rad. Ea vitia .s. quae quamvis tenella*. Col. = *radicitus. quanquam sint tenua*. D = *radicitus ea vitia scilicet ea* [m *quae*] *quamvis tenua*. 𝔑 — 𝔅o + *rad. ea vitia quae quamvis tenuia*. Grut. deleri voluit vitia.

undecumque haeserint = AE 𝔈1. — 𝔏4. dictum est parum accurate pro *inde, ubicumque h.* βGVD Pinc. v. l. Gr. Scal. 𝔑 — 𝔅 𝔊ro — 𝔅o = *undecunque exierint*. probant Grut. Lips. Lat. Latin. (B. Pr. p. 46.) legit: *Et extirpemus radices, quae quamvis tenues, ubicunque haeserint, renasc.* G = *Quod est malae temp. est*. D(cr. ∾) = *Quid est enim*. P3. = *admiramur modo*. E = *admiremur modo*. P4. = *adiutamur modo*.

2. *sibi quisque atque alteri dicat* = βAE P3. 4. Col. G = *sibi quisque alteri dat*. D P2. 𝔑 — 𝔈1. = *sibi quisque et alteri dicat*. V 𝔈2. — 𝔅o = *sibi quisque ut alteri dicat*. G (cr. ∾) = *iram indicere*. V = *iras inducere*. G = *in dolorem alter tormentumque*. E — *tormentumque*. V = *istae res*. Quaedam exx. Pinc. = *res gestae*. Lips. ci. = *res angustae*. Mss. etiam Gr. ∾.

3. *arcessimus* = AP2. 𝔊ro — 𝔅o. βGVDE 𝔑 — 𝔏4. = *accersimus*. 𝔑 — 𝔅 = *suscepimus*. D (s∾) — *et* ante *ad frang*. V = *et ad frangendos*.

aliquod aliud malum = βGVD. AE = *aliquid aliud malum*. 𝔑 — 𝔅o — *aliquod*. G = *velabat*. E cod. Lips. = *media pars*. Lips. ci. = *media Parca*. V = *conturbamur*.

supra caput = AD(s.m.). βGV DE 𝔑 — 𝔅o = *super caput*. G — *fatum*.

pereuntis = mss. etiam P2. 3. 4. 𝔑 — 𝔈1. 𝔐 — 𝔏𝔷u. 𝔈2. — 𝔊 = *pereunti*. Col. 𝔏4. — 𝔅o = *pereuntes*. G = *pro utriusque ac propius*. V — *que*. G = *pro alienae*.

circa tuam est = βGVADE Pinc. v. l. P2. Col. 𝔑 — 𝔅 𝔊ro — 𝔅o. pro-

XLIII. Quin potius uitam breuem colligis placidamque et tibi et ceteris praestas? quin potius amabilem te, dum uiuis, omnibus, desiderabilem, cum excesseris, reddis? Quid illum nimis ex alto tecum agentem detrahere cupis? quid illum oblatrantem tibi, humilem quidem et contemptum, sed superioribus acidum ac molestum exterrere uiribus tuis temptas? Quid seruo? quid domino? quid regi? quid clienti tuo irasceris? sustine paulum:
2 uenit ecce mors quae nos pares faciat. Uidere solemus inter matutina arenae spectacula tauri et ursi pugnam inter se conligatorum: quos, cum alter alterum uexarit, suus confector exspectat. Idem facimus, aliquem nobiscum adligatum lacessimus, cum uicto uictorique finis et quidem maturus imminet. Quieti potius pacatique quantulumcumque superest exigamus.
3 nulli cadauer nostrum iaceat inuisum. Saepe rixam conclamatum in uicino incendium soluit et interuentus ferae latronem uiatoremque diducit. Conluctari cum minoribus malis non uacat, ubi metus maior adparuit. Quid nobis cum dimicatione et insi-

bat Lips. P3. 4. (ut videbatur) 𝔈1. — 𝔏4. = *citra tuam est.* Gataker (ad Anton. p. 132, 52.) ci. = *haud citra tuam est.*

Cap. XLIII.

β = *Quid potius.* G = *placidaque tibi et ceteris.* V (lit.) = *praesta.* G = *cum accesseris.* V (lit.) = *reddas.*

Quid illum nimis — humilem quidem = V (V = *minus*) AD (D = *illud*) E P3. Col. βG P2. 4. 𝔑 — 𝔅 haec omittunt. 𝔈1. — 𝔅o + *Et quid illum* ∾. V = *humilem qu. atque despectum superioribus.* 𝔑 — 𝔅 = *contentum.* D (m∾) — *sed* ante *superioribus.* P2. 4. = *accidum.* G = *actidum.* G = *exercere viribus* [s *tuis*] *temptas.* P3. = *exercere.* D𝔐 ed. Par. 1613. = *exterere.* GE — *quid regi?* D(s.m.) E = *sustine paululum.* V = *sustine parum.* A = *quae vos.*

2. *Videre solemus* = βVADE Gr. 𝔑 — 𝔊. G = *ludere solemus.* 𝔐 — 𝔅o = *Ridere solemus.* probat Steph. ad Dal. Ep. 22. GD = *vexatur.* D (s.m.) = *vexat.* mD = *vexaverit.* βP4. = *vexarunt.* P3. = *vexarem.* Col. = *vexari voll.*

suus confector = βGVADE Gr. libri Lips. 𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔅o. Ex. Fac. et Prim. = *finis conf.* probat Pinc. 𝔐 — 𝔏4. = *sus conf.* probat Steph. l. l. Col. = *expectatur.* 𝔑 — 𝔊 = *spectat.* E = *victori* om. *que.* G = *victorisque.*

et quidem maturus = βVAD P2. 3. Col. probat Lips. GE magna pars Pinc. cod. Lips. 𝔊ro — 𝔅o = *et quidem matutinus.* P4. = *et q. maturus.* 𝔑 — 𝔅 = *equidem maturus.* 𝔈1. — 𝔏4. = *aeque maturus.* V = *placatique.* G (cr.∾) = *patique.* V = *quantumcumque.* D(cr.∾) = *quantulumque.* P3. = *superest existimamus.* Col. = *superest existamus.* G = *iacet.*

3. *conclamatum in vicino* = βG 𝔈2. — 𝔅o. probat Heus. l. l. AmDE = *concl. in vicinio.* de quo vide. V = *conclamantium vicinum inc.* Col. = *clamantium vicinum inc.* P2. 𝔑 — 𝔈1. = *conclamantium in vicinio.* P3. = *conclamantium in vicinio.* Pinc. fidelior lectio. = *conclamatum in vicinia.* G = *viatorem* om. *que.* V = *deducit.* P2. = *ubi unus maior.* Col. — *metus.* Pinc. v. l. = *ubi metus maiorum.* V + *Quid nobis est.*

diis? numquid amplius isti cui irasceris quam mortem optas? etiam te quiescente morietur. perdis operas: facere uis quod futurum est. Nolo, inquis, utique occidere, sed exilio, sed 4
ignominia, sed damno adficere. Magis ignosco ei qui uolnus inimici quam qui pusulam concupiscit: hic enim non tantum mali animi est, sed pusilli. Siue de ultimis suppliciis cogitas siue de leuioribus: quantulum est temporis quo aut ille poena sua torqueatur aut tu malum gaudium ex aliena percipias? Iam 5
istum spiritum exspuimus interim, dum trahimus. Dum inter homines sumus, colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo simus. detrimenta, iniurias, conuicia, uellicationes contemnamus et magno animo breuia feramus incommoda. Dum respicimus, quod aiunt, uersamusque nos, inmortalitas aderit.

GE = *cum irasceris.* E = *Et te quiescente.* 𝔑 — 𝔅 = *etiam requiescente.*

perdis operas = βGA cf. Bff. III, 22, 1. VDE 𝔑 — 𝔅o = ∾ *operam.*

4. Ex. Fac. et Prim. Col. — *utique.* Rell. etiam Gr. ∾. V — *sed* ante *ignominia.*

pusulam = A 𝔐 — 𝔅1. A (s.m.) mD = *punsulam.* cf. Wagneri Orthogr. Verg. p. 457 sq. β = *pinsulam.* G = *p̄insulam.* Cod. Lips. = *pinsulam.* V Gr. 𝔑 — 𝔅 𝔑u — 𝔅o = *insulam.* idem legit Lat. Latin. l. l. et putat respici ad C. Caligulam, qui *Relegatis sororibus non solum insulas habere se, sed etiam gladios minabatur.* Suet. Cal. 29. 𝔈1. — 𝔊 = *punctiunculam.*

5. *Iam istum spiritum* = βVADE P2. 3. Col. G = *Iam illum* om. *spiritum.* 𝔑 — 𝔅o = *Iam ipsum spiritum.* P4. = *cum istum semper expuimus.* mD = *expuemus.* G(s∾) = *collaudemus humanitatem.* Quidam codd. Pinc. = *vellicationes, contemptus.* Rell. etiam Gr. ∾. G — *quod aiunt.*

inmortalitas aderit = βGVAD P2. 3. Col. 𝔑 — 𝔊. E = *immortalitas adherit.* P4. = *immort. adheret.* Pinc. ci. 𝔐 — 𝔅o = *iam mortalitas aderit.*